RO

A

RA

TIA

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 94 Q°
INKUNABUŁY

CICERO

—

OPERA

MINORA

VENETIA

1496

Galeotti de Baliuis

Hoc in uolumine hæc. M. Tullii Ciceronis opera continentur.

M. T. Ciceronis de natura deorum Libri tres.

M. T. Ciceronis de diuinatione Libri duo.

M. T. Ciceronis de legibus Libri tres.

M. T. Ciceronis Academicarum quæstionum Libri duo.

M. T. Ciceronis de finibus bonorum & malorum Libri quinq.

Q. Ciceronis de petitione consulatus ad Marcum Tullium Ciceronem fratrem Liber unus.

M. T. Ciceronis de fato Liber unus.

M. T. Ciceronis de uniuersitate Liber unus.

M. T. Ciceronis de somnio Scipionis fragmentum Sexti libri de republica.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

1386834 (N)

Galeotti de Balivnib

Hoc in uolumine hæc. M. Tullii Ciceronis opera continentur.

M. T. Ciceronis de natura deorum Libri tres.

M. T. Ciceronis de diuinatione Libri duo.

M. T. Ciceronis de legibus Libri tres.

M. T. Ciceronis Academicarum quæstionum Libri duo.

M. T. Ciceronis de finibus bonorum & malorum Libri quinq.

Q. Ciceronis de petitione consulatus ad Marcum Tullium Ciceronem fratrem Liber unus.

M. T. Ciceronis de fato Liber unus.

M. T. Ciceronis de uniuersitate Liber unus.

M. T. Ciceronis de somnio Scipionis fragmentum Sexti libri de re publica.

Atticus

Vcus quidē ille & hæc arpinatiū quercus agnoſcit: ſæpe a me lectus in mario: ſi manet illa quercus: hæc eſt profecto. eteni eſt ſane uetus.

1 Quintus. Manet uero attice noſter & ſemp manebit: ſita eſt enim ingenio. nullius autem agricolæ cultu ſtirps tam diuturna q̄ poetæ uer ſu ſeminari poteſt. At. quo tandem modo Quinte? aut quale eſt iſtud quod poetæ ſerunt? mihi. n. uideris fratrem laudando ſuffragari tibi.

Quintus. Sit ita ſane uerū. Verū tamen dum latinæ loquētur litteræ: quercus huic loco nō deerit: quæ mariana dicatur: eaq̄. ut ait Sceuola: de frīs mei Mario canefcet ſæculis inumerabilibus: niſi fortæ Athenæ tuæ ſempiternā in arce oleā tenere potuerunt: aut qđ homericus Vlyxes: deli ſe procerā & teneram palmā uidiſſe dixit: hodie monſtrant eandē: multaq̄ alia multis locis diutius cōmemoratione manent: q̄ natura ſtare potuerūt. Quare glandifera illa quercus: ex qua oli euoluit Nuncia ſulua iouis miranda uiſa figura Nunc ſit hæc. Sed cum eam tempeſtas uetuſtas ue cōſūpſerit: tñ erit his in locis quercus: quā marianam quercum uocant. At. Non dubito id quidem: ſed hoc iam non ex te Quinte quæro: uerum ex ipſo poeta: tui ne uerſus hanc quercū ſeuerint: An ita factū de Mario ut ſcribis acceperis. Q. reſpondebo tibi equidem: ſed non anteq̄ mihi tu ipſe reſpōderis Attice. Num longe a tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuū Romulus Proculo Iulio dixerit: ſe deū eſſe: & Quirinum uocari: templūq̄ ſibi dedicari in eo loco iuſſerit: & athenis nō lōge item a tua antiqua domo orithyiam Aquilo ſuſtulerit. Sic enim eſt traditū. At. Quorſum tandem: aut cur iſta quæris? T. Nihil ſane: niſi ne nimis diligēter inquiras i ea: quæ iſto modo memoriæ ſint ꝓdita. At. Atqui multa querūtur in mario: ficta ne an uera ſint: & a nōnullis: quod & in recenti memoria & in arpinati hoie: ſed ueritas a te poſtulat. T. Et mehercule ego cupio nō mendacē putari. Sed tamen nonnulli Tite faciūt imperite: qui in iſto opuſculo non ut a poeta: ſed ut te ueritatem exigant. Nec dubito quin iidem & cum Egeria collocutū Numam: & ab aquila Tarquinio apicem ipoſitum putent. Cicero. Intelligo te frater alias i hiſtoria leges ſeruādas putare: alias i poemate: quippe cum in illa ad ueritatem Quinte referantur: i hac ad delectationē pleraq̄: quanq̄ & apud Herodotū patrem hiſtoriæ & apud Theopompum ſint inumerabiles fabulæ. At. Teneo quā optabam occaſionē: neq̄ omittā. Ci. Quā tandē Tite? At. Poſtulatur a te iādiu: uel flagitatur potius hiſtoria. ſic enim putant te illā tractante efficī poſſe: ut in hoc etiā genere græciæ nihil cedamus. Atq̄ ut audias qđ ego ipſe ſentiam: nō ſolum mihi uideris eorū ſtudiis qui litteris delectātur: ſed etiam patriæ debere hoc munus: ut ea quę ſalua p te eſt: per te eundem ſit ornata. Adeſt. n. hiſtoria litteris noſtris: ut & ipſe intelligo: & ex te perſæpe audio potes aūt tu profecto ſatisfacere in ea: quippe cum ſit opus: ut tibi quidē uideri ſolet: unū hoc oratoriū maxime. Quāobrē aggredere quæſumus: & ſume ad hanc rem tps: quæ eſt a nrīs hominibus adhuc aut ignorata aut relicta. Nā poſt annales pontificū maximorum: quibus nihil poteſt eſſe iocūdius: ſi aut ad Fabiū: aut ad eum qui tibi ſemp in ore eſt: Catonē: aut ad Piſonē: aut ad Fanniū: aut ad Venoniū uenias: quāq̄ ex his alius alio plus habet uiriū: tamē quid tam exile q̄ iſti oēs: Fānii aūt ætate cōiunctus Antipater paulo iflauit uehemētius: habuitq̄ uires agreſtes ille quidē atq̄ horridas ſine nitore ac palæſtra. Sed tñ admonere reliquos potuit: ut accuratius ſcriberēt. Ecce aūt ſue

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

Inc. 94

cessere huic bellus clodius: Asilo nihil ad celiũ: Sed potius ad antiquorũ langorẽ & inscitiã. Nam quid Accium memorẽ? cuius loquacitas habet aliquid argutiarũ: nec id tamen ex illa erudita græcorũ copia: Sed ex libraliolis latinis. In orationibus autẽ multus & ineptus. Datio ad sũmã ipudẽtiã. Sisenna eius amicus oẽs adhuc nostros scriptores: nisi forte qui nondũ edixerint: de qbus existimare nõ possumus: facile superauit. Is tamen neq; orator in numero nostro unq̃ est habitus: & in historia puerile quiddã consectatur: ut unũ Clitarchum: neq; præterea quenq̃ de græcis legisse uideatur: eum tamen uelle dũtaxat imitari: quẽ si assequi posset aliquantũ ab optimo tamen abesset. Quare tuũ est munus: hoc a te expectatur: nisi qd. Quinto uidetur secus. Q. Mihi uero nihil: & sæpe de isto collocuti sumus: sed ẽ iter nos q̃dam parua dissensio. At. Quæ tandẽ? Q. A qbus tẽporibus scribẽdi capiatur exordiũ. Ego enĩ ab ultimis censeo: quoniã illa sic scripta sunt: ut ne legãtur quidẽ: ipse aũt æqualem ætatis suæ memoriã deposcit: ut ea cõplectatur qbus ipse interfuit. At. Ego uero huic potius assentior. Sunt enim maximæ res in hac memoria atq; ætate nostra: tũ ãt hominis amicissimi. Cn. Pompeii laudes illustrabat: incurret: etiã in illum & memorabilem annũ suũ: quæ ab isto malo prædicari: q̃ ut aiũt de Remo & Romulo. Ci. Intelligo eq̃dẽ a me istũ laborem iã diu postulari attice. quẽ nõ recusarem: si mihi ullũ tribueretur uacuũ tẽpus & liberũ. Neq; enĩ occupata opa neq; impedito animo res tãta suscipi potest. At. Vtrũq; opus ẽ: & cura uacare & negocio: Quid ad cætera quæ scripsisti plura q̃ quisq̃ e nostris? qd tibi tandẽ tẽpus uacuũ cõcessum? Cic. Succisiua quædã tẽpora incurrũt: quæ ego perire nõ patior ut si qui dies ad rusticãdum dati sint: ad eorũ naturã accõmodẽtur: quæ scribimus: Historia uero nec institui quidem põt nisi præparato ocio: nec exiguo tẽpore absolui. Et ego animi pendere soleo: cũ semel quid orsus: si traducor alio neq; tam facile interrupta cõtexo: q̃ absoluo isti tuta. At. Legationẽ aliquã nimirum ista oratio postulat: aut eiusmodi quãpiã cessionem liberã atq; ociosam. Cic. ergo uero ætatis potius uacationi cõfidebam: cũ præsertim nõ recusarem: quo minus more patrio sedens in solio cõsulẽtibus respondere senectuctisq; non inertis grato atq; honesto fungerer munere: sic enĩ mihi liceret: & isti rei quã desideras: & multis uberioribus atq; maioribus opere quãtũ uellem dare. Q. Atqui uereor ne istam causam nemo noscat: tibiq; semper dicendũ sit: & eo magis quod te ipse mutasti: & aliud dicendi instituisti genus ut quẽadmodũ Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu cecinerat: ipsaq; tardiores fecerat tibias: sic tu a cõcionibus quibus sũmis uti solebas: quotidie relaxes aliqd: ut iam oratio tua non multũ a philosophorũ lenitate absit: qd sustinere quũ uel sũma senectus posse uideat. nullã tibi a causis uacationẽ uideo dari At mẽhercule ego arbitrabar posse illud populo nostro ꝓbari: si te ad ius respõdẽdũ dedisses. Quamobrẽ cũ placebit tibi: experiẽdũ cẽseo. T. Id si quidẽ Q uinte nullum esset i experiẽdo piculũ: sed uereor ne dum minuere uelim laborẽ augeam: atq; ad illam causarũ operam ad quã ego nunq̃ nisi apparatus & meditatus accedo: adiũgatur hæc iuris iterprætatio: quæ nõ tam mihi molesta sit ꝓpter laborem: q̃ quod dicendi cogitationẽ auferat: sine qua ad nullam maiorẽ unq̃ causam sum ausus accedere. A. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his succisiuis ut ais temporibus: & conscribis de iure ciuili subtilius q̃ cæteri. Nã a primo tetꝛpore ætatis iuri studere te memini: cũ ipse etiam ad Scæuolã uentita rẽ neq; unq̃ mihi uisus es ita te ad dicendũ dedisse ut ius ciuile cõtẽneres. T. In lõgũ sermonẽ me uocas Attice quẽ tamẽ nisi Quintus aliud qd nos agere mauult su

ſcipiã & quoniã uacui ſumus dicã. Q. Ego uero libẽter audieri. Q uid. n. agã potius aut in quo melius hũc cõſumã diem? T. Q uin igitur pergimus ad illa ſpacia noſtra ſedeſq; ubi cũ ſatis erit ambulatum requeſcemus nec ꝓfecto nobis delectatio deerit aliud ex alio quærẽtibus. A. Nos uero & hac qdẽ adire ſi placet ꝓ ripã & umbrã. ſed iam ordire explicare quæſo de iure ciuili quid ſentias. T. Ego memini ſũmos fuiſſe i ciuitate noſtra uiros qui iterpretari populo & reſponſitare ſoliti ſint. Sed eos magna ꝓfeſſos i puis eẽ uerſatos. Q uid eni ẽ tãtũ quãtũ ius ciuitatis? Q uid autem tã exi guũ: quam eſt munus hoc eorũ qui cõſulũtur: q̃ eſt populo neceſſarium? Nec uero eos qui ei muneri præfuerũt uniuerſi iuris exptes fuiſſe exiſtimo ſed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt: quoad populo præſtare uoluerunt. Id aũt incognitum eſt minuſq; in uſu neceſſariũ. Q uãobrem quo me uocas: aut quid hortaris ut libel los cõficiã de ſtillicidiorũ ac de parietũ iure? An ut ſtipulationũ & iudiciorũ formu lam cõponã? quæ etiã ſcripta ſunt a multis diligẽter: & ſunt humiliora q̃ illa: q̃ a uo bis expectari puto. At. Atqui ſi quæres ego quid expectẽ: quoniam ſcriptũ ẽ a te ſa tis de optimo. R. p. ſtatu cõſequẽs eſſe uidet: ut ſcribas tu idẽ de legibus. Siceni fe ciſſe uideo platonẽ illum tuum quẽ tu admiraris: quẽ oibus anteponis: quẽ maxie dilígis. T. Vis ne igit ut ille. Crete cũ clinia & cũ lacedæmonio M egillo æſtiuo quẽ admodum deſcribit die: in cupreſſetis gnoſiorũ & ſpaciis ſilueſtribus crebro iſiſtẽs: interdũ acquieſcẽs de iſtitutis rerũ publicarũ ac de optimis legibus diſputãs: ſic nos inter has ꝑceriſſimas populos in uiridi opacaq; ripa inambulãtes: tum aũt reſiden tes quæramus iiſdẽ de rebus aliqnid uberius: q̃ forẽſis uſus deſiderat. At. Ego uero iſta audire qui cupio. T. Q uid ait Q uintus? Q. Nulla de re magis. T. Et recte qui dem nam ſic habetote nullo in genere diſputãdi magis honeſte patefieri qd ſit homi ni tributũ natura: quãtã uim rerũ optimarũ mens humana cõtineat: cuius muneris colẽdi efficiendiq; cauſa nati: & i lucem editi ſumus: q̃ ſit cõiunctio hominũ: q̃ natu ralis ſocietas inter ipſos. His enim explicatis fons legũ & iuris inueniri poteſt. Nõ er go a prætoris edicto: ut pleriq; nunc: neq; a. xii. tabulis. ut ſupiores: ſed penitus ex i tima philoſophia hauriẽdã iuris diſciplinã putor Non eni id quærimus hoc ſermone Pomponii: quẽadmodũ caueamus in iure: aut quid de quaq; cõſultatione reſpõdea mus. Sit iſta res magna: ſicut eſt: quæ quõdã a multis claris uiris nũc ab uno ſũma auctoritate uiro & ſcientia ſuſtinet. Sed noris iſta. cõplectenda in hac diſputatione tota cauſa ẽ uniuerſi iuris aut legũ: ut hoc ciuile quod dicimus i paruũ quẽdam & an guſtũ quendã locũ cõcludatur naturæ. Natura enim iuris explicanda eſt nobis: ea q; ab hominis repetenda natura: cõſiderandæ leges quibus ciuitates regi debeant: tum hæc tractãda: quæ cõpoſita ſunt & deſcripta iura & iuſſa populorũ: i quibus ne noſtri quidẽ populi latebunt: quæ uocantur iura ciuilia. Q. Alte uero & ut oportet a capite frater repetis quæ quærimus: & qui aliter ius ciuile tradũt: nõ tam iuſticiæ q̃ litigãdi tradũt uias. T. Nõ eſt ita Q uinte. at potius ignoratio iuris litigioſa ẽ quã ſcientia: ſed hæc poſterius. Nũc iuris principia uideamus. Igitur doctiſſimis uiris ꝓficiſci placuit a lege. haud ſcio an recte: ſi modo ut iidem diffiniũt. Lex eſt ratio ſũma inſcita in natura: quæ iubet ea quæ faciẽda ſunt: prohibetq; cõtraria: Eadẽ ratio cũ eſt i hois mente cõfirmata: & cõfecta eſt lex. Itaq; arbitrãtur prudentiã eſſe legẽ: cu ius ea uis ſit: ut recte facere iubeat: uetet delinquere: eãq; rẽ illi græco putãt noie ſuũ cuiq; tribuẽdo appellatã: ego uero a dilígẽdo. Nã ut illi æqtatis: ſic nos delectus uí in legẽ ponimus: & ꝓpriũ tamen utrũq; legis ẽ. Q uod ſi ita recte dicit: ut mihi ple

rũq; uideri ſolet: a lege ducendum eſt iuris exordium. Ea eſt enim natutæ uis: ea mẽs ratioq; prudentis: ea iuris atq; iniuriæ regula. Sed quoniam populari ratione omnis noſtra uerſatur oratio: populariter interdũ loqui neceſſe erit: & appellare eam legem quæ ſcripto ſancit quod uult: aut iubendo: aut uetando ut uulgus appellarit: aut cõſtituẽdi uero iuris ab illa ſũma lege capiamus exordiũ: quæ ſæculis oĩbus ante nata eſt quã ſcripta lex ulla: anteq; omnino ciuitas cõſtituta. Q. Cõmodius uero & ad rationẽ inſtituti ſermonis ſapientius. T. Vis ne ergo ipſius iuris ortum a fonte repetamus? quo inuento nõ erit dubiũ: quo ſint hæc referenda quæ quærimus. Q. Ego uero ita faciẽdũ eſſe cẽſeo. At. Me quoq; aſcribi fratris ſententiæ. T. Quoniã igitur eius reipu. quã optima eſſe docuit in illis ſex libris Scipio tenẽdus eſt nobis & ſeruãdus ſtatus: omneſq; leges accõmodandæ ad illud ciuitatis genus: ſerendi etiam mores: nec ſcriptis omnia ſanciẽda: repetã ſtirpẽ iuris a natura: q̃ duce ẽ nobis omnis diſputatio explicãda. At. Rectiſſime: & quidẽ iſta duce errari nullo pacto põt. T. Das ne igitur hoc nobis Põponii. (Nam Quinti noui ſententiam de deorum imorralium natura: ratione: poteſtate: mente: numine: ſiue quod eſt aliud uerbũ, quo planius ſignificem quod uolo:) naturã omnẽ diuinã regi. Nam ſi hoc non ꝓbas a deo nobis cauſa ordienda eſt potiſſimum. At. Do ſane ſi poſtulas: etenim ꝓpter hũc concentũ auium ſtrepitũq; fluminũ non uereor cõdiſcipulorum ne quis exaudiat. T. At qui cauendũ eſt ſolent enim id quod uirorũ bonorum eſt admodũ iraſci nec uero ferent ſi audierint te primũ capituli optimi ꝓdidiſſe, i quo ſcripſit nihil curare deũ nec ſui nec alieni. At. Perge quæſo. nã id quod tibi conceſſi: quorſum ptineat expecto. T. Non faciã longius: huc enim pertinet: animal hoc prouidum: ſagax: multiplex: acutum memor: plenũ rationis & cõſilii: quem uocamus hominẽ: præclara quadã cõditionem generatũ eſſe. A ſũmo enim deo ſolus eſt ex tot animantiũ generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis: cũ cætera ſint omnia expertia. Quid eſt autẽ nõ dicã in homine: ſed in omni cælo atq; terra ratione diuinius quæ cum adoleuit atq; perfecta ẽ nominatur rite ſapiẽtia. Eſt igitur quoniam nihil eſt ratiõe melius: eaq; & in homine & in deo: prima homini cum deo rationis eſt ſocietas. Inter quos autẽ ratio: inter eoſdem etiam recta ratio & cõmunis eſt. Quæ cũ ſit lex: lege quoq; conciliati homines cum diis putãdi ſumus. Inter quos porro eſt cõmunio legis: inter eos cõmunio iuris eſt. Quibus autem hæc ſunt inter eos cõmunia: & ciuitatis eiuſdem habendi ſunt. Si uero iiſdem imperiis & poteſtatibus parent. multo etiam magis parent huic cæleſti diſcretioni mẽticq; diuinæ & præpotẽti deo: unde etiã uniuerſus hic mũdus una ciuitas cõmunis deorũ atq; hoĩum exiſtimãda eſt: & quod in ciuitatibus ratiõe quadam de qua dicetur idoneo loco agationibus familiarũ diſtinguũtur ſtatus: id in rerũ natura tanto eſt magnificentius tantoq; præclarius: ut homines deorum agnatione & gente teneãtur. Nam cũ de natura omni quæritur: diſputari ſolent nimirum iſta: perpetuis curſibus cõuerſionibus cæleſtibus extitiſſe q̃dam materiã ſerendi generis humani: quod ſparſum i terras atq; ſatũ diuino auctũ ſit aĩorum munere. Nã quod aliquibus cohærẽt homines e mortali genere ſumpſerũt: quæ fragilia eſſent & caduca animũ eſſe igeneratũ a deo: ex quo uere uel agnatio nobis cum cæleſtibus uel genus uel ſtirps appellari poteſt. Itaq; ex tot generibus nullũ eſt animal præter hoĩem quod habeat noticiam aliquã dei. De ipſis Quinte hominibus nulla gens eſt: neq; tam imãſueta: neq; tam fera: quæ nõ etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat: tamẽ habendum ſciat. Ex quo efficitur illud: ut is agnoſcat deum: qui inde ortus ſit

quasi recordetur cognoscat. Iam uero uirtus eadē i homine ac deo est: neq; ullo alio ingenio præterea. Est aūt uirtus nihil aliud quā in se pfecta: & ad summū pducta naturaliter. Est igitur homini cū deo similitudo: quod cū ita: quæ tandem potest esse p pior certior ue cognatio? Itaq; ad hominū cōmoditates & usus tantā rerū ubertatem natura largita est: ut ea quæ gignūtur donata cōsulto nobis non fortuito nata uideantur: nec solum eaq; frugibus atq; baccis terræ fœtu pfunduntur: sed etiam pecudes: quod pspicuū sit: partim eē ad usum hominū: partim ad fructū: partim ad uescē dum procreatas. Artes uero innumerabiles reptæ sunt docente natura: quā imitata ratio res ad uitam necessarias solerter cōsecuta est. Ipsum āt hominē eadē natura nō solum celeritate mentis ornauit: sed etiam sensus tanq̄ satellites attribuit ac nuncios: & rerum plurimarū obscurarū necessarias intelligentias enudauit quasi fūdamēta quædam scientiæ: figurāq; corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. Nā cū cæteras animātes abiecisset ad pastū: solū hominē erexit: & ad cæli quasi cognationis domicilii q; pristini cōspectum excitauit: tum speciē ita formauit oris: ut in ea penitus recōditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti: quēadmodū animo effecti sumus: loquūtur: & is qui appellatur uultus: qui nullo in animāte eē præter hominē potest: indicat mores: cuius uim græci norūt: nomen oino nō habēt. Omitto opportunitates habilitatesq; reliqui corporis: moderationē uocis: orationis uim: q̄ conciliatrix ē humanæ maxime societatis. Neq; enī omnia sunt huius disputationis ac tēporis: & hunc locū satis ut mihi uidēr in his libris quos legistis expressit Scipio Nunc quoniā hominē q; principium reliquarum rerum esse uoluit genera uit: & ornauit deus: perspicuū sit illud: ne omnia differantur: ipsam per se naturā longius progredi: quæ etiam nullo docente profecta ab iis quorū ex prima & incohata diligentia genera cognouit: cōfirmat ipsa per se ratione & perfecit. At. Dii immortales q̄tū lō ge Iuris principia repetis: atq; ita ut ego nō modo ad illa nō properem quæ expectabam a te de iure ciuili: sed facile patiar te hunc diem uel totū in isto sermone cōsumere. sunt enim hæc maiora quæ aliorū causa fortasse cōplecteris: quā ipsa illa quorū hæc causa pparētur. T. Sūt hæc qdē magna: q̄ nūc bræuiter attigūr: sed oium quæ in hominū doctorū disputatione uersantur: nihil est profecto præstabilius: quā plane intelligi nos ad iusticiam esse natos: neq; opinione sed natura esse cōstitutū ius: & iam patebit: si hominū iter ipsos societatē coniunctionēq; perspexeris. Nihil est enim unū uni tam simile: tam par: q̄ omnes iter nos metipsos sumus. Quod si deprauatio cōsuetudinum: si opinionū uanitas nō imbecillitatē animorū torqueret & flecteret: quocūq; cepisset: sui nemo tam similis esset: q̄ omnes sunt omnium. Ita quæcūq; est omnis definitio: una in omnes ualet. Quod argumēti satis est nullā dissimilitudinē esse ingenere: quæ si esset: nō una omnes definitio cōtineret. Etenim ratio qua una præstamus beluis: per quam cōiectura ualemus: argumētamur: refellimus disserimus: cōficimus as cōcludimus. certe est cōmunis doctrina differēs discendi q dē facultate par. Nam & sensibus eadē omnia cōprehēduntur. & ea quæ mouēt sensus: itidem mouent omnium quæq; in animis imprimuntur: de quibus ante dixi incohactæ intelligētiæ similiter in omnibus imprimūtur: Interpresq; est mētis oratio uerbis discrepans: sentētiis congruēs nec est quisquā gentis ullius: qui ducē naturā nactus ad uirtutē uenire nō possit. Nec solū in rectis. sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. Nam & uoluptate capiūtur omnes: quæ etsi est illecebra turpitudinis: tamen habet quiddā simile naturali bono. lenitatis ē enim &

ſuauitatis. Id.n. & ſuauitate delectans: ſic ab errore mentis tanq̃ ſalutare aliquid aſciſcitur: ſimiliq; iſcitia mors fugitur quaſi diſſolutio naturæ: uita expetit̃ q; nos in quo nati ſumus cõtinet: dolor in maximis malis ducit̃: tum ſua aſperitate: tũ q; naturæ interius uidetur ſequi: ppter quæ honeſtatis & gloriæ ſimilitudinẽ: beati: qui honorati ſunt: uidentur: Miſeri aũt qui ſunt inglorii. Moleſtiæ: letitiæ: mores: cupiditates ſimiliter hoĩum mentes peruagãtur. Nec ſi opiniones aliæ ſunt apud alios: iccirco qui canẽ & fælem ut deos colunt: nõ eadem ſuperſtitione qua cæteræ gẽtes cõflictãtur. Quæ aũt natio nõ comitatem: nõ benignitatem: non gratum aĩum: & beneficii memorem diligit: quæ ſupbos: quæ maleficos: quæ crudeles: quæ ingratos non aſpernatur: nõ odit: quibus ex rebus cum omne genus hoĩum ſociatum inter ſe eſſe intelligatur: Id extremũ eſt: q; recte uiuendi ratio meliores efficit: quæ ſi approbatis: pergam ad reliqua: ſin quid requiritis: id explicemus prius. Q. Nos uero nihil: ut pro utroq; reſpondeã. T. Sequitur igitur ad participandũ aliud ab alio: cõmunicandũq; inter oẽs iuſtos natura eſſe factos: atq; hoc in omni diſputatione hac ſic intelligi uolo q; dicam naturam eſſe: tantã aũt eſſe corruptelã malæ cõſuetudinis: ut ab ea tanq̃ igniculi extinguãtur a natura dati: exoriãturq; & cõfirmentur uitia cõtraria. Quod ſi quo modo eſt natura: ſic iudicio hoies humani ut ait poeta nihil a ſe alienũ putarẽt coleretur ius æque ab omnibus. Quibus. n. ratio a natura data eſt: iiſdem etiam recta ratio data eſt: ergo & lex quæ eſt recta ratio in iubẽdo & uetãdo: ſi lex ius quoq; at omnibus ratio: Ius igitur datũ eſt omnibus. Recteq; ſocrates execrari eũ ſolebat: qui primus utilitatẽ a natura ſeiunxiſſet. Id.n. quærebatur caput eſſe exitiorum omniũ. uñ. n. illa pythagorica uox τὰ φιλῶν κοινὰ: καὶ φιλίαν ἰσότητα: ex quo ſpicit̃ cũ hanc beniuolentiã iam late longeq; diffuſam uir ſapiẽs in aliquẽ pari uirtute prẽditũ cõtulerit: tum illud efficí: quod quibuſdam incredibile uideatur: ſit aũt neceſſariũ ut nihilo ſeſe plus quam alterum diligat. Quid.n. eſt q; differat: cum ſint cuncta paria Quod ſi intereſſe quippiam quantulum modo potuerit: iam amicitie nomen tũ occiderit: cuius eſt ea uis: ut ſimulatq; ſibi aliqd q̃ alteri maluerit: nulla ſit quo præmuniuntur omnia: reliquo ſermoni diſputationiq; noſtræ: quo facilius ius in natura eſſe poſitũ itelligi poſſit: de quo cum ppauca dixero: tum adius ciuile ueniã: ex quo hæc omnis nata eſt oratio. Q. Tu uero iam ppauca. ſ. ex his. n. quæ dixiſti Attico: uidet̃ mihi quidẽ ex natura ortum eſſe ius. At. An mihi aliter uideri poſſit. cũ hæc iam pfecta ſint: primũ quaſi muneribus deorũ nos eſſe inſtructos & ornatos: ſecũdo aũt loco unã eſſe hominũ inter ipſos uiuẽdi partẽ: cõmunẽq; rationẽ: deinde omnes inter ſe naturali quadã indulgentia & beniuolẽtia: tum etiã ſocietate iuris cõtineri. Quæ cum uera eſſe recte ut arbitror cõceſſerimus: qui iam licet nobis a natura leges & iura ſeiũgere? T. Recte dicis & res ſic ſe habet. uerum philoſophorũ more: non ueterũ quidem illorum: ſed eorum qui quaſi officinas inſtruxerũt ſapientia: quæ fuſe olim diſputabantur ac libere: ea nunc articulatim diſtinctæq; dicuntur. Nec enim ſatisfieri cenſent huic loco qui nũc eſt in manibus: niſi ſeparatim hoc ipſum nauræ eſſe ius diſputarint. Atticus. Et ſcilicet tua libertas diſſerẽdi amiſſa eſt: aut tu is es qui in diſputando non tuum iudicium ſequare: ſed auctoritati aliorum pareas? Tul. Non ſemper tite. ſed iter eſt huius ſermonis ad res publicas firmandas: & ad ſtabilendas uires: ſanãdos populos omnis noſtra pergit oratio. Quocirca uereor committere: ut nõ bene prouiſa & diligẽter explorata in principio ponãtur. nec tñ ut oĩbus pbẽtur nam id fieri non poteſt: ſed ut eis qui omnia recta atq; honeſta per ſe expetenda du

xerunt:& aut nihil oīno in bonis numerandū:niſi quod per ſe ipſum laudabile eſſet: aut certe nullū habendū magnū bonū:niſi quod uere laudari ſua ſponte poſſet. his omnibus ſiue in academia uetere cum Speuſippo Xenocrate Pelemone manſerunt ſiue Ariſtotelē Theophraſtū dū illos re cōgruētes: genere docēdi paulū differentes ſecuti ſunt:ſiue ut Zenoni uiſum eſt ex rebus nō cōmutatis imutauerint uocabula: ſiue etiā Ariſtonis difficile eſt atq; arduam ſed iam tñ confractam & cōuictam ſectam ſecuti ſunt:ut uirtutibus exceptis atq; uitiis cætera in ſūma æqualitate ponerēt: his omnibus hæc quæ dixi ꝓbantur:ſibi autem indulgētes & corpori deſeruiētes: atq; omnia quæ ſequātur in uita quæq; fugiant uoluptatibus & doloribus ponderantes etiā ſi uera dicunt. Nihil.n. opus eſt hoc loco litibus:in hortulis ſuis iubeamus dicere:atq; etiam ab omni ſocietate. R.p. cuius partem nec norunt ullam:nec unq̄ noſſe uoluerūt:pauliſper faceſſant rogemus. Perturbatricem aūt harū oīum rerum academiam hanc ab Arceſila & Carneade recentē exoremus:ut ſileant. Nam ſi inuaſerit in has:quæ ſatis ſcite nobis inſtructæ & cōpoſitæ uidentur nimias edet ruinas:quā q- dē placare cupio:ſubmouere nō audeo. Nam ēt ſine illius ſuffimentis expiati ſumus At uero ſcelerū in homines atq; impietatū nulla expiatio eſt. Itaq; pœnas luunt non tam iudiciis:quæ quondam nuſq̄ erant:hodie multifariā nulla ſunt:ubi ſunt ficta tñ perſæpe falſa ſunt:ut eos agitent inſectenturq; furiæ non ardentibus tædis ſicut i fabulis:ſed anguore cōſcientiæ fraudiſq; cruciatu. Q uod ſi homines ab iniuria pœna nō natura arcere deberet:quæna ſolicitudo uexaret ipios ſublato ſupplicioru metu: quorum tñ nemo tam audax unquā fuit:qn aut abnuerit a ſe cōmiſſum eſſe facinus aut iuſti ſui doloris cauſam aliquam fingeret:defenſionēq; facinoris a natura iure aliquo quæreret. Q uæ ſi appellare audent impii:quo tandem ſtudio colentur a bonis? Q uod ſi pœna ſi metus ſupplicii nō ipſa turpitudo deterreret ab iniurioſa facinoroſaq; uita:nemo eſt iniuſtus:aut incauti potius habendi ſunt improbi. Tum aūt q nō ipſo honeſto mouemur:ut boni uiri ſimus:ſed utilitate aliqua atq; fructu callidi ſumus:nō boni. Nam quid faciet is homo in tenebris:qui nihil timet niſi teſtem uel iudicem. Q uid in deſerto loco nactus:quē multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atq; ſolū? Noſter quidē hic natura uir iuſtus ac bonus etiam colloquetur: iuuabit in uiā deducet. Is uero qui nihil alterius cauſa faciet & demetietur ſuis cōmodis omnia uidetis credo quid ſit acturus q; ſi negabit ſe illi uitam erepturū:& aurum ablaturum nunq̄ ob eā cauſam negabit:q; id natura turpe iudicet:ſed quod metuat ne emanet id eſt ne malū habeat. O rem dignā in qua nō modo docti:uerū etiā agreſtes teſtes erubeſcāt. Iam uero ſtultiſſimū exiſtimare omnia iuſta eſſe:quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis:aut legibus etiam:aut ſi quæ leges eſſent tyrānorū:ſi. xxx. illi athenis leges imponere uoluiſſent:aut ſi oēs atheniēſes delectarent tyrānicis legibus:nū ic circo hæ leges iuſtæ haberentur? Nihilo credo magis illa q̄ inter rex noſter tulit: ut dictator eſſet quē uellet ciuiū:idicta cauſa īpune poſſet occidere. Eſt.n. unū ius quo deuicta eſt hominum ſocietas:& q; lex conſtituit:unaq; lex eſſet recta ratio impandi atq; prohibendi:quam qui ignorat:is eſt iniuſtus:ſiue eſt illa ſcripta uſpiam ſiue nuſq̄. Q uod ſi iuſticia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſq; populorum: & & ſi ut iidem dicunt utilitate omnia metienda ſunt negliget leges:eaſq; perrumpet: ſi poterit is:qui ſibi eā rē fructuoſā putabit fore. Ita fit ut nulla ſit oīo iuſtitia: ſi neq; natura eſt ea quæ propter utilitatē conſtituitur utilitate illa cōuellitur. Atq; ſi natura confirmatum ius non erit:omnes uirtutes tollētur. Vbi.n. liberalitas: ubi patriæ

caritas:ubi pietas:ubi aut bene merẽdi de altero:aut referẽdæ gratiæ uolũtas potẽ rit exiſtere? Nam hæc naſcuntur ex eo:quod natura propenſi ſumus ad díligendos homines:quod fundamentũ iuris eſt. Neq; ſolũ in homines obſequia:ſed etiam í deos cerimoniæ religioneſq; tolluntur:quas nõ metu:ſed ea coniunctõe quæ eſt homi ni cũ deo eis cõſeruãdas puto. Quod ſi populorũ iuſſis:ſi principũ decretis:ſi ſentẽ tiis iudicũ iura cõſtituerentur:ius eſſet latrocinarí:Ius adulterare:Ius teſtamẽta fal ſa ſupponere:ſi hæc ſuffragiis aut ſcitis multitudinis ꝓbarentur:Quod ſi tanta po teſtas eſt ſtultorũ ſentẽtiis atq; iuſſis:ut eorũ ſuffragiis rerũ natura uertatur:cur nõ ſanciũt:ut quæ mala pnitioſaq; ſunt:habeãtur pro bonis ac ſalutaribus? aut cur quũ ius ex iniuria hoc facere poſſit:bonũ eadem facere nõ poſſit ex malo? Atqui nos legẽ bonam a mala nulla alía niſi naturæ norma díuidere poſſumus:nec ſolũ ius a natu ra díiudicatur:ſed oío omnia honeſta ac turpía. Nã & communis intelligentía nobis ñotas res efficit:eaſq; in animis noſtris incohauit:ut honeſta in uirtute ponantur in uitiis turpia:ea aũt in opinione exiſtimare:nõ in natura ponere:demẽtis eſt. Nã nec arboris nec equi uirtus.in quo abutimur noíe in opiníõe ſita eſt;ſed in natura. Q d' ſi ita eſt:honeſta quoq; & turpia natura díiudicãda ſunt. Nã ſi opinione uniuerſa uir tus:eadẽ eius etiã partes probarẽtur. Quis igitur prudẽtẽ & ut ita dicã cautũ nõ ex ipſius habitu:ſed ex aliqua re externa iudicet? Eſt enim uirtus ꝑfecta ratio:q; certe in natura eſt:igitur ommis honeſtas eodẽ modo. Nam ut uera & falſa & cõſequẽtia & ſua ſponte cõtraria nõ aliena iudicantur;ſed cõſtans & ꝑpetua ratio uitæ quæ eſt uir tus:Itẽq; in cõſtantia q; eſt uitiũ ſua natura ꝓbatur:nos ingenia iuuenũ nõ ratõe ab igenita naturæ uirtute:ſed uitia quæ exiſtũt ab ingeniis iudicamus. An ea nõ aliter q̃ honeſta & turpia nõ ad naturã referrí neceſſe erit? Quod laudabile bonũ ẽ:in ſe hẽat quod laudetur neceſſe eſt:ipſum.n.bonum non eſt opioionibus ſed natura. Nam ni ita eſſet:beatí quoq; opinione eſſent. Quo quid dící poteſt ſtultíus? Quare cum & bonum & malũ natura iudicetur:& ſint principia naturæ:certe honeſta quoq; & tur pia ſimili ratione díiudicãda:& ad naturam referenda ſũt. Sed perturbat nos opinio num uarietas:hominũq; diſſenſio:& quia nõ idem contingit in ſenſibus: hos natura certos putamus:illa quæ aliís ſic:aliís ſecus:nec hiſdem ſemper uno modo uidentur ficta eſſe dicimus:quod eſt longe aliter. Nam ſenſus noſtros nõ parens:noñ nutrix: nõ magiſter:nõ poeta:nõ ſcæna deprauat:nõ multitudinis cõſenſus abducit. At ue ro animis omnes tẽduntur inſidiæ:uel ab iis quos modo enumerauí: qui teneros & rudes cum acceperũt inficiunt:& flectunt ut uolunt:uel ab ea quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet mutatrix boni uoluptas:malorum autem mater oíum:cuius blanditiis corrupti quæ natura bona ſunt:quía dulcedine hac & ſcabie carẽt: nõ cer nũt ſatis. Seqtur ut cõcluſa mihi iam hic ſit omnis oratio:id quod ante oculos ex iis eſt quæ dicta ſunt:& ius & omne honeſtũ ſua ſpõte eſſe expetendũ. Etenim omnes uiri boni ipſam æquitatem & ius ipſum amãt:nec eſt uiri bõi errare & díligere:quod per ſe nõ ſit díligẽdum & colẽdũ:per ſe igitur ius eſt expetendũ & colendũ. Quod ſi ius etiam iuſtícia ſic & reliquæ quoq; uirtutes per ſe colẽde ſũt. Quid liberalitas? gratuita ne eſt:an mercenaria? Si ſine præmio:benigna eſt:gratuita:ſi cum mercede cõducta. Nec eſt dubiũ quin is qui liberalis benignus ue dicitur.officiũ; nõ fructũ ſequatur:ergo item iuſtitia nihil expetit præmii:nihil pręcii:ꝑ ſe igitur expetitur. Ea dẽq; oíum uirtutũ cauſa atq; fẽtẽtia eſt:atq; etiã ſi emolumẽtis nõ ſuapte natura uir tus expetitur:una erit uirtus qua malitia rectiſſime dicet. Vt.n.q̃ſq; maxie ad ſuũ

Vitiũ definitio.

cõſtantia

cõmodum referat quæcũq; agit: ita minime est uir bonus. ut qui uirtutẽ præmio metiũtur nullam uirtutẽ nisi malíciam putẽt. Vbi enim beneficus. si nemo alterius causa bene facit? Vbi gratus si nõ eum ipsum cui referũt gratiã? ipsi cernunt grati? Vbi illa sancta amicitia: si nõ ipse amicus p se amatur toto pectore ut dicitur? qui etiã deserendus & abiiciendus est desperatis emolumẽtis & fructibus: Quo quid potest dici inanius? Quod si amicitia per se colenda est: societas quoq; hoíum & æqualitas & iustícia per se expetenda sunt. Quod nisi ita est omnino iustícia nulla est. Id.n. iniustíssimum ipsum est: iustíciæ mercedem quærere. Quid uero de modestia? Quid de temperantia? Quid de cõtinentia? Quid de uerecũdia: pudore: pudicitiaq; dicemus? Infamiæ ne metu nõ esse pertulantes? An legum & iudiciorũ? Innocẽtes uero & uerecũdi sunt: ut bñ audiant: & ut rumorẽ bonũ colligãt: erubescunt. pudet etiam loqui de pudicitia ac me nimis istorũ philosophorũ pudet: qui nullum iudicium uitare: nisi uitio ipso notatum putant. Quid enim possumus eos qui a stupro arcentur: infamiæ metu pudicos dicere: cũ ipsa infamia ꝓpter rei turpitudinem cõsequatur? Nam quid aut laudari rite aũt uituperari potest: si ab eo recesseris quod aut laudandũ: aut uituperandũ putes? An corporis prauitates si erunt perinsignes: habebunt aliquid offensionis: cum deformitas nõ habebit? cuius turpitudo ex ipsis uitiis facillime ꝓcipi põt? Quid enim fœdius auaritia? Quid imanius libidine? Quid contẽptius timiditate? Quid abiectius tarditate & stultitia dici põt? Quid ergo eos qui singulis uitiis excellunt: aut etiã pluribus. propter damna: aut detrimẽta: aut cruciatus aliquos miseros esse dicimus? An per uim turpitudinẽq; uitiorũ? Quod item ad contrariã laudem in uirtute dici potest. Postremo si propter alias rẽs uirtus expetitur: melius esse aliquid quã uirtutem necesse est. Pecuniam ne igitur an honores? an formã? an ualitudinem? quæ & cũ adsunt: perparua sunt: atq; quãdiu affutura sint: certũ sciri nullo modo põt an quod turpissimum dictu est uoluptatẽ? At in ea quidẽ spernenda & repudianda uirtus uel maxime cernitur. Vidétis ne quãta series rerũ sententiarũq; sit: atq; ut ex alio alia nectantur: quin labebar longius. nisi me retinuissem. Q. Quo tandẽ? Libẽter enim frater ad istam orationẽ tecum prolaberer. Cic. Ad finem bonorũ quo referũtur: & cuius causa sunt facienda omnia. Q. Cõtrouersam rem & plenam dissensionis inter doctíssimos: sed aliquãdo tamen iudicandam. At. Quis istud fieri põt? L. Gelio mortuo? Q. Quid tandem id ad rem? A. Quia me athenis audire ex phædro meo memini: Geliũ familiarem tuum cum proconsule ex prætura in græciã uenisse: & athenis philosophos qui tum erant in locũ unum cõuocasse: ipsisq; magnopere auctorem fuisse: ut aliquando controuersiarũ aliquem facerent modũ. Quod si essent eo animo ut nollent etatem in litibus conterere: posse rem cum eo conuenire: & simul operã suã illis esse pollicitũ: si posset iter eos aliquid cõuenire. T. Ioculare istud quidẽ Põponi & a multis sæpe derisum: sed ego plane uel uellẽ me arbitrũ inter anti quã academiã & Zenonẽ datum. At. Quo tandẽ istuc modo? T. Quia de re una solum dissident: de cæteris mirifice cõgruũt. At. An. tandem ne una de re est solũ dissẽsio. T. Quæ qdem ad rem ptineat? una qppe cum antiqui omnes q; secundum naturam esset quo iuuaremur inuita bonũ esse decreverint: hic nisi quod honestum esset: putauerit bonum. At. Perparuam uero controuersiam dicis: ac non eam quæ dirimat omnia. Tul. probe quidem sentis: si re ac non uerbis dissident. Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim non audeo dicere: quocum uixi: & qui me ex nostris pene conuenit hortulis: deduxitque in academiam perpauculis passibus

T. Vir iſte fuit ille q̃dē prudēs & acutus: & in ſuo genere pfectus: mihiq; fuit ut ſcis familiaris: cui tamen ego aſſentiar in oībus: nec ne: mox uidero. hoc dico cōtrouerſiā totam iſtā p̃ oſſe ſedari. At. Q uin iſtud ne tandē uides. T. Q uia ſi ut chius Ariſto dixit ſolum bonū eſſe quod honeſtū eſſet: malūq; quod turpe: cæteras res oēs plane pares: ac ne minimū q̃dē utrū adeſſēt an abeſſent itereſſe: ualde a Xenocrate: & Ariſtotele: & ab illa Platonis familia diſcreparet: eētq; inter eos de re maxima & de oi uiuē di ratione diſſenſio. Nūc uero cū decus: quod antiqui ſummū bonū eſſe dixerāt: hic ſolū bonū dicat: itēq; dedecus illi ſummū malū: hic ſolū diuicias: ualitudinē pulchritudinē: cōmodas res appellat: non bonas paupertatē: debilitatē: dolorem: incōmoda nō mala ſentit idē q̃d Xenocrates: qood Ariſtoteles: loquitur alio modo. Ex hac aūt nō rerū ſed uerborū diſcordia: controuerſia nata eſt de finibus: in qua quoniā uſuſcapionē. xii. tabulæ inter quinq; pedes eſſe uoluerūt: depaſci uetere poſſeſſionē academiæ ab hoc acuto homīe nō ſinemus. Nec manilia ſingulis lege: ſed ex his res arbitri ſi ius rogemus. Q. Q uānam igitur ſententiā demus. T. Requiri placere terminos quos Socrates peregerit: hiſq; parere. Q. Præclare frater iā nūc a te uerba uſurpātur ciuilis iuris & legum: quo de genere expecto diſputationē tuā. Nam iſta quidē magna diiudicatio eſt: ut ex te ipſo ſæpe cognoui. Sed certe res ita ſe habēt ut ex natura uiuere ſummū bonū ſit. i. uita modica & apta uirtute perfrui: aut naturā ſequi: & eius quaſi lege uiuere. Id eſt nihil q̃tū in ipſo ſit p̃termittere: quo minus ea quæ natura poſtulet cōſequatur: q; iter hæc uelit uirtute tanq̃ lege uiuere. Q uapropter hæc diiudicari neſcio an unq̃: ſed hoc ſermone certe nō pōt. T. Si quidē id quod ſuſcepimus pfecturi ſumus. At ego huc declinabā nec inuitus. Q. licebit alias: nūc id agamus quod cœpimus: quū præſerti ad id nihil ptineat hæc de ſūmo malo bonoq; diſſenſio. T. Prudētiſſime Q uinte dicis: nam quæ a me adhuc dicta ſunt: nec lycurgi leges nec Solonis: neq; Charondæ neq; Seleuci: neq; noſtras. xii. tabulas nec plebiſcita deſidero: ſed te exiſtimo tū populis tum etiā ſingulis hodierno ſermone legē uiuēdi & diſciplinā daturū eſſe. Eſt huius uere diſputationis Q uinte propriū id quod expectas: atq; utinā eſſet facultatis meæ. ſed profecto ſe res habet: ut quoniam uitiorū emendatricē legem eſſe oportet: cōmendatricemq; uirtutum: ab ea uiuēdi doctrīa ducatur; Ita fit ut mater omniū bonarum rerū ſapientia: cuius amore græco uerbo philoſophia nomē inuenit: qua nihil a diis īmortalibus uberius: nihil florētius: nihil præſtabilius hoīum uitæ datū eſt. Hæc. n. una nos cum cæteras res oēs: tum quod eſt difficillimum docuit. ut noſmetipſos noſceremus. cuius præcepti tanta uis tanta ſentētia eſt. ut ea nō homini cuipiam. ſed delphico deo tribueretur. Nam qui ſe ipſum norit. primū aliquid ſe habere ſentiet diuinū, ingeniūq; in ſe ſuum ſicut ſimulacrū aliquod dedicatū putabit. tantoq; munere deorū ſemp dignum aliq̃d & faciet & ſentiet: & cum ſe ipſe perſpexerit. totūq; tentarit. intelliget quē admodū a natura ſuboruatus in uitam uenerit: quātaq; inſtrumēta habeat ad optinēdā adipiſcēdāq; ſapientiam: qm̃ principia rerum omnium quaſi adūbratas intelligentias aio ac mēte conceperit: quibus illuſtratus ſapientia duce bonū uirum & ob eam ipſam cām cernat ſe beatum fore. Nam cū animus cognitis pceptiſq; uirtutibus a corporis obſequio idulgētiaq; diſceſſerit: uoluptatēq; ſicut labē aliq̃ dedecoris opp̃ſerit oēmq; mortis doloriſq; timorē effugerit: ſocietatēq; carnis coniecerit: quo cū oībus ſēnatura coniunctum duxerit cultūq; deorum & purā religionem ſuſceperit: & exacuerit illam: ut oculorū: ſic ingenii aciem ad bona eligēda & reiicienda cōtraria quę uirtus

Prudentia unde.

ex prouidẽdo est appellata prudẽtia: quid eo dici aut cogitari poterit beatius. Idq; cum cælum terras maria rerũq; oĩum naturã perspexerit: eaq; unde generata: quo recurrant: quando: qũo obitura: quid in iis mortale & caducum: quid diuinum æternumq; sit uiderit: Ipsumq; ea moderantem & regentẽ pene prehenderit: seseq; non unis circundatũ mœnibus popularem alicuius definiti loci: sed ciuem totius mundi quasi unius urbis agnouerit. In hac ille magnificẽtia rerum: atq; in hoc cõspectu & cognitõe naturæ dii ĩmortales quasi ipse nosset quod Apollo præcepit pithius: quã cõtẽnet: quã despiciet: quam pro nihilo putabit: ea quæ uulgo dicũtur amplissima: atq; hæc omnia quasi sepimẽto aliquo uallabit: differendi ratiõe ueri & falsi iudicio scientia & arte quadã intelligendi quid q̃q; rem sequatur: & quid sit cuiq; contrariũ cũq; se ad ciuilẽ societatẽ natum senserit: nõ solum illa subtili disputatione sibi utendum putabit: Sed etiã fusa latius perpetua oratiõe qua regat populos: qua stabilat leges: qua castiget ĩprobos: qua tueatur bonos: qua laudet claros uiros: qua p̃cepta salutis & laudes apte ad persuadendũ edat suis ciuibus: qua hortari ad decus: reuocari a flagitio: cõsolari possit afflictos: factaq; & consulta fortiũ & sapientum cũ ĩproborum ignominia sempiternis monumẽtis prodere. Quæ cum tot res tãtæq; sint: quæ in homine inesse inspiciantur ab iis qui se ipsos uelint nosse: earum parés est educatrixq; sapientia: At. Laudata quidẽ a te grauiter & uere. Sed quorsum hoc pertinet? T. Primũ ad ea Põponi: de quibus acturi iam sumus: quæ tanta esse uolumus. Non enim erũt: nisi ea fuerint unde illa manant amplissima: deinde facio & libenter & ut spo recte: q̃ eam cuius studio teneor: quæq; me quicũq; sum effecit: nõ possum silẽtio præterire. P. Vere facis & merito & ipse: fuitq; id ut dicis ĩ hoc sermone faciendum.

M.T.Ciceronis de legibus liber Secundus.

At. Eduis ne quoniã & satis iam ambulatũ est: & tibi aliud dicẽdi initiũ sumendũ est: locũ mutemus. & in insula quæ est in fibrino: nam opinor illi alteri flumini nomen esse sermoni reliquo demus operã sedẽtes? T. Sane quidẽ: Nam illo loco libẽtissimẽ soleo uti: siue q̃d mecũ ipse cogito: siue aliquid scribo aut lego. A. Equidẽ q nũc primũ huc uenerim satiari nõ queo magnificasq; uillas: & pauimẽta marmorea: & laqueata tecta contẽno. Ductus uero aquarũ quos isti tubos & euripos uocãt: quis nõ cũ hæc uideat irriserit? Itaq; ut tu paulo ante de lege & iure differẽs ad naturam referebas oĩa: sic ĩ his ipsis rebus quæ ad q̃tẽ animi delectationẽq; quærũtur: natura dominatur: quare ante admirabar. Nihil.n. his in locis nisi saxa & mõtes cogitabam: idq; ut facerẽ & orationibus inducebar tuis & uersibus: sed mirabar ut dixi te tã ualde hoc loco delectari: nũc cõtra miror te cũ roma absis: usq; potius esse. T. Ego uero cum licet plures dies abesse præsertim hoc tẽpore anni: & amœnitatẽ & salubritatem hãc sequor: raro autẽ licet: Sed nimirũ me alia quoq; causa delectat: quæ te nõ attingit ita. A. Quæ tandẽ ista causa est? T. Quia si uerũ dicimus: hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus: hic sacra: hic gẽus hic maiorũ multa uestigia. Quid plura? hanc uides uillam ut nũc quidẽ est: lautius ædificatã patris nostri studio. Qui cũ esset infirma ualitudine: hic fere ætatẽ egit in litteris. Sed hoc ipso in loco cũ auus uiueret: & antiquo more parua eẽt uilla: ut illa curiana in sabinis: me scito esse natũ. Quare id est nescio q̃d & latet in animo ac sensu meo: quo me plus hic locus fortasse delectet: siq̃dẽ ẽt ille sapiẽtissim⁹ uir Itachã ut uideret ĩmortalitatẽ scribitur repudiasse. A. Ego uero tibi istã iustã caulã puto:

cur huc libentius ueniás: atq; hũc locũ díligas. Q uín ípſe: uere dícam: ſum ílli uíllæ amicíor modo factus atq; huíc omni ſolo, ín quo tu ortus & procreatus es. Mouemur enĩ neſcío quo pacto locís ípſis: ĩ quibus eorũ quos dílígímus aut admíramur: adſunt ueſtígía. Me q̃dẽ ípſæ íllæ noſtræ Athenæ nõ tã opíbus magnífícís exquíſítíſq; antíquorũ artíbus delectãt: q̃ recordatíone ſummorũ uírorum: ubí quíſq; habítare: ubí ſedere: ubí díſputare ſít ſolítus: ſtudioſeq; eorum etíam ſepulchra cõtẽplor. Q uare íſtũ: ubí tu es natus plus amabo poſthac locũ. T. Gaudeo ígítur me ín cunabula pene mea tíbí oſtẽdíſſe. At. Et equídẽ me cognoſce admodũ gaudeo. Sed íſtud tamen quale eſt quod paulo ante dixíſtí: hunc locum ídẽ ego te accípio dícere arpínũ germanã patríã eẽ ueſtrã. Nũquíd uos duas habetís patrías: an ẽ ílla una patría cõmunís: níſí forte ſapíentí íllí Catoní fuit patría nõ roma ſed tuſculũ. T. Ego mehercule & íllí & oíbus munícípíbus duas eſſe cenſeo patrías: unã naturæ: alterã cíuitatís ut ílle cato cũ eſſet tuſculí natus ĩ p. r. cíuítatẽ ſuſceptus eſt. Itaq; cũ ortu tuſculanus eſſet cíuítate romanus habuít alterã locí patríã: alterã íuris ut noſtrí attící príuſq̃ Theſeus eoſdẽ mígrare ex agrís: & ĩ aſtu quod appellat oís ſe cõferre iuſſít & ſímphraudas ex attícís: ſíc nos & eam patríã dícímus ubí natí: & illã qua excepti ſumus Sed neceſſe eſt caritate eã præſtare: qua. R. p. nomen uníuerſæ cíuítatís eſt: p̃ qua morí: & cuí nos totos dedere: & ĩ qua noſtra oníma ponere & quaſí conſecrare debemus. Dulcís autem non multo ſecus eſt ea quæ genuít q̃ ílla quæ excípít. Itaq; ego eſſe hanc meam patríã prorſus nunq̃ negabo dũ ílla ſít maíor & hæc ĩ eã cõtíneatur. habet cíuítates duas ſed íllas unã cíuítatem putat. At. Recte ígítur magnus ílle noſter me audíente poſuít ín íudícío: cũ pro Ambío tecum ſímul díceret. R. p. noſtram íuſtíſſímas huíc munícípío gracías agere poſſe: q; ex duo ſuí cõſeruatores extítíſſent ut úídeã adduci hanc quoq; quæ te procreauít eſſe patríã tuam. T. Sed uentum ín ſulam eſt: hac uero níhíl eſt amœnius. Vt enĩ hoc quaſí roſtro ſcíndítur fíbrenus, & díuíſus æqualíter ín duas partes latera hæc alliut. Rapídeq; dílapſus cíto ín unũ confluít & tm̃ cõplectítur q; ſatís ſít modícæ paleſtrę locí. Q uo effecto tãq̃ íd habuerít operís ac muneris ut hãc nobís efficeret ſedẽ ad díſputãdũ ſtatí p̃cípítat ĩ lírẽ & q̃ſíí famílíã patríã uenerít amíttít nomẽ obſcurius lírẽq; multo gelídíorẽ facít. Nec. n. ullũ hoc frígídíus flumẽ attígí: cũ ad multa acceſſerím ut uíx pede tentare íd poſſím quod ĩ phædro Platonís facít ſocrates. T. Eſt uero ita: ſed tamẽ huíc amœnítatí quã ex Q uíto ſæpe audío thebanus Epírotes tuus ílle níhíl opínor cõceſſerít. Q. Eſt ita ut dícís. Caue. n. putes attící noſtrí emathío plataníſq; íllís q̃cq̃ eſſe præclarius. Sed ſí uídet cõſídamus hící umbra. atq; ad eã partẽ ſermonís ex q̃ egreſſí ſumus reuertamur. T. Præclare exígís Q uínte at ego effugíſſe arbítrabar. & tíbí níhíl eorũ deberí poteſt. Q. Ordíre ígítur nã hunc tíbí totum dícamus díem maíore muſarũ prímordío ſícut ĩ aratí carmíne orſí ſumus: T. Q uorum íſtuc: Q. Q uía nũc ítidẽ ab eodẽ & a cæterís díſſímortalíbus ſunt nobís agendí capienda prímordía. T. Optíme uero frater: & fierí ſíc decet. Videamus ígítur rurſus príuſq̃ aggrediamur ad leges ſíngulas: uím naturamq; legis. ne cũ referenda ſínt ad eã nobís oía: labamur ínterdũ errore ſermonís ignorem uſq; uím ſermonís eíus quo iura nobís díffiníenda ſínt. Q. Sane quídẽ hercule eſt íſta recta docẽdí uía. T. Hanc ígítur uídeo ſapíẽtíſſímorũ fuíſſe ſententíã legẽ neq; hoíum ĩgeníís excogítatã. nec ſcítũ alíqd̃ eſſe populorũ ſed ætẽrnum quíddam. quod uníuerſum mundum regeret ĩperandí prohíbendíq; ſapíentía. Ita príncípem legem íllã & ultímã mentẽ eſſe dícebant. oía ratíone aut cogentis aut

uetantis dei:ex qua illa lex:quam dii humano generi dederunt:recte est laudata.Est enim ratio mensq; sapientis ad iubendum & ad dehrahendum idonea.Q.Aliquoti ens iam iste locus a te tactus est:sed anteq̃ ad populares leges uenias:uim istius cæ lestis legis explana si placet:ne æstus nos consuetudinis absorbeat:& sermonis mo rem usitati trahat.T.A paruis enim Quinte didicimus:si in ius uocat:atq; eiusmo di leges alias noiare:sed uero intelligi sic oportet:& hæc & alia iussa ac uetita popu lorum uim habere ad recte facta uocandi:& a peccatis auocandi:quæ uis non modo senior est quam ætas populorum & ciuitatum:sed æqualis illius cælũ atq; terras tu entis & regẽtis dei.Neq; enim esse mens diuina sine ratione potest:nec ratio diuina non hanc uim in rectis prauisq; sanciendis habere.Nec quia nusquam erat scriptũ: ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret:a tergoq; pontẽ interscin di iuberet.Iccirco minus Coclitem illum rem gessisse tantæ fortitudinis lege atq; i perio putabimus:nec si regnante Tarquinio nulla erat romæ scripta lex de stupris: iccirco non contra illam legem sempiternã Sextus Tarquinius uim Lucretiæ Trici pitini filiæ attulit.Erat enim ratio profecta a rerum natura:& ad recte faciendũ im pellens.& a delicto auocans.quæ non tum demum incipit lex esse cum scripta est. sed tum cum orta est.Orta est autem simul cum mente diuina.quamobrem lex ue ra atq; princeps apta ad iubendum & ad uetandũ ratio ẽ recta sũmi Iouis.Q.Assen tior frater ut quod est rectum uerum quoq; sit neq; cum litteris quibus scita scribũ tur aut oriatur aut occidat.T.Ergo ut illa diuina mens summa Lex est item cum in homine est perfecta est in mente sapientis.quæ sunt autem uariæ & ad tempus de scriptæ populi fauore magis q̃ legum nomen tenet.Omnem enim legem quæ qui dem recte lex appellari possit esse laudabilẽ quibusdam talibus argumentis docẽt: Constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem uitamq; hominũ & quietam & beatam inuentas esse leges.eosq; qui primũ eiusmodi scita sanxerint populis ostẽdisse ea se scripturos atq; laturos.quibus illis a scriptis susceptisq; hone ste beneq; uiuerent.quæq; ita composita sanctaq; essent.eas leges uidelicet nomina rent.Ex quo intelligi par est.eos qui pernitiosa & iniusta populis iussa descripserint cum contrafecerint.q̃ polliciti professiq; sint.quid uis potius tulisse q̃ leges ut perspi cuum esse possit in ipso noie legis interpretando inesse uim & iusticiam iusti.quæ ro igitur quinte a te & iuris colendi sicut illi solent q; si ciuitas careat.ob eam ipsam causam q; eo careat pro nihilo habẽda sit.idemne numerandũ in bonis.Q.Ac maxi mis quidem.T.Lege autem carens ciuitas an ne ob ipsum habenda nullo loco.Q. Dici aliter non potest.T.Necesse est igitur legem haberi in rebus optimis.Q.Pror sus assentior.T.quid q; multa pernitiose.multa pestifere asciscuntur i populis.quæ non magis leges non attingunt:q̃ si latore aliquas concessu suo sanxerint.Nam neq; medicorum præcepta dici uere possent:si qua inscii iperitiq; p salutaribus mortife ra conscripserint:neque in populo lex cui quid mali fuerit ulla etiam si pernitiosum. aliquid populus acceperit.Ergo est lex iustorum iniustorumq; distinctio ad illã anti quissimam & rerum omnium principem expressam naturam.ad quam leges homi num diriguntur.quæ supplicio improbos afficiunt.& defendunt & tuentur bonos. Q.Præclare intelligo.nec uero aliam esse ullam legem puto non modo habẽdam. sed ne appellãdam quidem.T.Igitur tu seias & apuleias leges nullas puta s.Q.Ego uero ne lenias quidem.T.Et recte.quæ præsertim uno uersiculo senatus pũcto tẽ poris sublatæ sint.Lex autẽ illa cuius uim explicaui.neq; tolli neq; abrogari potest.

Q. Eas tu igitur leges abrogabis uidelicet quæ nunquam abregentur. T. Certe si: modo acceptæ a duobus uobis erunt. sed ut uir doctissimus fecit Plato: atq; idē grauissimus philosophorum omnium: qui princeps de. r. p. conscripsit: idēq; separatim de legibus eius: id mihi credo esse faciendum: ut priusquam ipsam legem recitem: de eius legis laude dicam: quod idem & Zaleucam: & Charondam fecisse uideo: cum etiam quidem illi non studii & delectionis: sed. r. p. causa leges ciuitatibus suis cōscripserunt: quos imitatus Plato uidelicet hoc quoq; legis putauit esse persuadere aliquid: nō omnia ui ac minis cogere. Q. quid q; Zeleucum istum negat ullum fuisse Timæus? T. At Theophrastus auctor haud deterior mea quidem sententia: meliorem multi nominant: cōmemorāt uero ipsius ciues nostri clientes locri. Sed siue fuit: siue nō fuit nihil ad rem: loquimur quod traditum est. Sit igi hoc iam a principio persuasum ciuibus dominos esse omnium rerum ac moderatores deos. Eaq; quæ gerantur eorum geri ditione atq; numine: eosq; optime de genere hominum mereri: & qualis quisq; sit: quid agat: quid in se admittat: qua mente: qua pietate colat religiones intueri: piorūq; & impiorum habere rationem. His enim rebus imbutæ mentes haud sane abhorrebūt ab utili & a uera sententia. quid ē enim uerius: q̄ neminē esse oportere tā stulte arrogātē ut in se rōnē & mentē putet esse: in cælo modoq; nō putet? An ut ea quæ uix summa ingenii rōne moueri putet? quem uero astrorū ordines quē diērum noctiumq; uicissitudines. quem mensium temperatio. quemq; ea quæ gignuntur nobis ad fruendum non gratum esse cogunt. hunc hominem omnino numerare neq; decet. Cunq; omnia quæ rationem habent præstent iis quæ sint rationis expertia. nefasq; sit dicere ullam rem præstare naturæ omnium rerum. rationem inesse in ea conficiendum est. Vtiles esse autem opiniones has quis neget? cum intelligat quā multa firmentur iureiurando? quantæ salutis sint fœdera religionis. q̄ multos diuini supplicii metus a scelere reuocarit. quāq; sancta sit societas ciuium iter ipsos diis immortalibus interpositis tum iudicibus tum testibus. Habes legis prohemium. sic enim hic appellat Plato. Q. Habeo uero frater. & nihil admodum delector. q̄ i aliis rebus. aliisq; sententiis uersaris atq; ille nihil enim tam dissimile est. q̄ uel ea quæ añ dixisti. uel hoc ipsum legis exordium. unde illud mihi uider is imitari orationis genus uelle. T. Fortasse. Quis enim id potest aut unquā poterit imitari? Nam sententias interpretari perfacile est: quo quidē ego facerem: nisi plane esse uellem meus. Quid enim negocii est: eadem prope uerbis iisdem conuersa dicere? Q. prorsus assentior: uerum ut modo tu te dixisti te esse malo tuum Sed iam exprome si placet istas leges de religione. T. Expromam equidem ut potero. Et quoniam & locus & sermo familiaris est legum: legis uocem proponam. Q. Quidnam in eis sit. T. Sed sunt certa uerba legum Quinte: neq; ita prisca ut i ueteribus his sacratisq; legibus: & tamē quo plus auctoritatis habeant paulo antiquiora q̄ hic sermo est. Eum morem igit: cum breuitatē si potero consequar: leges autem a me edentur non perfecte. Nā essent infinitæ: sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Q. Ita uero necesse est: quare audiamus uerba legis. T. Ad diuos adeunto caste: pietatē adhibēto: opes amouento. qui secus facit. deus ipse uindex erit. Separatim nemo habessit deos neue nouos: siue adnenas nisi publice adscitos priuatim colunto. constructa a patrib⁹ delubra habento lucos in agris habento. & larum sedes ritus familiæ: patriæq; seruanto. Diuos & eos qui cælestes semper habiti colunto. Illos quos in cælum merita uocauerunt Herculem Liberum Aesculapiumq; Castorum Polucem quirinū. Et

illa propter quæ datur homini ascensus in cælum: mētem. uirtutem pietatem. fidē: earumq; laudum delubra sunto. Nec ulla uitiorum sacra solemnia obeunto feriis iur gia amouento. Easq; in familiis operibus patratis habēto. Itaq; ut ita cadat in annuis anfractibus descriptum esto: certasq; fruges. certasq; baccas sacerdotes publice libā to: hoc certis sacrificiis ac diebus. Itemq; alios addes ubertatem lactis fœturaq; ser- uanto. Idq; ne cōmitti possit ad eam rem tationem cursus annuis sacerdotes finiūto. Q uæq; cuiq; diuo decoræ gratæ sint hostiæ prouidento: diuisq; aliis alii sacerdotes: omnibus pontifices: singulis flamines sunto: uirgines q; uestales in urbe custodiun- to ignem foci publici sempiternum. quoq; & priuatim & publice modo ritu q; fiant. discunto ignari a publicis sacerdotibus. Eorum autem duo genera sunto: unū quod præsit cerimoniis & sacris: alterum quod interprætetur fatidicorum & uatum effata incognita: quorum senatus populusque asciuerit. Interprætes autē iouis optimi ma ximi publici augures signis & auspiciis postea uidento: disciplinam tenento. Sacer- dotesque uineta uirgetaque & salutem populi auguranto. quique agent rem duelli. quiq; populare auspicium præmouento illiq; obtemperanto: diuorumq; iras prouī- dento. iisq; parento. cæliq; fulgura regionibus ratis temperanto urbemq; & agros & templa liberata & effata habento. Q ueq; augur iniusta nefasta uitiosa dira defixerit irrita infestaq; sunto. Q uiq; non paruerit capitale esto fœderumq; pacis belli indu- tiarum oratorū speciales iudices ne sunto. bella disceptato. prodigia portēta ad etru scos & aruspices si senatus iusserit deferunto. Etruriæq; principes disciplinam docen to. quibus diuis creauerint procurantor lisdemq; fulgura atq; oscina pianto. Noctur na mulierum sacrificia ne sunto. præter illa quæ p populo rite fient. ne ue initiāto ni- si ut assolet cereri græco sacro. Sacrū commissū est quod neq; expiari poterit impie cōmissum est. quod expiari poterit publice sacerdotes expiāto. Ludis publicis quod sine curriculo & sine certatione corporum fiat popularem lætitiam in cantu & fidi- bus, & tibiis moderanto. eamq; cum diuum honore iungunto. Ex patriis ritibus co- lunto optima. præter ideæ matris famulos. eosq; iustis diebus nequis stipem cogito. Sacrum sacro ue cōmendatum qui clepserit rapserit q; parricida esto periurii pœna diuina exitium. humana dedecus. incestum pontifices supremo supplicio santiunto: Impius ne audeto placare donis iram deorum. Caute uota reddunto. pœna uiolati iu ris esto. Q uo circa nequis sacrum consecrato auri. argenti eboris. sacrandi modus esto. sacra priuata perpetua manento. Deorum manium iura sancta sunto. Hos leto dato diuos habento. sumptum in illos luctumq; minuunto. At. Cōclusa quidem est altera tam magna lex sane q̄ breuis. & ut mihi quidem uidetur non multum discre- pat ista constitutio religionis a legibus Numæ nostrisq; moribus. T. An censes cum in illis de.r.p. libris persuadere uideatur Africanus omnium rerum publicarum no- strarum ueterem illam fuisse optimam. nō necesse esse optume. r.p. leges dare cōsen taneas? At. Immo prorsus ita cēseo. T. Ergo a deo expectatæ leges quæ genus ullum optimū. r.p. contineant: & si quæ forte a me hodie rogabūtur. quæ non sint in nostra re uublica. nec fuerint. tamen erant fere in morē maiorū. qui tum ut lex ualebat. At. Suade igitur si placet istam ipsam legē: ut ego: ut & tu rogas possim edicere. T. Ain tandem Attice non es edicturus? A. Aliter prorsus maiorem quidem rem nullam sci scam: aliter in minoribus. T. Si uoles remittam hoc tibi. At. Atq; mea quidē senten- tia est. T. At ne lōgū fiat uidete. At. Vtinā quidē: quid enim agere maluimus? T. Ca ste iubet lex adire ad deos animo uidelicet in quo sunt omnia: nec tollit castimoniā

corporis sed hoc oportet intelligi cum multum animus corpore præstet: obseruetur q; ut casta corpora adhibeantur. multo esse in animis id seruandũ magis. Nam illud uel asperſione a quæ uel dierum numero tollitur animi labes nec diuturnitate uanescere. nec manibus ullis elluí potest. Quod autem pietatem adhiberi: opes amoueri iubet: significat pietatem gratam esse deo: sũptum esse remouendum. Quid enim paupertatem cum diuis etiam inter homines esse æquales uelimus? cur eam sumptu ad sacra adiro deorum aditu arceamus? præsertim cũ ipsi deo nihil minus gratũ futurum sit: q̃ non omnibus patere ad se placandum & colendum uiam. Quod autem non iudex: sed deus ipse uindex constituitur: præsentis pœnæ metu religio confirmari uidetur. Suosq; deos aut nouos aut alienigenas coli confusionem habet religionum: & ignotas cerimonias esse a sacerdotibus. Nam patribus acceptos deos ita placet coli: si huic legi paruerint ipsi: patrũ delubra esse in urbibus cẽseo: nec sequor magos persarũ: quibus auctoribus Xerxes inflãmasse templa græciæ dicitur: q; parietibus includerent deos: quibus omnia deberẽt esse patiẽtia ac libera quorũq; hic mundus omnis templum esset & domus: Melius græci atq; nostri: qui ut augerent pietatem in deos: eosdem illos urbis quas nos incolere uoluerunt. Afferet enim hæc opinio religionem utilem ciuitatibus: siquidẽ & illud benedictum est a Pythagora doctissimo uiro tum maxime pietatem & religionẽ uersari in animis cum rebus diuinis operam daremus: & quod Thales: qui sapientissimus inter septem fuit: homines existimare oportere deos oia cernere: deorũ omnia esse plena: fore enim omnes castiores: uelut i quo infans esset maxime religiosus. Est eni quædam opinione species deorum in oculis non solum in mentibus: Eandemq; rationem luci habẽt in agris Neq; enim ea quæ a maioribus prodita est tum dominis tum famulis posita infundi uillæq; conspectu religio patrum repudianda est. Iam ritus familiæ patrũq; seruari. i. quoniam antiquitas proxime accedit ad deos: a diis quasi traditam religionem rueri. Quod autem ex hominum genere consecratos: sicut Herculẽ & cæteros coli lex iubet: indicat omniũ quidẽ animos imortales esse: sed fortiũ bonorũq; diuinos. Bene uero: q; mens pietas: uirtus: fides: cõsecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publice templa sunt: ut illa qui habeãt: habent autem omnes boni: deos ipsos in animis suis collocatos putent. nam illud uitiosum Atenis q; Cylonio scelere expiato Epimedine crete suadente fecerunt contumeliæ fanum & impudentiæ: Virtutes enim non uitia consecrare decet: araq; uetus stat in palatio febris: & altera ẽ cuiuslibet malæ fortunæ: detestataeq; quæ omnia eiusmodi repudiãda sunt. Quod si fingẽda nomina uice poetæ & potius uincendi atq; pugnandi statassandi cognomina q; statoris & inuicti Iouis rerumq; expetendarum nomina salutis honoris opis uictoriæ: quoniam quidem expectatione rerum bonarum erigitur animus: recte etiã spes a Colatino consecrata est: fortunaq; sit uel huius diei: nam ualet in omnes dies uel respiciens ad opem ferendam: uel forum in quo necessarii casus significantur magis uel primigeniã a gignẽdo: cum est feriarum festorumq; dierum ratio in libris requietẽ habet litium & iurgiorum: In seruis operum & laborum: quas compositio anni conferre debet & ad perfectionum operum rusticorum. Quod tempus ut sacrificiorum libamenta seruentur: fœtus pecorum quæ dicta in lege diligenter habenda ratio intercalandi est: quod institutũ perite a Nũma posteriorum pontificum negligentia dissolutũ est. Iam illud ex institutis pontificum & aruspicium nõ mutandum est: quibus hostiis imolandum: cuiq; deo cui maioribus: cui latentibus: cui ma

ribus: cui fœminis: plures autem deorum omniũ singulis singulorum sacerdotes & respondendi iuris & confitendarũ religionum facultatem afferunt: cũq; uesta quasi focum urbis ut græco nomine est appellata: q; nos prope idem græcum interpretatum nomen tenemus conspecta sit: ei colendæ uirgines præsint: ut aduigilet facilius ad custodiam ignis: & sentiãt mulieres in natura feminarũ omniũ castitatem pati. Quod sequitur uero non solum ad legionem pertinet: sed etiam ad ciuitatis statum: ut sine his qui sacris publice præsunt religioni priuatæ satisfacere non possint. Continent enim r. p. consilio & auctoritate optimatũ super populum indigere: descriptioq; sacerdotum nullum iustæ religionis genus prætermittit. Nã sunt adplacandos deos alii constituti: qui sacris præsint solẽnibus: ad interpretãda alii prædictauatum neq; multorum: ne esset infinitum: neq; uc ea ipsa quæ suscepta publice essent quisq; extra collegium nosset: Maximum autem & præstantissimum in republica ius ẽ augurum: cum est auctoritati cõiunctũ. Neq; uero hoc quia sum ipse augur ita sentio: sed qa sic existimari nos est necesse. Quid enim maius ẽ si de iure quærimus: q̃ posse a summis impiis & summis potestatibus comitia tollere: & cõcilia uel instituta dimittere: uel habita rescindere. Quid grauius quam rem susceptã dirimi: si unus augur aliter dixerit? Quid magnificentius q̃ posse decernere ut magistratus abdicent cõsules? Quid religiosius q̃ cum populo cũ plebe agendi ius aut dare aut non dare? Quid legem si nõ iure rogata est tollere: ut etiam decreto collegii ut lenias cõsilio Philippi consules & augures nihil domi nihil familiæ per magistratus gestus sine eorum auctoritate posse cuiq̃ pbari. A. Age iam ista uideo: fateorq; esse magna ut est in collegio nostro inter Marcellũ & Apiũ optimos augures magna dissensio. Nam eorum ego in libros incidi: cum alteri placeat auspicia ista ad utilitatem cẽ r. p. cõposita: alteri disciplina nostra quasi diuinari uideat prorsus posse. Hac tu de re quæro qd sentias? T. Ego ne? diuinationẽ q̃ græci manticẽ appellant eẽ cẽseo: & huius hãc ipsam partẽ quæ est in auibus cæterisq; signis disciplinæ nr̃æ q; cũ sumos deos esse concedamus: eorũq; mente mundũ regi: & eorũdem benignitatem hominum consulere generi: & posse nobis signa rerum futurarum respondere: non uideo cur diuinationem esse negem. Sunt aũt ea quæ posui: Ex quibus id quod uolumus efficitur & cogit. Iam uero permultorum exemplorum & nostra plena est res. p. & omnia regna omnesq; populi cũcteq; gentes augurum prædictis multa incredibiliter uera accedisse: neq; Polide: neq; Melampodis: neq; Mopsi: neq; Amphilai: neq; Calchantis: neq; Heleni tantum nomen fuisset: neq; tot nationes id ad hoc tẽpus retinuissent Apparigũ Lycaonum Cilicum maximeq; pysidarum: nisi uetustas ea certe esse docuisset. Nec uero Romulus noster auspicato urbem condidisset: neq; attinaui nomẽ memoria floreret tã diu: nisi hi omnes multa ad ueritatem & mirabilia dixissent. sed dubium nõ est: quin hæc disciplina & ars augurum euanuerit iam & uetustate & negligentia. Itaq; neq; illi assentior: qui hanc sententiã negat unq̃ in nostro collegio fuisse neq; illi esse etiam nunc putat: Quæ mihi uidetur apud maiores fuisse duplex: ut ad rei publicæ tempus non nunq̃ agendi consiliũ sæpissime ptineret. At. Credo hercle ita esse: istiq; rationi potissimum assentior: sed redde cętera. T. Reddã uero & si potero breui. Sequitur enim de iure belli: in quo & suspiciendo & gerẽdo & deponẽdo ius ut plurimũ ualet: ut fides forũq; ut publici interpres essẽt: lege sanximus. Iam de auruspicium religione: de expiationibus & perturbationibus satis supraq; in ipsa lege dictum puto. At. Assentior: quoniã omnis hæc in religione

uersat᷑ oratio. At uero q᷒ sequitur quomodo: aut tu assentiare: aut ego reꝑhendum: sane quæro. T. Q uid tãdē id est? At. De nocturnis sacrificiis mulierũ. T. Ego uero assentior: expectato præsertim in ipsa lege solẽni sacrificio ac publico. Q uid ergo aget Iachus eum olpidæq᷒ nostri & augusta illa mysteria: siquidē sacra nocturna tollimus? Nõ enim. P. R. sed omnibus bonis firmisq᷒ populis leges damus. At. Excipis credo illa: quibus ipsi initiati sumus. T. Ego uero excipiã. Nam mihi cum multa eximia diuinaq᷒ uideãtur Athenæ tuæ peperisse: atq᷒ in uita hominũ attulisse: cum nihil melius illis mysteriis quibus ex agresti imaniq᷒ uita exculti ad humanitatẽ & mitigati sumus: initiaq᷒ ut appellantur: ita re uera principia uitæ cognouimus. Neq᷒ solũ cũ lætitia uiuendi rationem accepimus: sed etiã cum spe meliore moriẽdi. Q uid autẽ mihi displiceat inocentes poetæ indicant Comici: qua licẽtia Romæ data quid nã egisset ille qui in sacrificiũ cogitatam libidinẽ intulit: quo neq᷒ impudentiã quidẽ oculorum adiici fas fuit. A. Tu uero istam Romæ legem rogato: nobis nostras ne ademeris. T. Ad nostra igitur reuertor: quibus profecto diligentissime sanciendũ ẽ: ut mulierũ fama multorũ oculis lux clare custodiat: initientur q᷒ eo ritu cæteri: quo Romæ initiãtur. Q uoi genere seueritatẽ maiorũ Senatus uetus auctoritas de bacchanalibus & consulum exercitu adhibito quæstio animaduersioq᷒ declarat atq᷒ oia nocturna ne nos durieres forte uideamur in media græcia dyagundas Thebanus lege perpetua sustulit: nouos uero deos & in his colendis nocturnas peruigilationes: sic Aristophanes facetissimus poeta ueteris comediæ uexat: ut apud eum Sabeius & quidam alii dii peregrini iudicati e ciuitate eiiciantur. Publicus autem sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu liberet: audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet: atq᷒ impiam iudicet. Iam ludi publici quam sint cauea circoq᷒ diuisi sint corporũ certationes cursu & pugillatione: luctatione: curriculisq᷒ equorum usq᷒ ad certam uictoriam circo cõstitutis cauea canru uoce ac fidibus & tibiis: dũ modo ea moderata sint: ut lege præscribitur: Assentior enim platoni: nihil tam facile in animos teneros atq᷒ molles influere: q᷑ uarios canendi sonos: quorum dici uix potest quanta sit uis in utranq᷒ partem. Namq᷒ & incitat languentes: & languere facit excitatos: & tum remittit animos: tum contrahit. Ciuitatumq᷒ hoc multarũ in græcia interfuit antiquum uocum conseruare modum: quarum mores lapsi ad mollicies pariter sunt immutati cum cantibus: aut hac dulcedine corruptela q᷒ depraua-ti ut quidam putant: aut cum seueritas eorum ob alia uitia cecidisset: tum fuit iauribus animisq᷒ mutatis etiam huic mutationi locus. Q uamobrem ille quidẽ sapientissimus uir græciæ longeq᷒ doctissimus ualde: hanc labem ueretur. Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum. Ego autem nec tam ualde id timendum: nec plane contemnendum puto. Illa q᷑dẽ quæ solebãt quõdam complecti seueritate iocũda liuianis & neuianis modis: nũc ut eadem exultẽt cerui-ces oculosq᷒ pariter cum modorũ flexionibus torqueãt: grauiter olim ista uindicabat uetus illa græcia lõge puidẽs: q᷑ sensim pnicies illapsa ciuiũ animo malis studiis malisq᷒ doctrinis repente totas ciuitates euerteret. Si q᷑dem illa seuera lacedemon neruos iussit: q᷒ plures q᷑ septẽ habere: in timothei fidibus indedemi: deinceps in lege ẽ: ut de ritibus patriis colant᷑ optimi: de quo cũ consulerẽt Athenienses Appollinẽ Pythiũ quas potissimũ religiones teneret: oraculũ editũ ẽ: eas q᷑ eẽnt i more maiorũ Q uo cũ iterũ ueniissent: maiorũq᷒ morẽ dixissent sæpe eẽ mutatũ: q᷑ siuissent q᷒ quẽ morẽ potissimũ sequerent᷑ e uariis: rñdit optimũ. Et ꝓfecto ita est: ut id habẽdũ sit

antiquissimæ: & deo proximũ quod sit optimũ. Stipem sustulimus: nisi eã q̃ apud paucos dies propriã ideæ matris excepimus. Implet enim supstitione animos: & exhaurit domus. Sacrilego pœna est: neq; ei soli qui e sacro abstulerit: sed etiam ei qui sacro cõmendatum: quod & nunc multis fit fanis alexãder in cilicia deposuisse apud solem in delubro pecuniã dicit̃: & Atheniẽsis Clysthenes Iunoni Samiæ ciuis egregius cũ rebus timeret suis filiarũ dotes credidit. Sed iam de periuris: de incesto nihil sane hoc quidẽ loco disputandũ est: Donis impii ne placare quidẽ audeant deos: Platonẽ audiant: qui uetat dubitare qua sit mente futurus deus: cũ uir nemo bonus ab improbo se donari uelit. Diligẽtia uotorũ satis in lege dicta est: ac uoti spõsio qua obligamur deo: pœnã uero uiolate religionis iustã recusationẽ nõ habet. Quid ego sceleratorũ hic utar exemplis: quorũ sunt plæne tragœdiæ: quæ ante oculos sunt̃: ea primo attingam̃. Et si hæc cõmemoratio uereor ne supra hoiis fortunã esse uideatur: tamen quoniã seruo mihi est apud deos nihil reticebo. Velimq; hoc quod loquar diis immortalibus gratũ potius uideri q̃ graue. Omnia autẽ tum perditorum ciuium scelere discessu meo religionũ iura polluta sunt: uexati nostri lares familiares: in eorũ sedibus exædificatũ tẽplũ licentiæ pulsus a delubris is qui illa seruarat: circũspicit hæc celeriter animus: nihil eni attinet quẽq; nominari qui sint rerũ exitus consecuti. Nos qui illam custodem urbis omnibus ereptis nostris rebus ac pditis uiolari ab impiis passi non sumus: eũq; ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus: iudicia senatus italiæ gentiũ deniq; omniũ in cõseruata patria cõsecuti sumus: quo quid accidere potuit homini præclarius quo scelere religiones ꝓstratæ afflictæq; sũt: partim exillis distractæ ac dissipatæ iacẽt. Quid uero ex hiis qui horũ scelerũ principes fuerunt & præter cæteros in omni religione impii nõ solũ uita cruciati atq; dedecore uetũ & sepultura ac iustis exequiarũ caruerũt. Q. Equidẽ ista agnosco frater: & meritas diis gratias ago. sed nimis sæpe secus aliquos uidemus euadere. T. nõ eni Quinte recte existimamus: quæ pœna diuina sit num opiniõibus uulgi rapimur in errorẽ nec uera cernimus morte: aut dolore corporis: aut luctu: aut offensione iudicii hominũ miserias põderamus: quæ fateor humana esse: & multis bonis uiris accidisse. sceleris etiã pena tristis & præter eos euẽtus qui sequũtur: per se ipsa maxima est. Vidimus eos qui nisi odissent patriã: nunq̃ nobis inimici fuissent ardentes tum cupiditatũ tum metu tum conscientia. quid agerent modo timẽtes uicissim contemnẽtes religiones iudicia perupta ab hiisdẽ corrupta hominũ nõ deorum. Reprimã iam & nõ in sequar longius: eoq; minus quod plus pœnarũ habeo quã petiui: tantum pœnam Erebi duplicẽ pœnã eẽ diuinã: q; cõstaret ex uexãdis niuorũ animis: & ea fama mortuorũ: ut eorũ exitiũ & iuditio uiuorũ & gaudio cõprobetur. Agri autẽ ne consecrentur: Platoni prorsus assentior: qui si modo interpretari potuero: his fere uerbis utit̃. terra igitur ut focus domicilium sacrum deorũ oium est. Quocirca ne quis iterũ idẽ cõsecrato. aurum aut argẽtum in urbibus & priuatim & in fanis inuidiosa res est: tamen ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo. Iam æs atq; ferrum duelli instrumenta nõ fani: ligneum autem quoq; uoluerit uno e ligno cauato. Item q; lapideũ in delubris coibus testile: nec operosius quã mulieris opus menstruũ. Color aũt albus præcipue decorus deo est: tũ in cæteris: tũ maxime in textili: Tincta uero absint: nisi a bellicis insignibus: dignissima aũt dona habes & formæ ab uno pictore uno absoluta die. Itẽq; huius cætera exẽpla dona sũt. hæc illi placẽt: sed ego cætera nõ tam restricte præfinio uel hoium uitiis uel subsidiis temporũ uictus.

Terræ cultum segniorem suspicor fore si ad eam tuendam ferroq; subiiciendam superstitionis aliquid accesserit. At. Habeo ista nunc de sacris perpetuis: & de manium iure restat. T. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi ista exciderant. At. Ita credo: sed tamen hoc magis eas res & memini & expecto: q; ad pōtificum ius & ad ciuile pertinent. T. Vera & aptissima sunt istis de rebus responsa & scripta multa: & ego in hoc omni sermone nostro quod ad quodcunq; legis genus me disputatio nostra deduxerit: tractabo quoad potero eius ipsius generis ius ciuile nostrum: sed ita locus ut ipse notus sit ex quo ducatur quæq; res & ars iuris: ut non difficile sit quæcunque noua causa consultatio ue acciderit: eius tenere ius: cum scias a quo capite repetendum. Sed iure consultis siue erroris causa obiiciēdi causa. quo plura & difficiliora scire uideatur: siue quod uerisimilius est ignoratione docendi sæpe quod positum est in una cognitione. id in infinita dispartiuntur uelut in hoc ipso genere. q̄ magnum illud Scæuolū faciunt pontifices ambo & iidem iuris peritissimi. At inquit publii filius ex patre audiui pontifice bonum neminem esse nisi qui ius ciuile cognosset. Totum ne? Quid ita? Quid enim ad pontificem de iure parietum: aut aquarum: aut ullo omnino. Si autem quod cum religione coniunctum ē: Id autem quantulum est: de sacris credo de uotis: de feriis: & de sepulcris: & si quid eiusmodi est. Cur igitur hæc tanta facimus: cū cætera perparua sint? de sacris autem qui locus patet latius: hæc sit uan sententia: ut conseruentur semper: & deinceps familiis prodantur: & ut in lege posui perpetua sint sacra hic posita: hæc iura pontificum auctoritatē consecuta sunt: ut ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret: & iis esset ea ad iuncta. ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. hoc uno posito quod est ad cognitionem disciplinæ satis innumerabilia nascuntur: quibus implentur iurisconsultorum libri: quæruntur enim qui astrigantur sacris: hæredum causa iustissima est. Nulla est enim persona: quæ ad uicem eius qui e uita emigrauerit proprius accedat. Deinde qui morte testamento ue eius tantūdem capiat quantum omnes hæredes: id quoq; ordine: Est enim ad id quod propositum est accommodatum. Tertio loco si nemo sit hæres. is qui de bonis quæ eius fuerunt. cum moritutus acceperit plurimum possidendo. Quarto si nemo sit qui ullam rem cœperit de creditoribus eius qui plurimum seruet. Extrema illa persona est. ut si quis ei qui mortuus sit pecuniam debuerit. meminiq; eā soluerat. proinde habeatur quasi eam pecuniam ceperit. hæc nos a Scæuola didicimus non ita descripta ab antiquis. Nam illi quidem his uerbis docebant. tribus modis sacris astringi hæreditatem. aut si maiorem partē pecuniæ capiat. aut si maior pars pēcuniæ legata est aut si inde quippiam cœperit. Sed pōtificem sequamur. uidetis igitur omnia pendere ex illo uno q; pontificū pecuniam sacro coniungi uolunt. Iisdēq; ferias & cerimonias ascribendas putant. atq; etiam dant hoc Scæuolæ. quod est partitio. ut si in testamento deducta scripta non sint: ipsiq; minus cœperint q̄ omnibus hæredibus relinquatur: sacris ne alligentur in donatione: hoc idem secus interpretātur: & quod pater familias in eusdē donatiōe: qui in ipsius potestate esset aprobauit: ratum est. Quod eo inscio factum est: si idis non approbat: ratum non est. his propositis quæstiunculæ multæ nascuntur: quas qui intelligat: non si ad caput referat: per se ipse facile prospiciat. Veluti si munus quis cœpisset. ne sacris alligaretē ac post de eius hæredibus aliquis exegisset p̄ sua parte id quod ab eo cuius ipse hæres esset prętermissū fuisset: eaq; pecunia nō minor eēt facta cū superiore exactiōe: q̄ hæredibus oibus esset relicta: qui eam pecuniam exegisset solū nisi cohæredibus sacris allegari.

Quin etiam cauent:ut cui plus legatum sit.quam sine religione capere liceat:is pæs & libram hæredem testamenti soluat:propterea quod eo loco res est ita soluta hæredítate:quasi ea pecunia legata nõ esset.hoc ego loco multisq; aliis quæro a uobis Scęuolæ põtifices maximi & homines quidem iudicio meo acutissimi: quid sit q̃ ad ius põtificum ciuile appetatis. Ciuilis enim iuris scientia pontificum quodammodo tollitis.Nam sacra cum pecunia pontificum auctoritate nulla lege cõiuncta sunt.Itaq; tantummodo pontificis esset:si pontificalis maneret auctoritas. Sed quod idem iuris ciuilis est spernitis:ac scientia illa eluditis.Placuit.p.Scæuolæ & Cotũcano põtificibus maximis idemq; cæteris:eos qui tantundem caperent quãtum omnes hæredes sacris alligari.Habeo ius Pontificum.quid huc accessit ex iure ciuili? partitionis caput:scriptum caute:ut centum nũmi deducerentur.Inuenta est ratio:cur pecunia sacrorum molestia liberaretur.At.Quid si hic qui testamentum faciebat:cauere uoluisset.T.Admonet iuris cõsultus hic quidem ipse Mutius pontifex idem ut minus capiat:q̃ omnibus hæredibus relinquatur: superdicebant quicquid cepisset astringi: rursus sacris liberantur.Hocuero nihil ad pontificium ius:& e medio est e iure ciuili ut per æs & libram hæredem testamenti soluãt:eodem loco res sit:quasi ea pecũia legata non esset.si is cui legatum est stipulatus est id ipsum quod legatum est:ut ea pecunia ex stipulatione debeatur:sitq; ea non doctum hominem sane cuius fuit actius perfamiliaris:sed mensem credo extremum anni ut ueteres februarium:sic hic decẽbrem sequebatur.Hostia autem maxima parentare:pietatis esse adiũctum:putabat Iam tanta religio est sepulchrorum:ut extra sacra & gentem inferri fas negent esse: idq; apud maiores nr̃os Torquatus in gente popilia iudicauit.Nec uero tam ἐκφόρια quæ a nece appellata sunt:qua residẽt mortui:q̃ cæterorum cęlestium quieti dies feriæ nominarentur:nisi maiores eos qui ex hac uita migrassent. in deorũ numero esse uoluissent:fas in eos dies conferre ius.ut ne ipsius:neq; publicæ feriæ sint: totaq; huius iuris compositio pontificalis magnam religionẽ cerimoniamq; declarat.Neq; necesse est edisserí a nobis quæ finis funestæ familiæ: quod genus sacrificii lare uerueci bus fiat:quemadmodum os reiectum terræ obtegatur:quæq; in porca cõfracta iura sint quo tempore incipiat sepulchrum esse:& religiõe teneatur. At mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus id fuisse uidetur:quo apud Xenophontem Cyrus utit. Redditur enim terræ corpus.& ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.eodemq; ritu in eo sepulchro quod procul ad fontis aras regem nostrum Numam conditum accepimus.gentemq; Corneliam usq; ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam.C.marii sitas reliquias apud Anienẽ dissipari iussit Sylla uictor acerbiore odio incitatus. quam si tam sapiens fuisset q̃ fuit uehemens: quod haud scio an timens suo corpore posset accidere primus e patritiis Cornelius igni uoluit cremari.Declarat etenim Ennius de Affricano.hic est ille situs uere. nam siti dicuntur ii qui conditi sunt:nec tamen eorum abte sepulchrũ est q̃ iusta facta & corpus incensum est.Et quod nunc cõmuniter in omnibus sepultis penitus humati dicantur.illud erat proprium tum in iis quos humus iniecta contegeret. eũq; morẽ ius pontificale confirmat.Nã priusquam in eos iniecta gleba est.locus ille ubi crematum est corpus nihil habet religionis iniecta gleba tumulis exhumatus est. & gleba uocat.at tũ deniq; multa religiosa iura cõplectitur.Itaq; in eo qui in naui dei de in mari proiectus esset.decreuit.P.Mutius familiã purã quotos supra terrã nõ extare portã hæredi eẽt.cõtra censet habendas tridnũ ferias.& porco femina piaculũ

pati si in mari mortuus esset eadem præter piaculum & ferias. At. Video quæ sint in pontificio iure: & quæro quidnam sit in legibus. T. Pauca sane Tite: & uti arbitror non ignota uobis. Sed ea non tam ad religionem spectant: q̃ ad ius sepulchrorum: hominem mortuum inquit lex in duodecim tabulis: In urbe ne sepelito. ne ue urito: credo uel propter ignis periculum. Quod autem addit ne ue urito: indicat non qui uratur sepeliri: sed qui humetur. At. Quid: qui post duodecim in urbe sepulti sunt. T. Claros uiros credo Tite fuisse: aut eos quibus hoc ante hanc legem uirtutis causa tributum est ut publicolæ: ut Tuberto q̃ eorum posteri iure tenuerunt: aut eos si q̃ hoc ut. C. Fabricius uirtutis causa soluti legibus non secuti sunt. Sed in urbe sepeliri lex uetat. Sic decretum a pontificum collegio non esse ius in loco publico fieri sepulcrũ Nostris extra portam collinam ædem honoris & aram in eo loco fuisse memoriæ proditum est: ad eam cum lamina esset inuenta: & in ea scriptum: domina honoris: ea causa fuit ædis huius dedicandæ: sed cum multa in eo loco sepulchra fuissent: exarata sunt. Statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Iam cætera in duodecim minuendi sunt sumptus lamentationesq̃ funeris translata de Salonis fere legibus: hoc plus inquit ne facito rogum ascia ne polito. Nostis quæ sequuntur. Discebamus enim pueri duodecim ut carmen necessarium: quas iã nemo discit. Extenuato igitur sumptu tribus riciniis & uinculis purpuræ & decem tibicinibus tollit etiam lamentationem. mulieres genas ne radunto ne ue lessum funeris ergo habento. hæc ueteres interpretes Sex. Elius. L. Atilius non satis intellige re se dixerunt sed suspicari uestimenti aliquod genus funeris. Lelius lessum quasi lugubrem eiulationem. ut uox ipsa significat. quod eo magis iudico uerum esse. quia lex Solonis id ipsum uetat. hæc laudabilia & locupletibus fere cum plebe cõmunia. Quod quidem maxime e natura est tolli fortunæ discrimine in morte. Cætera item funebria quibus luctus augetur duodecim sustulerũt. homini inquit mortuo ne ossa legito quo post funus faciat excipit bellicam peregrinãq̃ mortem. Hæc præterea sunt i legibus de unctura: quæ seruilis unctura tollitur. omnisq̃ circumpotatio quę & recte tolluntur neq̃ tollerentur nisi fuissent ne sumptuosa aspersione longæ coronæ ne acerræ prætereantur. Illa iam significatio est laudis ornamẽta ad mortuos pertinere: q̃ coronam uirtute paratam & ei qui peperisset. & eius parẽti sine fraude esse lex impositã iubet. Credoq̃ q̃ erat factitatum: ut uni plura fierẽt. lectiq̃ plures sternerentur. id quoq̃ ne fieret lege sancitum est. qua i lege cum esset ne ue aurum addito q̃ humane excipiat. Altera lex præcipit. altera lex uetat. at cui auro dentes iuncti essent astim. cum illo sepelirentur. & ne se fraudi esto. & simul id uideto te al ud habitũ esse sepeliretur aeræ. duæ sunt præterea leges de sepulchris. quarum altera priuatorum ædificiis altera ipsis sepulchris cauet. Nam q̃ rogum bustum ue nouum uetat propius sexaginta pedes adiici ædes alienas inuito dño incendium ueretur acerbum. Quod autem eorum id est uestibulum sepulchri bustum ue usucapi uetat tuetur ius sepulchrorum. hoc habemus in duodecim sane secundum naturam: quæ norma legis est: reliqua sunt in more funus ut inducatur si quid ludorum domusque funeris utantur accenso atq̃ lictoribus honoratorum uirorum laudes in concione memorãtur. easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequantur. Cui nomen Nemiæ, quo uocabulo etiã græcos cantus lugubres noĩant. Q. Gaudeo nr̃a iura ad naturã accõmodari. maiorũq̃ sapia admodũ delector. T. Sed credo Quinte ut cæteros sũptus sic ẽt sepulchrorũ admodũ recte reqri. Quis. n. ad sũptus ꝓgressa iã ista res sit i. C. figuli

sepulchro uidisse credo minimã olim istius rei fuisse cupiditatẽ. Alioquin multa extarent ampla maiorũ: nostrę quidem leges interpretes quo capite iubentur sumptus & luctũ remouere a deorũ manium iure hoc intelligũt in primis sepulchrorũ magnificentiam esse minuendam: nec hæc a sapiẽtissimis legum scriptoribus neglecta sũt. Nam & Athenis iã ille mos a Cecrope ut aiunt ꝓmansit: hocius terra humandi: quã cum ꝓximi fecerant: obductaq; terra erat frugibus obserebatur: ut sinus & gremiũ quasi matris mortuo tribueretur. Solũ aũt frugibus expiatum: ut uiuis redderetur. Sequebãtur epulæ quas mittebãt propinqui coronati apud quas de mortui laude: cum ni quid ueri erat predicatũ. Nã mentiri nefas habebatur: ad iusta cõiecta erant. Posteaq̃ ut scribit Phalereus sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent: Solonis lege sublata sunt. quã legem eisdem prope uerbis nostri uiri in decimã tabulã cõiecerũt. Nã de tribus riciniis & pleraq; illa Solonis sũt. de lamẽtis uero expressa uerbis sunt. Mulieres genas ne radũto: ne ue lessum funeris ergo habẽto. De sepulchris aũt nihil est apud Solonem amplius q̃ nequis ea deleat: ne ue alienũ iferat: pœnaq; ẽ: si quis bustũ: nam id puto appellari: Tymbon: aut monumentũ inquit aut colũnam uiolarit deiecerit. Sed post aliquãto propter has amplitudines sepulchrorũ: quas in ceramico uidemus lege sancitũ est: ne quis sepulchrũ faceret operosius q̃ ꝙ decẽ homines effecerint triduo. Neq; id ope tectorio exornari: nec hermæos: quos uocant: licebat ponι: nec de mortui laude nisi ι publicis sepulturis: nec ab alio nisi qui publice ad eã rem cõstitutus esset. dici licebat. Sublata ẽt erat celebritas uirorũ ac mulierũ: quo lamentatio minueretur. Habet. n. luctum concursus hoium: quo circa Pittacus oio accedere quenq̃ uetat in funus aliorum: sed ait rursus eidẽ Demetrius increbuisse eã funerum sepulchrorũq; magnificentiã: quæ nunc fere Romæ est. quã consuetudinem lege minuit ipe: fuit. n. hic uir ut scitis nõ solum eruditissimus: sed & ciuis & R.p. maximæ tuendæq; ciuitatis paratissimus. Iste igitur sumptus minuit nõ solum pœna sed etiam tpe: ante lucem. n. iussit efferri. Sepulchris aũt nouis finiuit modum Nam super terre tumulum noluit quid ſtatui nisi columellã tribus cubitis nõ altiorem: aut mensam: aut labellũ. & huic procuratiõi certũ magistratũ præfecerat. Hæc igitur Atheniẽses tui. Sed uideamus Platonẽ: qui iusta funerũ reiicit. ad interpretes religionum: quem nos morẽ tenemus de sepulcris aũt dicit hoc. Vetat ex agro culto eo ue qui colli possit ullã partẽ sumi sepulcro: Sed quæ natura agri tantũmodo efficere possit: ut mortuorũ corpora sine detrimento uiuorũ recipiat ea potissimũ ut cõpleatur. Quæ aũt terra fruges ferre & ut mater cibos suppeditare possit eam nequis nobis minuat ne ue uiuus ne ue mortuus. Extrui aũt uetat sepulchrũ altius. q̃ quod quinq; diebus absoluerint nec e lapide excitari prius nec imponι q̃ quod capiat laudẽ mortui incisam. ne plus quatuor heroicis uersibus. quos lõgos appellat Ennius. Habemus quoq; huius auctoritatẽ de sepulchris sũmi uiri a quo iterũ funerũ sumptus præfiniẽ ex censibus a minis quiq; usq; ad minã. Deinceps dicit eadẽ illa de immortalitate aiorum & reliqua post mortẽ tranquillitate bonorũ pœnis impiorum. Habetis igitur explicatum oẽm ut arbitror religiõis locũ. Q. Nos uero frater & copiose quidem: sed perge ad cætera. T. Pergã eqdem & qm̃ libitum est uobis me ad hoc ipellere hodierno sermone cõficiam ſpo hac præsertim die. Video. n. Platonẽ idem fecisse oẽmq; orationẽ eius de legibus peroratã esse uno æstiuo die. Sic igitur faciã & dicam de magistratibus id est enim profecto quod constituta religione. R.p. cõtineat maxime. At. Tu uero dic & istam rationem quam accepisti tene.

M. Tullii Ciceronis de legibus liber Tertius. .T.

Equar igitur ut instituí diuinum uirum illum: quem quadã admiratione cõmotus sæpius fortasse laudo q̃ necesse est. A. Platonem uideli
s cet dílígis. T. Istum ipsum. Attice. A. Tu uero eum nec nimis ualde unq̃: nec nimis sæpe laudaueris. Nam hoc mihi etiã nostri illi qui neminẽ nisi suũ laudari uolunt: concedunt: ut eum arbitratu meo dílígã
. T. Bene hercle faciunt: quid enim est elegãtia tua dignius: cuius & uita & oratio consecuta mihi uideť difficilimam illam societatem grauitatis cum humanitate. A. Sane gaudeo q̃ te interpellaui: quando quidem tam præclarum mihi dedisti iudicii tui testimonium. Sed perge ut coeperas. T. Laudemus igitur prius legẽ ipsam ueris & ꝑ priis generis sui laudibus. A. Sane q̃dẽ: sicut de religionũ lege fecisti. T. Videtis igiť magistratus hanc esse uim: ut præsit: præscribat quæ recta & utilia & cõiuncta cũ legibus: Vt enim magistratibus leges: ita populo præsunt magistratus uere quæ dici potest magistratũ legẽ esse loquẽtẽ: legem autẽ mutũ magistratum. Nihil porro tã aptum est ad ius conditionemq̃ naturæ: quod cũ dico legem a me dici nihil aliud intelligi uolo q̃ imperiũ: sine quo nec domus ulla: nec ciuitas: nec gens: nec hominũ uniuersum genus stare: nec rerũ natura ois: nec ipse mũdus potest: Nam & hoc deo paret: & huic obediunt maria terræq̃: & hominũ uita iussis supmæ legis obtẽperat. Atq̃ ut ad hæc certiora ueniã & notiora nobis: Omnes antiquæ gẽtes regibus quõdã paruerunt. Quod genus imperii primũ ad homines iustissimos & sapientissimos deferebatur: Id ut in. r. p. nostra maxime ualuit: quoad ei regalis potestas pfuit. Deinde etiam deinceps posteris ꝑdebatur: quod & in his etiam qui nũc regnãt: manet. Quibus autẽ regia potestas nõ placuit: non ii nemini: sed nõ semper uni parere uoluerũt. Nos autẽ quoniã leges damus liberis populis: quæq̃ de optima re publica sentiremus i sex libris ante diximus: accõmodabimus hoc tẽpore leges ad illũ quẽ ꝑbamus ciuitatis statum. Magistratibus igitur opus est: sine quorũ prudẽtia ac dilígẽtia esse ciuitas nõ potest: quorũ descriptione omnis. r. p. moderatio cõtinetur. Neq̃ solũ iis præscribendus ẽ iperandi: sed etiã ciuibus obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat: paruerit aliquando necesse est: & qui modeste paret uideť q̃ aliq̃do ipperet dignus esse. Itaq̃ oportet & eũ qui paret sperare se aliquo tẽpore iperaturũ: & illũ qui impat: cogitare breui tẽpore sibi eẽ parẽdum. Nec uero solum ut optẽperent obediãtq̃ magistratibus: sed etiã ut eos colãt: dilígãtq̃ præscribimus: ut charondas i suis facit legibus. Noster uero Plato Titanũ ẽ genere statuit eos: qui ut illi cælestibus: sic hi aduersentur magistratibus. Quæ cum ita sint: ad ipsas iam leges ueniamus si placet. At. Mihi uero & istud & ordo rerũ iste placet. T. iusta ipería sũto: iisq̃ ciuis modeste ac sine recusatione parento: magistratus nec obedientẽ & nocuum ciuem mulcta uinculis uerberibus ue cocrcẽto: ni par maior ne potestas populusq̃ ꝑhibessit: ad quos ꝑuocatio esto cum magistratus iudicassit iterrogassit ue per populũ mulcte pœne certatio esto: Militiæ ab eo qui imperabit ꝑuocatio ne esto. Quod q̃ is qui bellum gerat imperassit: ius ratũq̃ esto. Minores magistratus ꝑti iuris plures in prælia sunto. Militiæ quibus iussi erũt imperanto: eorũq̃ tribuni sunto: domi pecuniã publicã custodiunto. Vincula sonciũ seruãto: capitalia uindicãto: æs: argẽtũ aurũ ue publice signante: lites contractas iudicãto: quodcũq̃ senatus decreuerit agũto: suntoq̃ ædiles curatores urbis: annonũ: ludorũq̃ solẽnium: ollisq̃ ad honoris amplioris gradũ iis prius ascensus esto. Censores populi ciuitates: soboles: familias:

pecuniasq; censento: urbis tẽpla uias aquas ærariũ uectigalia tuento populiq; ptes
i tribus distribuũto. Exide pecunias euitatis ordines ptiũto. Equitũ peditũq; plem
distribuũto. Cælibes eẽ phibento: mores populi regũto: pbrum in senatu nõ relin
quũto. Bini sunto magistratũ quiquẽniũ habento. Reliqui magistratus annui sũ-
to: eaq; potestas semper esto. Iuris disceptator: qui priuata iudicet iudicari ue iube-
at prætor esto. Iis iuris ciuilis custos esto: huic potestati parẽto. Q uodcũq; senatus
creuerit. populus ue iusserit: tot sunto: regio iperio duo sunto: iiq; præunto iudican
do cõsidẽdo prætores: iudices consules appellanto. militiæ summũ ius habento: ne-
mini parẽto: salus populi suprema lex esto. Eũdẽ magistratũ ni iterfuerit. x. anni ne
qs capito ciuitatẽ annali lege seruanto. Ast si quãdo duellũ grauius discordiæ ciuiũ
estũto: ne amplius sex mẽses si senatus creuerit: idẽ iuris qd duo cõsules tenunto: is
q; aue sinistra dicta populi magister esto: æqtatẽ quicũq; regat habeto: pari iure cũ
eo qcũq; erit iuris disceptator. Ast quãdo cõsul is est: magistratus ue populi nec reli
q magistratus ne sunto. r. p. auspicia patrũ sunto: illiq; ex se pdunto: q comitiis cre
are cõsules rite possint: Imperia potestates legationes cũ senatus creuerit: populus
ue iusserit ex urbe exeũto. Duella iusta iuste gerũto: sociis parcũto: se & seruos con
tinẽto: populi sui gloriã augẽto: domũ cũ laude redeũto: rei suæ ergo ne qs legatus
esto: plebes quos p se cõtra uim auxilii ergo. x. creascit: tribuni eius sunto. Q uodq;
ii phibuissent: quodq; plebẽ rogassint: ratũ esto: sciq; sunto: ne ue plebẽ orbã tribu
nis reliquũto: oẽs magistratus auspiciũ iudiciũq; habẽto: ex q̃ iis senatus esto: eius
decreta rata sunto. Ast potestas par maior ue phibet. s. c. pscripta seruãto. Is ordo ui
cio uacato cæteris specimem esto. creatio magistratuũ iudicia populi iussa uetita cũ
suffragio cõsciscẽt optimatibus: nota plebi libera sunto. At si qd erit qd extra magi
stratus quo ærario hæsusit: qui cohæret populus creato: eiq; ius cohærẽdi dato: cũ
populo patribusq; agẽdi ius esto cõsuli prætori magistro populi equitũq;: eiq; quẽ
prodũt patres cõsulũ rogandorũ ereo: tribuniq; quos sibi populus rogassit ius esto
cum patribus agẽdi: idem ad plebẽ quod cẽsus erit ferunto. Q uæcũq; in populo: q̃
cũq; in patribus agent: modica sunto: senatori q nec aderit aut causa aut culpa esto
causas populi tenento ius in populo abesto: par maior ue potestas plus ualeto: Ast
qui turbassit in agendo fraus: auctoris esto: intercessor rei male salutaris ciuis esto
Q ui agent auspicia seruanto: augurí publico parento promulgata proposita in æra
rio cognita agunto: nec plusq̃ de singulis rebus semel consulunto: rem populum do
cendo: doceri a magistratibusq; priuatisq; patiunto: priuilegia ne irrogãto de capite
ciuis nisi per maximum comitium: illosq; quos censores in partibus populi locassint
ne ferũto. donũ ne capiunto: ne ue dãto: ne ue petẽda: ne ue gerẽda: ne ue gesta ptãte:
qsqs earum rerum migrassit noxiæ poenæ parento: Censoris fidem legem custodiũ
to: priuata ad eos acta referũto nec eo magis lege liberi sũto. Lex recitata est discere:
& tabellã iubebo dari. Q. Q uã breui frateri cõspectu posita est a te omnium magi
stratuũ descriptio: sed ea pene nostræ ciuitatis & si a te paulũ allatũ ẽnoui. T. Rectis
sime Q uinte animaduertis: hæc est enim quã Scipio laudati libris: & quã maxime
pbat tẽporationẽ. r. p. quæ effici nõ potuisset: nisi tali descriptione magistratuũ. Nã
sic abeto magistratibus iisq; qui præsunt contineri. r. p. & ex eorũ cõpositione qd cu
iusq; in re publica genus sit intelligi: Q uæ res cum moderatissime sapientissimeq;
constituta esset a maioribus nostris: nihil habui sane nõ modo multũ quod putarẽ
nouandum in regibus. A. Reddes igitur nobis ut in religionis lege feciſti admonitu

& rogatu meo sic de magistratibus: ut disputes qbus de causis maxime placeat ista descriptio. T. Faciam Attice ut uis: & locū istum totū ut a doctissimis græciæ quæ situm disputatū est explicabo: & in institui nostra iura attingā. Q. Istud maxime ex pecto differendi genus. T. Atq pleraq sunt dicta in illis libris: cum de optima. r. p. quæreret: sed huius loci de magistratibus sunt propria quædā a Theophrasto primū: deinde a Dione stoico quæsita subtilius. Q. Ain tandē etiā a stoicis ista tractata sūt. T. Non sane nisi ab eo quē mō nominaui: & postea a magno hoste: & i primis erudito Panætio. Nā ueteres uerbo tenus acuti illi quidē: sed nō ad hūc usum popularē atq ciuilem de. r. p. differebāt. Ab hac familia magis ista manarū Platone principe: post Aristoteles illustrauit oēm hunc ciuilē in disputādo locū: Heraclidesq pōticus, pfectus ab eodē Platone. Theophrastus uero institutus ab Aristotele habita uit ut locupletis in eo genere rerū: ab eodēq Aristotele doctus Dicæarchus huic rationi studioq non defuit. Post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius: de quo feci supra mentionē: mirabiliter doctrinā ex umbraculis eruditorū otioq nō modo i solē atq i puluerē: sed i ipsū discrimē aciēq pduxit. Nā & mediocriter doctos magnos i. r. p. uiros & doctissimos homines nō minus in. r. p. uersatos multos cōmemorare possumus. Qui uero utraq re excelleret: ut & doctrinæ studiis: & regenda ciuitate princeps esset quis facile præter hūc inueniri potest? Q. Puto posse & quidē aliquē de tribus nobis: sed perge ut cœperas. T. Quæsitū ē igitur ab illis: placeret ne unū in ciuitate essē magistratū: cui reliqui parerēt quod exactis regibus intellígo placuisse nostris maioribus: Sed quoniā regale ciuitatis genus probatū quōdā postea nō tā regni q regis uitis repudiat est: nomen tantū uidebitur regis repudiatū: res manebit: si unus oibus reliquis magistratibus imperabit. Quare nec Ephori Lacedæmone sine causa a Theopompo oppositi regibus: nec apud nos consulibus tribuni. Nam illud quidē ipsum quod in iure positū est: habet cōsul: ut ei reliqui magistratus oēs pareant excepto tribuno: qui post extitit: ne id quod fuerit esset. Hoc enī primum minuit cōsulare ius: q extitit ipse qui in eo nō tenererur. Deinde q attulit auxilium reliquis magistratibus: sed etiam priuatis consuli non parentibus. Q. Magnum dicis malum. Nam ista potestate damnata grauitas optimatū cecidit: conualuitq multitudinis. T. Non est ita Quinte. Nō enim ius illud solum supbius populo: sed uiolentius uideri necesse erat: quo postea q̄ modica & sapiēs tēperatio accessit: & cōuersa lex in oēs est domū cū laude repedandū. Nihil enī præter laudem bonis atq innocētibus neq ex hostibus neq a sociis reportandū. Q. Iam illud apertū profecto est: nihil esse turpius q̄ quenq̄ legari nisi. r. p. causa. T. Omitto quemadmodū isti se gerāt atq gesserint: qui legatione hæreditatis aut syngraphas suas persequūtur in hominibus: est quod fortasse uitiū. Sed quæro quid possit eē hac re turpius: q̄ sine procuratore senator: legatus sine mandatis sine ullo. r. p. munere. Quod quidem genus legationis ego cōsul: quanq̄ ad cōmodū senatus pertinere uideatur: tamen approbante senatu frequētissimo nisi mihi leuius tr. pl. intercessisset: sustulissem minui tempus: & quod erat infinitū annū feci: ita turpitudo manet diuturnitate sublata. Sed iam si placet de prouinciis discedatur: in urbēq redeatur. A. Nobis uero placet. sed iis qui in prouinciis sunt: minime placet. T. At uero Tite si parebūt iis legibus: nihil erit iis urbe: nihil domo sua dulcius: nec laboriosius molestiusq prouincia. Sed sequit' lex quæ sancit eam tribūorū plebis potestatē: quæ in. r. p. nostra de qua disseri nihil necesse est. Q. At mehercule ego frater quæro de ista potestate

quid sentias. Nam mihi quidē pestifera uidetur: quippe quæ in seditione & ad seditionē nata sit: cuius primū ortum si recordari uolumus inter alma ciuiū & occupatis & obsesis urbis locis procreatū uidemus. Deide cū eēt cito legatus tanq̄. xxii. tabulis insignis ad deformitatē puer breui tēpore nescio quo pacto creatus: multoq; tetrior & fœdior natus est. Q uē enī ille nō ædidit: q primū ut impio dignū fuit patribus omnē honorē eripuit omnia infima sūmis paria fecit: turbauit: miscuit: Cum affixisset principiū grauitatem: nunq̄ tamē cōquieuit. Atq; ut Cn. Flaminiū atq; ea quæ prisca uidētur propter uetustatem relinquā. Q uid uiris bonis. T. Gracchi tribunatus reliquit? Et si quinquēnio ante Decium Brutū &. P. Scipionē consules: quos & quātos uiros homo omniū infimus & sordidissimus tr. pl. C. Curiatius in uincula coniecit: q; ante factū nō erat. C. uero Gracchi ruinis & emissicis: quos ipse se proiecisse in forū dixit: quibus digladiarentur intra se ciues: nō ne omnē. r. p. statum pmutauit? Q uid iam de Saturni supplicio reliquisq; dicam? quos ne depellere quidē a se sine ferro potuit. r. p. Cur autem aut uetera aut aliena ꝓferamus: potius q̄ & nostra & recētia? Q uis unq̄ tam audax tam inimicus nobis fuisset: ut cogitaret unq̄ de statu nostro labefactādo: nisi mucronē aliquem tribunitiū exacuisset in nos? Q uem cū homines scelerati ac perditi nō modo: ulla ī domo: sed nulla ī gente reperirent gentes sibi ī tenebris. r. p. perturbādas putauerunt: quod nobis q̄dem egregium & adī mortalitatem memoriæ glorioſū neminem ī nos mercede ulla tribunū potuisse repiri; nisi cui nec esse q̄dem licuisset tribuno. Sed ille quas strages edidit? Eas uidelicet: quas sine ratione ac sine ulla spe bona futura sedare potuit ipure beluæ multorū īflāmatus furoribus. Q uāobrem ī ista q̄dem re uehementer. Syllam probo: q tribunis plebis sua lege iniuriæ faciendæ potestatem ademerit: auxiliū ferendi reliquerit: Pompeiūq; nostrum cæteris rebus oibus semper amplissimis sūmisq; efferro laudibus: de tribunitia potestate taceo: nec reprehēdere liber. Nec laudare possū. T. Vitia q̄dem tribunatus præclare Q uinte percipis: sed est iniqua ī omni re accusanda prætermissis bonis malorū enumeratio: uitiorūq; selectio. Nā isto q̄dē modo uel cōsulatus uitupabilis est: si cōsulū quos enumerare nolo: peccata collegeris. Ego enim fateor ī ista ipsa potestate in esse q̄ddā mali: sed bonū quod est quæsitū ī ea sine isto malo nō haberemus. Nimia potestas ē tr. pl. qs negas? sed uis populi multo uehemētior multoq; sæuior: quæ ducē q; habet interdū lenior est: q̄ si nullum haberet. Dux enim suo periculo ꝓgredi cogitat populi īpetus periculi rationē sui nō habet. At aliquando īcēditur: & q̄dē sæpe sedatur. Q uod enim est tam desperatū collegiū in quo nemo e. x. sana mente sit: Q uin ipsum Tiberiū gracchū non solum uetitus: sed etiam sublatus intercessor fuerat. Q uid enī illud aliud ꝓtulit: nisi quod potestatem intercedēdi collegæ abrogauit? Sed tu sapientia maiori nihilo uide concessa plebi a patribus ista potestate arma ceciderunt: restincta seditio est: suentum ē temperamentum: quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. In quo uno fuit ciuitatis salus. At duo gracchi fuerunt: & ꝑter eos q̄s enumeres multos licet cum deni crearentur: nullos ī omni memoria repies ꝓnitiosos tribunos leues etiam non bonos fortasse plures: Inuidia quidem summus ordo caret: plebs de suo iure periculosas contentiones nullas facit. Q uamobrem aut exigendi reges nō fuerunt: aut plebi re non: uerbo danda libertas: quæ tamen sic data est: ut multis præclarissimis addicere tur ut auctoritati principū cederet. Nostra autē causa quæ optime & dulcissime frater incidit in tribunitiam potestatē: nihil habuit cōtentionis cū tribunatu. Nō enim

plebes incitata nostris rebus inuidit: sed uincula soluta sunt: & uitia icitata adiũcto errore etiã militari. neq; nobiscum illa tum peste certamẽ fuit: sed cũ grauissimo. r. p. tempore: cui si nõ cessissem: nõ diuturnum beneficii mei patria fructũ tulisset. At hoc rei exitus indicauit. Quis enim nõ modo liber sed etiã seruus libertate dignus fuit: cui nostra salus cara nõ esset? Quod si iis casus fuisset rerũ quas pro salute. r. p. gessimus: ut nõ omnibus gratus esset: etsi in nos multitudinis uis furentis inflãmata inuidia repulisset tribunitia: quis i me populũ sicut Gracchus in Lenatẽ Saturninus in Metellũ incitasset? feremus O Quinte frater: cõsolarenturq; nos non tam philosophi qui Athenis fuerũt: qui hoc facere debent: q̃ clarissimi uiri: qui illa urbe pulsi carere i grata ciuitate: q̃ manere i improba maluerũt. Pompeiũ uero q; una ista in re nõ ita ualde probas: uix satis mihi illud uideris attẽdere: nõ solum ei quod esset optimũ uidendũ fuisse: Sed etiam quid necessariũ. Sensit enim deleri nõ posse huic ciuitati illam potestatẽ: quippe quã tantope populus noster ignotã expetisset: qui posset carere cognita. Sapiẽtis autem ciuis fuit causam nec pnitiosam & ita popularem: ut nõ posse obsisti pnitiose populari ciui nõ relinquere. Scis solere in huiusmodi sermone: ut transiri alio possis: dici admodũ: Q. Prorsus ẽ ita: haud equidem assentior: tu tamen ad reliqua pgas uelim. T. Perseueras tu quidẽ: & in tua uetere sententia manes. Q. Nõ mehercule. A. Ego sane a Quinto nostro dissentio: sed ea q̃ restant audiamus. T. Deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia & iudicia dãtur. Iudicia ut esset populi potestas: ad quam prouocaretur: auspicia ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ: sæpe enim populi ipetũ iniustũ auspiciis dii immortales reppulerunt. Exiis autẽ q magistratum cœperunt: quod senatus consulto efficitur: popularẽ sane neminẽ in summũ locum nisi p populum uenire sublata cooptatione censoria. Sed p̃sto est huius uitii tempatio: q; senatus lege nostra cõfirmatur auctoritas. Sequitur enim eius decreta rata sunto. Nam ita se res habet: ut si senatus dominus sit publici cõsilii: quodq; iis creuerit defendant omnes: & si ordines reliqui principes ordines consilio. r. p. gubernari uelint: possit ex tempatione iuris cũ potestas in populo auctoritas in senatu sit: teneri ille moderatus & concors ciuitatis status: p̃sertim si proximæ legi parebitur: Nam ꝓximum est: is ordo uitio careto: cæteris specimen esto. Q. Præclara uero ista lex: sed & altera ut & uitio careat ordo: & ut censorem quærat interp̃tem. At. Ille uero & si tuus totus est ordo: gratissimamq; memoriam retinet consulatus tui: pace tua dixerim: non modo censores sed etiam iudices omnes potest defatigare. T. Omitte ista Attice. Non enim de hoc senatu nec his de omnibus qui nũc sunt: sed de futuris: si qui forte his legibus parere uoluerint: hæc habetur oratio: cum omni uitio carere lex iubeat: nec ueniat quidem in eum ordinem quisquam uitii particeps. Id autem difficile factu est: nisi educatione quadam & disciplina de qua dicemus aliquid fortasse: siquid fuerit loci aut temporis. A. Locus certe non deerit quoniam tenes ordinem legum: tempus uero largitur longitudo diei. Ego autem etiam si prærieris: repetam a te istum de educatione & de disciplina locum. T. Tu uero & istum Attice: & si quẽ alium præterii: spæcimẽ esto: q; sic tenemus omnia: Vteni cupiditatibus pricipum & uitiis ifici solet tota ciuitas: sic emendari & corrigi continentia uir magnus & nobis omnibus amicus. L. Lucullus ferebatur quasi cõmodissime respondisset: cum esset obiecta magnificentia uillæ tusculanæ: duos se habere uicinos: superiorem equitem. R. pubiseriorem libertinum: quorum cum essent magnificæ uillæ: concedi sibi oportere q; his q

ſupioris ordinis eſſent liceret. Nō uides Lucule a te id ipſum ñatum ut illi iciperent quibus id ſi tu nō faceres nō liceret. Q uis enim ferret iſtos: cum uideret corū uillas ſignis & tabulis refertas partim publicis partim etiā ſacris & religioſis. Q uis nō ſu geret eorū libidines: niſi illi ipſi qui eas frangere deberent. eiſdē tenerentur? Nec eni tantū mali eſt peccare principes: quāquā eſt magnū hoc per ſe ipſum malū: q̄tum il lud: q̄ permulti etiā imitatores pricipū exiſtunt: Nam licet uidere: ſi uelis replicare memoriā temporū. qualeſcūq; ſūmi ciuitatis uiri fuerit talē ciuitatē fuiſſe: quæcūq; mutatio morū pricipibus extiterit: eandē in populo ſecuturam. Idq; haud paulo eſt ueriusq; q̄ Platoni noſtro placet: qui muſicorū cantibus aīt mutatis mutari ciuita tū ſtatus. Ego autē nobiliū uita uictuq; mutato: mores mutari ciuitatū puto: quo pnitioſius de.r.p. merentur uitioſi principes: quod nō ſolū uitia concipiunt ipſi: ſed ea infundunt in ciuitatem. neq; ſolum obſunt q̄ illi ipſi corrunpuntur etiam ſed q̄ corrunpūr: pluſq; exemplo q̄ peccato nocēt. Atq; hæc lex dilatata ī ordinē cūctū coanguſtari etiā poteſt. Pauci enim atq; admodū pauci honore & gloria amplificati uel corrūpere mores ciuitatis uel corrigere poſſunt. Sed hæc etiā nūc ſatis & in aliis libris tractata ſunt diligētius. Q uare ad reliqua ueniamus. Proximus aūt eſt de ſuf fragiis quæ iubeo nota eſſe optimatibus populo libera. A. Ita mehercule attēdi: nec ſatis intellexi quid ſibi lex: aut quid uerba iſta uellent. T. Dicā Attice & uerſabor in re difficili ac multū & ſæpe quæſita: ſuffragia in magiſtratu mādādo: aut de reo iu dicādo: q̄ lege aut rogatione clamat palā ferre melius eſſet. A. An etiam id dubiū ē? Q. Vereor ne a te rurſus diſſentiam. T. Nō facies Q uinte: nā ego in iſta ſum ſentē tia q̄ te fuiſſe ſemp ſcio: nihil ut fuerit in ſuffragiis uoce melius: ſed obtineri an poſſit uidēdū ē. Q. Q uare frater bona tua uenia ē qd dixerim: iſta ſentētia maxime & fal lit imperitos: & obeſt ſepiſſime.r.p. cum aliquid uerum & rectū eſſe dicitur: ſed ob tineri. i. obſiſti poſſe populo negatur. Primū enim obſiſtitur cum agit̄ ſeuere: dein de ui opprimi in bona cauſa ē melius. q̄ malæ cedere. Q ui autē non ſentit omnē au ctoritatē optimatiū: tabellariā legem abſtuliſſe: quā populus liber nūq̄ deſiderauit idem oppreſſus dominatu ac potētia pricipū flagitauit. Itaq; grauiora iudicia de po tētiſſimis hominibus extāt uoces q̄ tabellæ. Q uāobrem ſuffragādi nimia libido in nō bonis cauſis eripiēda fuit potētibus: nō latebra danda populo: in qua bonis igno rantibus quid quiſq; ſentiret tabella uitioſum occultaret ſuffragiū. Itaq; iſti rationi neq; lator quiſquā eſt inuentus: nec auctor unq̄ bonus. Sunt enim quatuor leges ta bellariæ: quarū prima de magiſtratibus mādādis: ea ē gabinia lata ab homine igno to & ſordido: ſecuta biēnio poſt caſſia eſt de populi iudicio: ea a nobili homine lata ē .L. caſſio. Sed pace familiæ dixerim diſſidēte a bonis: atq; omnis rumuſculos popu lari ratione aucupante. Carbonis eſt tertia de iubendis legibus ac uetādis ſeditioſi at q; īprobi ciuis: cui ne reditus quidē ad bonos ſalutē a bonis potuit afferre: uno in ge nere relinqui uidebatur uocis ſuffragiū: q; ipſe Caſſius exceperat perduellionis. De dit huic quoq; iudicio Cælius tabellam: docuitq; coad uixit ſed ut opprimeret Cæli us populum nocuiſſet &.R.pub. & auus quidem noſter ſingulari uirtute ī hoc mu nicipio quoad uixit reſtitit. M. Gratidio. cuius in matrimonio ſororem auiam noſtrā habebat ferenti legem tabellariam. Excitabat enim flectus in ſimpulo ut dicitur Gratidius quos poſt filius eius Marius in ægæo excitauit mari ac noſtro quidem: qui cum res eſſet a ſe delata Scaurus conſul: utinamq; inquit. M. Cicero iſto ani mo atq; uirtute in ſumma.R.publi. nobiſcum uerſari: q̄ in municipali maluiſſes.

quatuor leges tabellariæ
Gabinia
Caſſia
Carbonis

Quamobrē quoniā nō recognoſcimus nūc leges. P. R. ſed aut repetimus ereptas: aut nouas ſcribimus: non quod a populo obtineri poſſit: Sed qd optimū tibi ſit dicendū puto. Nā caſſiæ legis culpā Scipio tuus ſuſtinet: quo auctore lata eſſe dicit: tu ſi tabellariā tuleris ipſæ præſtabis. Nec enim mihi placet ne Attico noſtro: q̄tum e uultu eius intellígo: A. Mihi uero nihil unq̄ populare placuit: eāq; optimā. r: p. eſſe dico: quā hic cōſul cōſtituerat: quæ ſit ī poteſtate optimorū. T. Vos domū ut uideo legem antiquaſtis ſine tabella. Sed ego etſi ſatis dixit pro ſe in illis libris Scipio tamē libertatē iſtam largior populo ut & auctoritate ualeant: & utātur bonis ſic enī a me lex eſt recitata de ſuffragiis optimatibus nota plebi libera ſunto. quæ lex hanc ſentētiā cōtinet: ut omnes leges toleret: quæ poſtea latæ ſunt: quæ tegunt omni natione ſuffragiū: ne quis inſpiciat tabellā: ne roget: ne apellet. pontes etiā lex maria fecit an guſtos: quæ ſi oppoſita ſunt ambitioſis ut ſunt fere: nō reprehēdo. Sin ualuerint tamen leges: ut ne ſint ambitus: habeat ſane populus tabellā quaſi uindicē libertatis dummodo hoc optimo cuiq; & grauiſſimo oſtēdat: ultroq; offerat: ut ſit ipſa libertas: In qua populo poteſtas honeſte bonis gratificādi datur. Eoq; nūc ſit illud quod a te modo Quinte dictū eſt: ut minus multos tabella condemnet q̄ ſolebat uox: qa populo licere ſatis eſt. hoc retento: reliqua uoluntas auctoritati aut grāciæ traditur itaq; ut omittā largitione corrupta ſuffragia: nō uides ſi quādo ambitus ſileat: q̄rī ī ſuffragiis qd optimi uiri ſentiant. Quamobrē lege noſtra libertatis ſpecies dat: bonorū auctoritas retinet: cōtentionis cauſa tollit: deinde ſequit q̄bus ius ſit cū populo agēdi aut cū ſenatu: grauis & ut arbitror præclara lex: quæq; in patribus agūtur modica ſūto. i. modeſta atq; ſedata. Auctor enī & moderator effingit nō modo mentē ac uolūtates ſed pene uultus eorū apud quos agit. Quod ſi ī ſenatu nō difficile ē: ē enī ſenatoris cuius nō ab auctore referatur animus: ſed qui p ſe ipſe expectari uelit huic iuſſa tria ſunt ut adſit. Nam grauitatē res habet. cum frequēs ordo ē: ut loco dicat. i. rogātus: ut modo ne ſit infinitus. Nā breuitas nō modo ſenatoris: ſed etiā oratoris magna laus eſt in ſentētia. Nec eſt unq̄ longa oratione utēdū: niſi ut ſpectāte ſenatu: quod fit ambitione ſæpiſſime nullo magiſtratu adiuuante: tolli diem: utile ē: aut cū tanta cauſa eſt ut opus ſit oratoris copia uel ad hortādū uel ad docendum quorū generū in utroq; magnus noſter Cato eſt. Quodq; addit cauſas populi teneto. ſenatoris neceſſarium noſſe. r. p. idq; late patet: qd habeat militū: qd ualeat ærario: quos ſocios. r. p. habebat: quos amicos: quos ſtipendiarios: qua quiſq; ſit lege cōditione: fœdere tenere cōſuetudinē decernēdi: moſſe exēpla maiorū. Videtis iā genus hoc oē ſcientiæ: diligētiæ memoriā eſſe: ſine quo paratus eē ſenator nullo pacto poteſt. Deinceps ſūt cū populo actiones: in quibus primū & maximū ius abeſto. Nihil eſt enim: exotioſius ciuitatibus nihil tam cōtrariū iuri & legibus nihil minus ciuile ē & humanū: q̄ cōpoſita & cōſtituta re publica quicq̄ agi per uim: parere iubet interceſſori: quo nihil præſtantius. Impediri enim bonā rem melius q̄ cōcedi malæ. Quod uero actores iubeo abeſſe fraude: id totum dici ex Craſſi ſapientiſſimi hominis ſentētia: quam ſenatus eſt ſecutus: cum decreuiſſet. C. Claudio cōſule deſignato carbonis ſeditionem referente: eo inuito qui cum populo ageret ſeditionem non poſſe fieri: quippe cui liceat concilium ſimul atq; interceſſum: turbariq; quod cœptum: ſit dimittere. Quod qui præmonet cū agere nihil poteſt: uim quærit: cuius imp unitatē admitti hac lege quitur. Q. Illud iterceſſor rei male: ſalutaris ciuis eſto Quis nō ſtudioſe. r. p. nō ſubuenerit: hac tā p̄clara legis uoce laudatus. T. Sūt deide

posita deineeps quæ habemus etiã in publicis institutis atq; legibus: auspicia seruã to:auguri parento. Est aût boni auguris meminisse maximis.r.p. tẽporibus præsto esse debere: Iouiq; optimo maximo se cõsiliariũ atq; administrum datum:ut sibi eos quos in auspicia esse iusserit:cælique partes sibi definitas esse traditas:e quibus sæpe opem ferre possit:deinde de promulgatiõe:de singulis rebus agẽdis: de priuatis ma gistratibus ue audiendis:tũ leges præclarissimæ de.xii.tabulis translatæ duæ:quarũ altera priuilegia tolli:altera de capite cuius rogari nisi maximo comitatu uetat:& nõ dum initis seditiosis tribunis plebis. Negocialis quidẽ admirandũ tantũ maiores in posterũ prouidisse:in priuatos homines leges ferri noluerũt: Id est.n. priuilegium: quo quid est iniustius:cũ legis hæc uis sit:scitũ est iussum in oẽs ferri de singulis cẽ turiatis cõmitis noluerunt:descriptus enĩ populus censu:ordinibus:ætatibus: plus adhibet ad suffragiũ auxiliq; fusæ in tribus cõuocatis quo uerius in nostra causa uir magnus ingenio sũmaq; prudentia. L.cotta dicebat nihil omnino actũ esse de nobis præterq; qd comitia illa essent armis gesta seruilibus. Propterea neq; tributa capitis neq; comitia rata esse possent:neq; ulla priuilegia:quo circa nihil nobis opus esse le ge:de quibus nihil omnino actũ esset legibus. Sed uisum est & nobis & clarissimis uiris melius de quo. C. seruius & patroni tui sciuisse se aliquid discerẽt de hoc eodẽ cũ ctam Italiam quid sentiret ostẽdere. Sequitur de captis pecuniis & de ambitu legis: Quæ cum magis iudiciis q̃ uerbis sanciẽda sunt:adiungit noxiæ pœna par esto:ut i suo uitio quisq; plectat:ius capite:auaricia multa:honoris cupiditas ignominia san ciatur. Extremæ leges sunt nobis nõ usitatæ.r.p.necessariæ:legũ custodiam nullam habemus. Itaq; hæ leges sunt:quas apparitores nostri uolũt:a librariis petimus pu blicis litteris cõsignatam:memoriã publicam nullã habemus. Græci hoc diligẽtius: apud quos nomophilaces creantur:nec ii solum litteras:tã id quidẽ etiam apud ma iores nostros erat:sed etiam facta hominũ obseruabant:ad legesq; reuocabãt. Hæc detur cura censoribus:quãdo quidem eos in.r.p.semper uolumus esse apud eosdem qui magistratu abierint. Edant & exponã quid in magistratu gesserint: deq; iis cen sores præiudicent. Hoc in græcia fit publice cõstitutis accusatoribus. Qui quidem graues esse nõ possent:nisi essent uoluntarii. Quocirca melius ẽ rationes referri:cau samq; exponi cẽsoribus:integrã tamen legem accusatori iudicioq; seruari. Sed satis iam disputatum est de magistratibus:nisi forte quid desideratis. At. Quid si non ta cemus:locus tamẽ ipse admonet quid tibi sit deinde dicendum. T. Mihi ne? de iudi ciis arbitror Pomponii. Id est enĩ iunctũ magistratibus. P. Quid de iure. P.R. quẽ admodũ instituisti dicẽdũ nihil putas? T. Quid tandẽ hoc loco est:quod requiras? At. Ego ne quod ignorari ab iis qui in.r.p.uersantur turpissimũ puto. Nam ut modo a te dictũ est:leges a librariis lego:sic animaduerto quosq; in magistratibus ignoratio ne iuris sui tantum sapere:quãtũ apparitores uelint. Quamobrem si de sacrorũ alie natione dicendũ putasti:quoniã de legione leges proposueras:faciendum tibi est:ut magistratibus lege cõstitutis:de potestate tum iure disputes. T. Faciam breuiter: si consequi potuero: nam pluribus uerbis scripsit ad patrem suum. M. Iunius sodalis perite meo quidem iudicio & diligenter. At de iure naturæ cogitari per nos: & quæ dicere debemus de iure populi. R. quæ relicta sunt & tradita. At. Sic pfecto cẽseo & id ipsum quod dicis expecto.

M.T.C. de Legibus libri Tertii & ultimi. Finis.

M. Tulli Ciceronis Academicarũ quæstionũ liber Primus: Qui primus falso iscribebatur pars libelli Ciceronis de philosophia.

N. Cumano nuper cum mecũ Atticus noster esset: nũciatum est nobis a. M. Varrone uenisse eũ a Roma pridie uesperi: & nisi de uia fessus esset cõtinuo eum ad nos uenturũ fuisse. Quod cũ audissemus: nullã moram interponẽdam putauimus quin uideremus hominem nobiscũ & studiis eisdẽ & uetustate amicitiæ cõiunctũ. Itaq; cõfesti ad eum ire perexim̃us. paulũq; cum abissemus uia ipsum ad nos uenientem uidimus: atq; illum cõplexi: ut mox amicorum: est satis eum longo iteruallo ad suã uillã reduxim̃us. Hic pauca primo atq; pcontantibus nobis: & si qd forte Roma noui: Atticus. omitte ista quæ nec percontari nec audire sine molestia possumus quæso inquit & quæro potius & quid ipse noui. Silẽt enim diutius musæ Varronis quã solebant: nec tamẽ cessare sed celare quæ scribat existimo. Minime uero inquit ille. Intempantis enĩ arbitror esse scribere quod occultari uelit. Sed habeo opus magnum in manibus: quæ iam pridẽ ad hunc eũ ipsum me aũt decebat quædã institui quæ & sunt magna sane & limantur a me politius. Et ego ista quidẽ inquã. Varro iã diu expectãs: non audeo tamen flagitare. Audiui enĩ e Libone nostro cuius nosti studiũ. Nihil enĩ eiusmodi celare possumus nõ te ea intermittere: sed accuratius tractare. nec de manibus unq̃ deponere. Illud aũt mihi hoc ante tempus nunq̃ in mentem uenit a te requirere: sed nũc postea q̃ sum ingressus res eas quas tecũ simul didici mãdare monumẽtis philosophiã ueterẽ illam a Socrate ortã latinis litteris illustrare. quare quidẽ cur cum multa scribas: genus hoc prætermittas: præsertim cũ & ipse in eo excellas id studiũ totaq; ea res longe cæteris & studiis & artibus antecedat. Tum ille rẽ a me sæpe deliberatã & multũ agitatã requiris. Itaq; nõ hæsitans respondebo: sed ea dicam: quæ mihi sunt in ꝓmptu. q; ipsa de re multũ ut dixi diu cogitaui. Nam cũ philosophiã uiderem diligẽtissime græcis litteris explicatã: existimaui si qui de nostris eius studio tenerentur si essent græcis doctrinis eruditi: græca potius q̃ nostra lecturos. Sin a græcorũ artibus & disciplinis abhorrerent ne hæc qdẽ curaturos quæ sine eruditione græca intelligi nõ possunt. Itaq; ea scribere uolui quæ nec indocti intelligere possent: nec docti legere curarẽt: Vides ãt eadẽ ipse. didicisti enĩ nõ posse uos. T. Fannii aut Rabirii similes esse q nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis uulgari sermone disputant. Nihil diffiniũt: nihil patiũtur: nihil aperta interrogatione concludunt. nullam denique esse artẽ nec dicendi nec differendi putant. Nos aũt preceptis dialecticorũ & oratorum. Et quoniam utrãq; uim uirtutẽ esse nostri putant sic parẽtes ut legibus uerbis quanq̃ nouis cogimur uti q̃ docti ut dixi a græcis petere mallent: indocti a nobis ne accipiũt quidẽ ut frustra omnis suscipiatur labor. Iam uero phicase Epicurũ id est si democritũ probarẽ: possem scribere ita plane ut fannius. Quid est enim magnũ cum causas rerũ efficientiũ sustuleris de corpusculorũ: ita enim appellat atomos: cõcursione fortuita loqui nostra tu philosophica nosti q̃ cõtineant ex effectione: & ex materia eam quã fingit & format affectio. Adhibenda enĩ Geometria est quoniã quibusnã quisq; enũciare uerbis aut quẽ ad intelligendũ poterit adducere. hæc ipsa de uita & moribus de expetẽdis fugiẽdisq; rebus illi enĩ simpliciter pecudis & hois idem bonũ esse cẽsent. apud nostros enĩ non ignoras quæ sit & quãta subtilitas. Siue enĩ zenonẽ sequare: magnũ est efficere ut qs intelligat qd si illud uerũ & simplex bonũ quod nõ põt ab honestate seiungi. quod bo

ñum quale sit negat oino Epicurus sine uoluptatibus sensum mouẽtibus nec suspi cari. Si uero academiã ueterem pſequamur quã ut scis nõ probamus: q̃ erit illa acu le explicãda nobis quã argute q̃ obscure etiã cõtra Stoicos disserendũ. Totũ igitur tlud philosophiæ studiũ mihi quidẽ ipse sumo: & ad uitæ cõstantiã quantũ possum & ad delectationẽ animi: nec ullũ arbitror ut apud Platonẽ ẽ maius aut melius a di is claru munus homini. Sed meos amicos in qbus est studiũ i Græciã mitto .id est ad græcos ire iubeo ut ea a fontibus potius hauriant q̃ riuulos cõsectẽtur. Q uæ aũt nemo adhuc docuerat: nec erat unde studiosi scire possent ea quantũ potui: nihil enĩ magnope meorũ miror feci ut essent nota nostris: a græcis enim peti nõ potcrãt. ac post Lelii nostri occasum uel a latinis quidẽ. & tamẽ in illis ueteribus nostris quæ Menippũ quidẽ imitati nõ interpretati q nadã hilaritate cõspersimus multa admix ta & intima philosopia: multa dicta dialectice quæ quo facilius minus docti intelli gerent iocũditate quadã ad legendũ iuitati in laudationibus i iis ipsis antiquitatum præmiis philosophiæ scribere uolumus si modo cõsecuti sumus tum ego. Sunt inq̃ ista Varro. Nam nos in nostra urbe pegrinãtes erãtesq; tanq̃ hospites tui libri qua si domũ deduxerũt ut possemus aliquãdo qui & ubi essemus agnoscere. Tu ætatem patriæ. Tu descriptiones tẽporũ: tu sacrorũ iura: tu sacerdotũ: tu domesticã: tu belli cã disciplinã: tu sedem locorũ religionũ: tu omniũ diuinarũ humanarũq; rerũ nomia geuera officia causas aperuisti. Plurimũ quidẽ doctis nostris oinoq; latinis & litteris lumis & uerbis attulisti atq; ipse uariũ & elegans omni fere numero poema fecisti. philosophiãq; multis locis ichoasti ad implendũ satis. ad edocẽdũ parum. Causam aũtẽ probabilẽ tu quidẽ affers. Aut enĩ græca legere mallẽt qui erũt eruditi: aut ne hoc quidẽ qui illa nesciunt. Sed da mihi nũc satis: nec probas imo uero & hæc qui il la nõ potuerũt: & qui græca potuerũt: nõ contẽnant sua. Q uid enĩ causæ ẽ cur poe tas latinos græcis litteris eruditi legant. philosophos nõ legant? An delectat Ennius Pacuuius: Accius multi alii q nõ uerba aut uim græcorũ expresserũt poetarũ? Q uã tomagis philosophi delectabunt si ut illi Eschinẽ Sophoclem Empedoclem Euri pidem sic hii Platonẽ imitẽtur Aristotelẽ Theophrastũ. Oratores quidẽ laudari uideo si qui ẽ nostris ipericlem sint aut Demosthenẽ imitati. Ego aũt dicam enĩ ut res ẽ dum me ambitio dũ honores dũ causæ dũ. r. p. non solũ cura: sed quædã etiã ꝓcura tio multis officiis implicatũ & cõstrictũ tenebat: hæc incluſa habebã & ne absolesce rent renouabã cũ licebat legẽdo. Nũc uero & fortunæ grauissimo ꝓcussus uulnere administratione. R. p. liberatus. doloris medicinã a philosophia peto & ocii oblecta tionẽ hãc honestissimã iudicio: aut enĩ huic ætati hoc maximæ aptũ ẽ: aut iis rebus si quas dignas laude gessimus hoc i primis cõsentaneũ: aut etiã ad nostros ciues eru diẽdos nihil utilius: aut si hæc ita nõ sũt: nihil aliud uideo qđ agere possimus. Brutus quidem noster excellẽs oĩ genere laudis sic philosophiã latinis litteris ꝓsequit: nihil ut iisdẽ de rebus græcia desideret: & eandẽ sententiã seqt̃ quã tu: nã Aristũ Athenis audiuit aliquãdiu. cuius tu fratrẽ Antiochũ: quãobrẽ da quæso te huic ẽt generi lit terarũ. tũ ille: istuc quidẽ cõsiderabo. nec uero sinete. Relictã a te ueterem iã iqt: tra ctari aũt nouam. Q uid ego inquã Antiocho id magis licuerit nostro familiari remi grare in domũ ueterẽ e noua q̃ nobis e ueteri in nouã? Certe enĩ recentissima quæq; sunt correpta & emẽdata maxime quanq̃ Antiochi Magister Phylo magnus uir ut existimas ipse negaret in libris quod corã etiã ex ipso audiebamus: duas academias esse: erroremq; eorum q ita putarunt coarguit. Est inqt ut dicis. Sed ignorare te ar

bitror quæ cõtra Phylonẽ Antiochus ſcripſit. Immo uero & iſtã & totã ueterem academiam a qua aſſumptam diu renouari a te niſi moleſtum & uelim: & ſimul aſſidamus inq̃ ſi uidetur. Sane iſtud eſt inquit. ſum enĩ admodũ infirmus. Sed uideamus idem ne Attico placeat fieri a me quod te uelle uideo. Mihi uero ille. Q uid eſt enim quod malim q̃ ex Antiocho iam pridẽ audita recordari: & ſimul uidere: ſatis ne ea cõmode dici poſſent latine quæ cum ſint dicta in cõſpectu conſedimus omnes. Tum Varro ita exorſus eſt. Socrates mihi uidetur id quod conſtat inter omnes primus a rebus occultis & ab ipſa natura inuolutus: in quibus omnibus ante eum philoſophi occupati fuerunt: auocauiſſe philoſophiã: & ad uitam cõmunem adduxiſſe. ut de uirtutibus & uitiis: omninoq; de bonis rebus & malis quæreret. Cœleſtia autem uel p culeſſe a naturæ cognitione cẽſeret: uel ſi maxime cognita eſſent: nihil tamẽ ad bene uiuendum conferre. hic in omnibus fere ſermonibus qui ab iis qui illum audierunt p ſcripti uarie copioſe ſunt ita diſputat ut nihil affirmet: ipſe refellat alios nihil ſe ſcire dicat niſi ad ipſum. eoq; præſtare cetæris q; illis quæ neſciant ſcire ſe putent ipſe ſe nihil ſcire id unum ſciat. ob eamq; rem ſe arbitrari ab appolline omnium ſapientiſſimũ eſſe dictum q; hæc eſſet una omnis ſapientia nõ arbitrari ſeſe ſcire q̃d neſciat. Q uæ cum dicere conſtanter & in ea ſententia permaneret omnis eius oratio tum in uirtute laudanda & in hominibus omnibus ad uirtutis ſtudium exhortandis conſumebatur: ut ex ſocraticorum libris: maximeq; Platonis intelligi poteſt. Platonis autem auctoritatẽ qui uarius & multiplex & copioſus fuit una & conſentiens duobus uocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt academicorũ & Paripathecorum qui rebus congruentes nominibus differebant. Nam cum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet. duos autem præſtantiſſimo ſtudio atq; doctrina zenocratẽ Calcædonium & Ariſtotelem ſtragiritem qui erãt cum Ariſtotele paripatetici dicti ſunt quia diſputabant inambulantes in Lycio. Illi autẽ qui Platonis inſtituto i academia q̃d eſt alterũ Gymnaſium cecus erãt & ſermones habere ſoliti ex loci uocabulo nomen habuerunt. Sed utriq; Platonis ubertate complecti: certã quandã diſciplinæ formulam cõpoſuerunt: & eam quidẽ plenam ac refertam. Illã autem ſocraticã dubitationem de omnibus rebus & nulla adhibita affirmatione cõſuetudinẽ diſſerendi reliquerunt ita facta eſt diſſerendi quod minime Socrates probat ars quędã philoſophiæ & rerum ordo & deſcriptio diſciplinæ. quæ quidẽ erat primo duobus ut dixi nominibus una. Nihil enim inter paripatheticos & illam ueterẽ academiam differebat. abũdantia quadã ingenii præſtabat ut uidetur q̃dem Ariſtoteles. Sed idem fons erat ueriſq; & earum rerũ expetẽdarũ fugiendarũ partitio. Sed quid ago inquit: aut ſum ne ſanus qui hoc doceo. Nam & ſi non ſus mineruã ut aiũt: tamen inepte quiſquis Mineruã docet. Tum Atticus. Tu uero inquit perge Varro enim amo noſtra atq; uoſtros. meq; iſta delectant cum latine dicunt & iſto modo. Q uid me inquit putas qui philoſophiã iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturũ Pergamus igitur inquit quoniã placet. fuit iam a Platone accepta philoſophandi ratio triplex. una de uita & moribus. altera de natura & rebus occultis. Tertia dediſſerendo & quid uerũ & quid falſum. quid rectũ in oratione prauum ue. quid conſentiens. quid repugnet iudicando. Ac primã partẽ illam bene uiuendi a natura petebãt: eiq; parendũ eſſe dicebãt neq; ulla alia in re niſi i natura quærendũ eſſe illud ſummũ bonũ quo oia referrent. Cõſtituebãtq; extremũ eſſe rerũ expetẽdarum & finem bonorũ adeptũ eſſe oia a natura animo & corpore & uita. Corporis aũt alia ponebant.

esse in tot alia in partibus: ualitudinē uires pulcritudinem in toto. In partibus autē sensus integros & præstātiam aliquā partiū singularū ut in pedibus celeritatē uim ī manibus. claritatē in uoce. in lingua etiā explanatā uocū ipressionē. Animi aūt quæ eēnt ad cōprehendēdā ingenii uirtutē idonea. eaq; ab iis in naturā & mores diuidebātur. Naturæ celeritatē ad discendū & memoriā dabant quorū utrūq; mentis ē p prium & ingenii. Morū autem putabāt studia esse & quasi cōsuetudinē quā partim exercitationis assiduitate: partim ratione formabāt. in quibus erat philosophia ipsa ī qua qđ inchoatū est neq; pfectū progressio quædā ad uirtutē appellatur: quod autem absolutum idem uirtus quas pfectio naturæ omniumq; rerū quasi in animis ponunt. una res optima. ergo hæc animorū. Vitæ autem id enim erat tertiū adiūcta esse dicebant quæ ad uirtutis usum ualerēt. Iam uirtus animi bonis & corporis cernit in quibusdam quæ nō tam naturæ q̄ beatæ uitæ adiūcta sunt hoiem esse censebant: quasi partem quandā ciuitatis & uniuersi generis humani eūq; esse cōiūctum cum hominibus humana quadam societate ac de summo quidem atq; naturali bono sic agūt. Cætera autē pertinere ad id putāt: aut ad agēdum: aut ad tuēdū: ut diuitias: ut opes: ut gloriā: ut gratiā. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum atq; hæc illa sūt tria genera quæ putāt philosophi paripatheticos dicere. Id qđē nō falso. Est eni hæc partitio illorū illud imprudēter si alios esse academicos qui dum appellarētur: alios Paripatheticos arbitrārtur. Cōmunis hæc ratio & utriusq; hic bonorū finis uideatur adipisci quæ essent in prima natura quæq; ipsa per sese expetēda: aut omnia: aut maxima: ea sūt autē maxima quæ ī ipso animo atq; in ipsa uirtute cernantur: Itaq; omnis illa antiqua philosophia sensit in una uirtute esse posita in beatā uitā nec tamē beatissimā: nisi adiūgerentur & corporis & cætera quæ supradicta sunt ad uirtutis usum idonea. Ex hac descriptione agendi quoq; aliquid in uita & officii ipius initiū repiebatūr quod erit in cōseruatione earum rerum quas natura perscriberet. hinc gignebat fuga desidiæ uolūtatūq; cōtemptio: ex quo laborū dolorūq; susceptio multorū magnorūq; recti honestiq; causa & earū rerū q̄ erant congruentes cū descriptione naturæ: Vnde & amicitia exhistebat & iustitia atæquitas. Hæcq; & uoluptatibus & multis uitæ cōmodis anteponebātur. Hæc quidē fuit apud eos multorū institutio & eius artis quam primo posui: forma atq; descriptio. De natura autē id enim sequebatur ita dicebāt: ut eā diuiderent in res duas: ut altera esset efficiēs: altera autē quasi huic se præbens eaq; efficeretur aliquid. In eo quod efficeret uim esse censebāt. In eo autē quod efficeretur: materiā quandā. In utroq; tamen utrūq;. Neq; enim materiā ipsam cohærere potuisse si nulla ui cōtineretur: neq; uim sine aliqua materia. Nihil est enī quod nō alicubi esse cogatur: sed qđ ex utroq; etiā corpus & quasi qualitatem quādā nominabāt. Datis enim profecto rebus inusitatis quod græci ipsi faciunt a quibus hæc iam tractantur uerbis interdū nō auditis. Nos uero inquit Atticus qui etiā græcis licebit utare cum uoles si te latina forte deficient. bene sane facis ut enitar: ut latine loquar nisi in huiusmodi uerbis: ut philosophiā aut Rhetoricam: aut Phisicā aut Dialecticā appellem: qbus ut aliis multis iā utimur p latinis. Qualitates igitur appellaui quas poethetas græci uocāt: qđ ipsum apud græcos nō ē uulgi uerbū: sed philosophorū: atq; id in multis dialecticorū non uerba nulla sunt publica: suis utūtur: & id quidē cōmune omniū fere ē artiū: aut enī noua sunt rerū nouarū facienda noia: aut ex aliis trālferēda. quod si græci faciut qui in iis rebus tot iam sæcu auersant: quāto id magis nobis cōcedendū ē qui hæc primū tractare conamur.

Tu uero iniquã Varro bene etiam meriturus mihi uideris de tuis ciuibus si eos non modo copia rerum auxeris ut effecisti: sed uerborum. Audebimus ergo iquit nouis uerbis uti: te auctore si necesse fuerit. Earum igi ur qualitatum sunt aliæ principes: aliæ ex iis ortæ. principes sunt uniusmodi & simplices. Ex iis autẽ ortæ uariæ sunt & quasi multiformes. Itaq; iis quoq; utimur ꝓ latino ignis & aqua & terra: prima sunt Ex iis autem ortæ animantium formæ earũq; rerũ quæ gignuntur e terra. Ergo illa initia & ut græco uerbo elementa dicũtur e quibus aer mouendi & ignis uim habent & efficiendi. Reliquæ partes accipiendi & quasi patiendi: aquam dico & terram. Quintum genus æquo astra mõtesq; singulares. Eorum quatuor quæ supra dixi dissimile Aristoteles quoddã esse rebatur: sed subiectum putãt omnibus sine ulla specie: atq; carentem omni illa qualitate faciamus enim tractãdo usitatius hoc uerbum & tritius materiam quãdam: ex q̃ omnia expressa atq; effecta sint q̃ tota omnia accipere possint omnibusq; modis mutare: atq; ex omni parte: eoq; etiam interire non in nihilum: sed in suas partes quæ infinite secari atq; diuidi possint cum sit nihil omnino in rerum natura minimum quod diuidi nequeant. Quæ autem moueantur omnia interuallis moueri. quæ interualla etiam infinite diuidi possint & cum ita mouea tur illa uis quam qualitatem esse dicimus: & cum sic ultro in utroq; uersetur & materiam ipsam totam penitus commutari putant & illa effici quæ appellãt q̃lia e quibus in omni natura cohærente: & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mũdum: extra quem nulla pars materiæ sit: nullumq; corpus. partis autem esse mundi omniaq; insint in eo q̃ natura sentiente teneãtur: in q̃ ratio pfecta insit quæ sit eadem sempiterna. Nihil enim ualentius esse a quo intereat: quam uim animum dicunt esse mũdi: eãdemq; esse mentem sapientiaq; perfectã: quem deum appellant omniumq; rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentiã: quãdam procurãtem: quã interdum eandem necessitatem appellãt: qua nihil aliter possit: atq; ab ea constitutum sit inter q̃si fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni nonnunq̃ quidem eãdem fortunam: quod efficiat multa improuisa hæc nec opinata nobis propter obscuritatem ignorationemq; causarũ. Tertia deinde philosophiæ pars quæ erat in ratione & in differendo: sic tractabatur ab utrisq; quanq̃ oriretur assensibus tamen non esse iudicium ueritatis in sensibus. Mentem uolebant esse rerum iudicem solam censebant idoneam cui crederetur qa sola cerneret id quod semper esset simplex & uniusmodi & tale quale esset. Hanc illi Ideam appellabãt iam a Platone ita appellatam. nos recte speciem possumus dicere. Sensum autem omnis hebetes: & tardos esse dicimus arbitrãtur. nec percipere ullo modo res eas quæ subiectæ sensibus uiderentur: quæ esset: aut ita paruæ ut sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles ut concitatæ ut nihil unq̃ unum esset constãs eidem quidem quia continentur laberentur & fluerent omnia. Itaq; hãc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Scientiam autem nusq̃ esse censebant nisi in animi motionibus atq; ratiouibus. Quam de causa definitiones rerum probabãt: & has ad omnia de quibus disceptabatur adhibebant. Verborum etiam explicatio probatur. Id est qua decausa quæq; essent ita nominata quam ethimologiam appellãt. Post argumenti & quasi rerum notis ducibus utebantur ad probãdum & ad concludendum id quod explanari uolebãt: in qua tradebatur omnis disciplina dialectica id est orationis ratione inclusa. Huic quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur explicatrix orationis perpetuæ ad psuadendum accommodatæ. Hæc erat illis prima a Platone tradita

cuius q̄s acceperi disputatiões si uultis exponā. Nos uero uolumus inquā ut p Attico respōdeā: ēt & recte iqt respōdes. p̄clare. n. explicatur paripateticorū & academiæ ueteris auctoritas Aristoteles primus spēs quas paulōte dixisti labefactauit quas mirifice Plato erat amplexatus: ut in his q̄dda diuinū eē diceret Theophrastus ātuir & oratiōe suauis & ita moratus ut p̄se p̄bitatē quādā & ingenuitatē ferat: uehemētius ēt fregit quodāmō auctoritatē ueteris disciplīe: spoliauit enim uirtutem suo decore: ibecillāq; reddidit: q; negauit in ea sola positum eē beate uiuere. Nā stra to eius auditor: q̄q̄ fuit acri ingenio: tñ ab ea disciplina oīno semouendus est. Q uicū maxie necessariā partē philosophiæ q̄ posita ē in uirtute & i moribus reliquisset totū q; se ad inuestigationē naturæ cōtulisset i ea ipsa plurimū. dissentit a suis. Speusipus āt & Zenocrates. q primi Platōis rationē auctoritatēq; susceperāt: & post eos polemo & Crates unaq; Crātor i Academia cōgregati: diligenter eis quæ a superioribus accepant utebantur. iā polemonē audiuerūt assidue Zeno & Archesilas: sed Zeno cū Archesidā anteiret ætate ualdeq; subtiliter dissereret & pacute moueretur: corrigere conatus ē disciplinā: eā quoq; si uidetur explicabo correctionē sicut solebat Antiochus. Mihi uero inq̄ uidet̄ q̄d idē significare pōponiū. Zeno igitur nullo modo is erat qui ut theophrastus neruos uirtutis inciderit: sed cōtra qui oia q̄q; ad beatā uitā p̄tinerent i una uirtute poneret: nec quicq̄ aliud numeraret in bonis. idq; apellaret honestū q̄d̄ esset simplex quoddā & solū & unū bonū. Cætera autem & si nec bona nec mala eēnt: tñ alia secūdū naturā dicebat: aliæ naturæ contraria iis ipsis. alia iteri ecta & media numerabat. Q uæ āt secūdū naturā essent ea sumēda & quadā estiationē dignanda docebat: cōtraq; cōtraria. Neutra āt in mediis relinq̄bat: in quibus ponebat nihil oīno eē momēti si quæ eēnt sumēda: ex iis alia pluris eē estimāda alia minoris. Q uæ pluris: ea p̄posita appellabat reiecta āt quæ minoris. Atq; ut hæc nō tā rebus quā uocabulis cōmutauerat: sic inter recte factū atq; peccatū officium: & cōtra officiū media loeabat quædam. Recte facta sola i bōis actiōibus ponēs: praue id ē peccata i malis. Officia āt & seruata prætermissaq; media putabat ut dixi. Cūq; supiores nō omnē uirtutem i rōne e sse dicerent: sed q̄sdā uirtutes natura aut more pfectas hic oī i rōne ponebat. Cūq; illi ea genera uirtutū quæ supradixi seiungi posse arbitrarentur nec uirtutis usum ut superiores: sed ipsum habitū per se esse prælarū: nec tamē uirtutem cuiq̄ adesse quin ea semper uterentur. Cūq; perturbationem animi illi ex homine non tollerēt nāturāq; condolescere & cōcupiscere & extimescere & efferri letitia dicerent: sed ea contraherēt i angustum deducerēt hic oībus bis q̄ si morbis uoluit carere sapientem. Cūq; perturbationes antiqui naturales esse dicerent & rationis expertes. aliaq; in parte animi cupiditatem alia ratione collocarent. ne iis quidē assentiebatur. Nam & perturbationes uolūtarias esse putabat: opiniōisque suscipi iudicio & omnium perturbationū arbitrabatur matrem esse immoderatam quandam intēperātiā. Hæc fere de moribus. De naturis āt sic sentiebat primū ut in quattuor initiis rerū illis quintā hāc materiā ex qua superiores sensus & mentē efficī rebant̄ nō adhiberet. Statuebat enī ignem eē ipsam naturā q̄ qcq̄d gigneret: & menté atq; sēsus: discrepabat ēt ab iisdē q; nullo mō arbitrabatur quicq̄ effici posse aut exps ab ea q̄ eēt corpis. Cuius generis zenocrates & supiores etiā aīum eē dixerūt. Nec uero aut q̄d̄ efficeret aliq̄d aut q̄d efficeret̄ posse esse non corpus. Pluria āt in illa tertia philosophiæ parte mutauit i qua primum de sensibus ipsis q̄dā dixit noua: quos iūctos eē cēsuit e quadā q̄si ipulsiōe oblata extrisecus quā ille phātasiā:

nos uisum appellamus: licet & teneamus hoc uerbū q̄dē erit eni utēdū ī reliquo ser mone sæpius: Sed hæc quæ uisa sunt & quasi accepta sensibus assensionem adiūgit aiorū quā eē uult in nobis positā & uolūtariā. Visis nō oibus adiūgebat fidē sed his solū q̄ ꝓpriá quādā hērent declarationē earū rerū q̄ uiderētur. Id āt uisum cū ipm pse cerneret cōprehēsionē feretis. Hæc nos uero iqt. qm̄. n. mō cataleptō diceres. sed cū acceptū iā & approbatū eēt: cōprehēsionē appellabat similē iis rebus q̄ manu pn derētur: ex quo ēt nomē hoc duxerat. At cū eo uerbo añ nemo tali iure usus eēt plu rimisq; idē nouis uerbis: noua. n. dicebat usus ē. Quod āt erat sensu cōprehēsū: idip sum sensū appellabat. Et si ira erat cōprehēsū ut cōuelli ratiōe nō posset sciam sin ali ter: inscientiā noiabat ex q̄ existeret ēt opinio q̄ eēt ibecilla & cū falso incognitoq; cō munis. Sed inter scientiā & inscientiā cōprehensionem illā quā dixit collocabat eā que neq; in rectis neq; in prauis nūerabat: sed soli credendum eē dicebat æquo: sensi bus ēt fidē tribuebat qd ut supra dixi cōprehēsio facta sensibus ꝓuera esse & fidelis uidebatur: nō ꝙ oia q̄ essent ī re cōprehenderet: sed qa nihil qd cadere ī eā posset reli queret ꝙq; naturā q̄si normā sciæ & principiū sui dedisset uñ postea notiōes rerū in ais imprimerētur e quibus nō principia solum: sed latiores quædam ad rationem in ueniendā uiæ reperiūtur. errorē āt & temeritatē & ignorātiā & opiationē & suspitō nē: & uno noie oia quæ eēnt alienæ formæ & cōstātis assensionis a uirtute: sapiaq; re mouebat: atq; ī iis fere cōmutatio cōstitit ois dissēsioq; zenōis a superioribus. Quæ cū dixisset & breuiter sane minimeq; obscure exposita ē inq̄ a te Varro & ueteris aca demie & rō stoicorū. Verū eē āt arbitror ut ab Anthiocho nostro familiari placebat correptionē ueteris academiæ potius q̄ aliquā nouā disciplinā putādam. Tūc Var ro duæ sunt nūc ptes inqt q ab antiquorū rōne nūc desistis: & q̄ ab Archesila nouata sunt ꝓbas doce qd & q̄ de cā discidiū factū sit: ut uideamus satis ne ista sit iusta defe ctio. Tū ego cū zenōe inq̄ ut accepimus archesilas: sibi oē certamē instituit: nō pti natia aut studio uincēdi ut mihi quidem uidetur: sed earum rerū obscuritate q̄ ad cō fessionē ignorationis adduxerāt. Socratē & uelutī amantes Socrarē Democritū. An naxagorā. Empedoclē: oēs pene ueteres q nihil cognosci nihil pcipi nihil sciri posse dixerūt: āgustos sensus ibecillos aios breuia curricula uitæ ut Demo. ī ꝓfundo ueri tatē eē diuersam: opiniōibus & īstitutis oia teneri: nihil teneri: nihil ueritati reliq. Dei ceps oia tenebris circūfusa eē dixerūt. Itaq; archesilas negabat eē q cq̄ qd sciri posset ne illud qdē ipsū qd Socrates sibi relīquisset. Sic oia latere cēsebāt ī occulto: neq; eē qc q̄ qd cerni aut itelligi possit. qbus de cāis nihil oportere: neq; pstiteri: neq; affirmare quēq̄: neq; assertiōe approbare cohibereq; sp & ab oī lapsu cōtineret temeritatē. q̄ cū eēt īsignis cū aut īcognita res approbaret: neq; hoc q cq̄ eēt turpius q̄ cognitiōi & p̄ceptiōi assertionē approbationēq; pcurrere. Huic rōni qd erat cōsentaneū faciebat ut cōtra oium snias dies iā plerosq; deduceret. ut cū ī eadē re pia cōtrariis ī ptibus mo mēta rōnū inuenirēt: facilius ab utraq; pte assertio sustineret. Hāc academiā nouā appellāt q̄ mihi uetus uidet. Siq dē platonē ex illa uetere numerāus cuius ī libris ni hil affirmatur: & in utraq; pte multa disserūtur. De oibus q̄ritur: nihil certi dicitur. Sed tñ illa quā exposui uetus: hæc noua noiet: q usq; ad Carneadē pducta: q q̄rtus ab Archesila fuit ī eadē Archesile rōne permānsit. Carneadas āt nullius philosophiæ ignarus & cognoui ex iis q illū audierāt: maxiæ zenone: qui cū ab eo plurimū dissen tiret: unū tamen præter cæteros mirabatur incredibili quadam fuit facilitate.

M. Tullii Ciceronis Academicarum quæstionum libri primi. Finis.

M. Tulii Ciceronis Academicarum quæstionum liber Secundus: Qui prius falso inscribebatur Ad hortensium.

Magnum ingeniũ Lucii Luculli: magnũq; optimarũ artium studiũ: tũ omnis liberalis & digna hoie nobili ab eo peraccepta doctrina: quibus
m tpibus florere in foro maxime potuit. caruit oino rebus urbanis. Vt enim admodum adolescens cum fratre pari pietate & industria prædito paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus: in Asiam quæstor profectus: ibi p multos ãnos admirabili quadã laude puincie pfuit: Deinde absens factus ædilis: continuo prætor: licebat. n. celerius legis præmio. post in Africam: inde ad consulatum: quẽ ita gessit: ut diligentiã admirarẽtur omnes: ingeniũ cognoscerent. Post ad mithridatico bellum missus a Senatu: non modo opinionẽ uicit omniũ: quæ de uirtute eius erat: sed etiã gloriã supiorũ: Idq; eo fuit mirabilius. quod ab eo laus imperatoria nõ admodũ expectabatur. qui adolescentiã in forensi opa quæsturæ diuturnũ tempus: Murena bellũ in ponto gerente: in asia pace consumpserat. Sed incredibilis quædã ingenii magnitudo non desiderat indocilem usus disciplinã. Itaq; cum totũ iter in nauigationẽ cõsumpsisset partim in percõtando a peritis: parti in rebus gestis legendis: in asiam factus imperator: uenit cum esset roma profectus rei militaris rudis: habuit enim diuinam quãdam memoriã rerũ: uerborũ maiorem Hortensius: Sed quo plus in negociis gerendis res q̃ uerba prosunt: hoc erat memoria illa præstantior q̃ fuisse in Themistocle: quẽ facile græciæ principẽ ponimus singularem ferunt. Qui quidem etiã pollicẽti cuidã se artem rei memoriæ: quæ tũ primum proferebatur traditurum respõdisse obliuisci se malle q̃ discere. Credo q; habebat in memoria quæcũq; audierat & uiderat. Tali ingenio præditus Lucullus adiũxerat & illã quã Themistocles spreuerat disciplinã. itaq; ut literis cõsignamus quæ monumẽtis mãdare uolumus: sic ille in aio res insculptas habebat. Tãtus ergo iperator in omni genere belli fuit: præliis: oppugnationibus: nauali bus pugnis: totiusque belli instrumẽtis & apparatu: ut ille rex post Alexãdrũ maximus hunc a se maiorem ducem cognitũ: quã quenq̃ eorũ quos legisset fateretur. In eodẽ tanta prudẽtia fuit in cõstituendis temperãdisq; ciuitatibus: tãta æquitas: ut hodie stet asia luculli i stitutis seruãdis: & quasi uestigiis persequẽdis. Sed etsi magna cum utilitate. R. P. tamẽ diutius quam uellem tãta uis uirtutis atq; ingenii peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ. Quinetiam cum uictor amithridadico bello reuertisset inimicorũ calũnia triẽnio tardius q̃ debuerat triũphauit. Nos enim cõsules introduximus pene in urbẽ currũ clarissimi uiri. Cuius mihi cõsiliũ & auctoritas quid tu in maximis rebus profuisse dicerẽ: nisi de meipso dicẽdũ eẽt quod hoc tẽpore nõ ẽ necesse. Itaq; priuabo illũ potius debito testimonio: q̃ id cũ mea laude cõmunicẽ. Sed quæ popularí gloria decorari in lucullo debuerũt: ea fere sũt & græcis litteris celebrata & latinis. Nos ãt illa exteriora cũ multis: hæc iteriora cũ paucis ex ipso sæpe cognouim9. maiore. n. studio Lucullus tũ oi litterarũ generi: tũ philosophiæ deditus fuit quã q̃ illũ ignorabãt arbitrabãtur. Nec uero ineũte ætate: sed & pq̃stor aliquot ãnos & ipo i bello i quo ita magna rei militaris esse occupatio solet: ut nõ multũ ipatori sub ipis pellib9 ocii reliquat. Cũ aũt e philosophis igẽio sciaq; putaret Anthiocus philõis auditor excellere: eũ secũ & quæstor habuit: & post aliquot ãnos ipator. cũq; eẽt ea memoria quã ante dixi: ea sæpe audiẽdo facile cognouit: quæ uel semel audita meminisse potuisset: delectabatur aũt mirifice lectione librorũ de quibus audiebat: ac uereor

interdū ne ta'liū personarū cum amplificare uelim: iminuam etiā gloriā. Sunt enim multi: qui omnino non amāt græcas litteras: plures qui philosophiā: reliqui qui etiā si hæc nō improbent: tamen earū rerū disputationē principibus ciuitatis non ita decoram putent. Ego aūt cum græcas litteras. M. Catonē in senectute didicisse acceperim. P. Autem africani historiæ loquātur in legatione illa nobili: quam ante cēsurā obiit: Panætium unum omnino comitē fuisse: nec litterarum græcarum. nec philosophiæ iā ullum auctorem requiro. Restat ut his respondeā qui se: monibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari: quasi uero clarorum uirorum aut tacitos congressus esse oporteat aut ludicros sermones: aut rerum colloquia leuiorum. Et enim si quodā in libro uere est a nobis philosophia laudata ꝑfecto eius tractatio optimo atq; amplissimo quoq; dignissima est: nec quicq̄ aliud est enim intendendum nobis quos Populus. R. hoc in gradu collocauit: nisi ne quid priuatis studiis de opera publica detrahamus. Quid si cum fungi munere debebamus: non modo operam nostrā nunq̄ a populari cœtu remouemus: sed ne litteram quidem ullam facimus nisi forensem. Quis reprehendet nostrum ocium: qui in eo nō modo nosmetipsos he bescere & lāguere nolimus: sed ēt ut plurimis ꝓximꝰ enitimur. Gloriā uero nec modo non minuit: sed etiam augeri arbitramur eorum quorum ad populares illustresq; laudes: has etiam minus notas minusq; puulgatas adiungimus. Sunt etiam qui negent in his qui nostris libris disputent: fuisse earum rerum de quibus disputatur scientiam: qui mihi uidentur non solum uiuis sed etiam mortuis inuidere. Restat unum genus reprehensorum quibus Academiæ ratio non probatur: quod grauius non feremus si quisquā ullam disciplinam philosophiæ probaret præter eam quam ipse sequeretur. Nos autem qui contra omnes dicere: qui scire uidentur: solemus non possumus: quin alii nobis dissentiant: recusare: q̄q̄ nostra quidē causa facilior est: qui uerum inuenire sine ulla contentione uolumus: idq; sūma cura studioq; conquirimus Et si enī omnis cognitio est obstructa difficultatibus: ea quidē ē & in ipsis rebus obscuritas: & in iudiciis nostris infirmitas: ut non sine causa antiquissimi & doctissimi in uenire se posse quod cuperēt diffisi sint: tamen nec illi defecerunt. Neq; nos studiū exquirendi defatigati relinquemus: neq; nostræ disputationes quicq̄ aliud agunt: nisi in utrāq; partem dicendo & audiendo eliciant: & tanq̄ exprimāt aliquid: quod aut uerum sit: aut ad id q̄ ꝓxime accedat. Neq; inter nos & eos: qui scire se arbitrant qcq̄ interest: nisi q; illi nō dubitant: quin ea uera sint quæ defendūt. Nos ꝓbabilia multa habemus: quæ sequi facile affirmare uix possumus. Hoc autem liberiores & solutiores sumus: quod integra nobis est iudicandi potestas. Neq; ut omnia quæ perscripta & quasi imperata sint: defendamus: necesse ulla cogimur. Nam cæteri primū ante tenentur astricti: q̄ quid esset optimū: iudicare potuerunt. Deinde infirmissimo tempore ætatis aut obsecuti amico cuidā: aut una alicuius quē primū audierunt: oratione capti de rebus incognitis iudicant: & ad quācūq; disciplinam quāsi sunt tēpestate delati: ad eā tanq̄ ad saxū adhærescunt. Nam quod dicunt omnino se credere ei: quē iudicent fuisse sapientē: oia probarē: si id ipsum rudes & indocti iudicare potuissent. Statuere enim qui sit sapiens: uel maxime uidetur esse sapientis. Sed ut potuerunt omnibus rebus auditis. cognitis etiam reliquorū sententiis iudicauerūt: aut re semel audita ad unius se auctoritatē cōtulerūt. Sed nescio quomō pleriq; errare malūt: eāq; sententiā quā adamauerūt: pugnacissime defendere: q̄ sine ptinacia qd cōstātissime dicat exquirere. Quibus de rebus & alias sæpe nobis multa q̄sita & disputata sūt: &

quõdã in Hortẽſii uilla:quæ eſt ad baulos:Cunq; eo Catulus & Lucullus noſq; ipſi poſtridie ueniſſemus:q̃ apud Catulũ fuiſſemus. Quo qdẽ & maturius uenimus qđ erat cõſtitutum ſi uentus eſſet:Lucullo in neapolitanum:mihi in pompeianũ nauigare:Cum igitur pauca in xyſto locuti eſſemus:tũ eodẽ in ſpacio cõſedimus.Hic Catulus:Etſi heri iquit id qđ quærebatur pene explicatũ eſt:ut tota fere quæſtio tractata uideatur:tamen expecto ea quæ te pollicitus es Luculle ab Antiocho audita dicturũ:Equidem inqt Hortẽſius feci pluſq̃ uellem. Totam enĩ rem Lucullo integram ſeruari oportuit.Et tamen fortaſſe ſeruata eſt:A me enĩ ea quæ ĩ prõptu erãt dicta ſunt.A Lucullo aũt reconditiora deſidero.Tum ille. Non ſane inqt Hortenſi cõturbat me expectatio tua: & ſi nihil eſt his qui placere uolunt tam aduerſarium. Sed quia nõ laboro q̃ ualde ea quæ dico,pbaturus ſim:eo minus conturbor.Dicam enĩ nec mea:nec ea quibus ſi nõ fuerint nõ uinci me malim:q̃ uincere.Sed mehercule ut quidẽ ſe nũc cauſa habet:& ſi heſterno ſermone labefactata eſt: mihi tamẽ uidetur eſſe ueriſſima.Agã igitur ſicut Antiochus agebat.Nota enim mihi res eſt:nã & uacuo animo illũ audiebam:& magno ſtudio ea de re etiam ſæpius: ut etiã maiorem expectationem mei faciã:q̃ modo fecit Hortenſius.Cum ita eſſet exorſus:ad audiendũ animos ereximus.At ille cũ alexãdriæ pro quæſtor inquit eſſem fuit Anthiochus inquit iam mecũ:& erat iam antea Alexãdriæ familiaris Antiochi eraclitus tyrius:qui etiam Clitomachũ multos annos & Phylonẽ audierat homo ſane in iſta philoſophia:quæ nũc ,ppe dimiſſa reuocatur:probatus & nobilis:cum quo & Antiocũ ſæpe diſputãtẽ audiebãt:ſed utrũq; leniter.Et quidẽ iſti libri duo Phylonis de qbus heri dictũ a Catulo eſt:tum erant allati alexandriã:tumq; primũ in anthiochi mãus uenerãt:& homo natura leniſſimus:nihil enĩ poterat fieri illo mitius:ſtomachari tamen cœpit:mirabar:neq; enim unq̃ ante uiderã.At ille eracliti memoriã implorans quærere ex eo uiderentur ne Phylõis illa:aut ea nũ uel e Philone uel ex ullo Academico audiuiſſet aliquando negabat:Phylonis tamen ſcriptũ agnoſcebat neq; enĩ id quidem dubitari poterat.Nam aderant mei familiares docti homines.P.&.C.Selii & Tetrilius Rogus:q̃ ſe illã audiuiſſe rationem de Phylone:& ab eo ipſo illos duos libros dicerẽt deſcripſiſſe.Tum & illa dixit Anthiocus quæ heri catullus cõmemorauit a patre ſuo dicta Phyloni:& alia plura.nec ſe tenuit:quin contra ſuum doctorẽ librum etiã ederet qui Soſus inſcribitur.Tum igitur & cũ Heraclitũ ſtudioſe audirẽ contra Antiochũ diſſerentem:& item Antiocum contra academicos dedi Antiocho opam diligẽtius:ut cauſam ex eo totã cognoſcerẽ.Itaq; cũ plures dies adhibito Heraclito:doctiſq; cõpluribus:& in his anthiochi fratre Ariſto & præterea Ariſtone & Dione:quibus ille ſecundũ fratrem plurimũ tribuebat multũ tẽporis.in iſta una diſputatione cõſumpſimus.Sed ea pars prætermittenda eſt:q̃ contra Phylonem erat. Minus enĩ acer eſt aduerſarius is:qui iſta quæ heri defenſa negat:Academicos omnino dicere.Etſi enĩ mentitus:tamen eſt aduerſarius lenior.Ad aceſillam Carneadẽq; ueniamus.Quæ cum dixiſſet:ſic rurſus exorſus eſt.Prmũ mihi uidemini:me aũt nomine appellabat:cum ueteres philoſophos nominatis:facere idem quod ſeditioſi ciues ſolent:cum aliquos ex antiquis claros uiros proferũt:quos dicãt fuiſſe populares:ut eorum ipſi ſimiles eſſe uideantur.Repetunt iam.P.Valerium:qui exactis regibus primo anno cõſul fuit:cõmemorãt reliquos q̃ leges populares.i.de puocationibus tulerit:cum conſules eſſent:tũ ad hos notiores.ſ.flãminiũq;:qui legẽ agrariã aliquot annis ante ſecũdũ punicũ bellũ tribu.ple.tulerit inuito ſenatu & poſtea bis

consul factus. sit. L. Cassium. Q. Põpeium: illi quidem etiam. P. Africanum referre ī eundē numerum solēt: duos uero sapiētissimos & clarissimos fratres. P. Crassum & P. Scæuolā aiunt Tiberio Gracho auctores legū fuisse. Alterū quidē ut uidemus palā: alterum ut suspicamur obscurius: addūt etiam. C. Mariū: & de hoc quidē nihil mentiūt̄: horū nominibus tot uirorū atq; tantorū expositis: eorum se institutū se qui dicūt: similiter uos cū pturbare ut illi. r. p. sic uos philosophiā bene iam cōstitutā uelitis: Empedoclem Anaxagorā Democritū Parmenidē & Zenonē: Platonē ēt & Socratē pferris. Sed neq; Saturninus ut nostrū inimicū potissimum nominem: simile quicq̄ habuit ueterum illorū: nec Archesilæ calūnia deferēdo est cū Democriti uerecundia: & tamē isti philosophi raro admodū cum hærent aliquo loco exclamant quasi mente icitati. Empedocles q̄dem ut interdū mihi furere uideatur: abstrusa oīa esse: nihil nos sentire: nihil nos cernere: nihil oīno quale sit posse repire. Maiorem autem partē mihi q̄dē omnes isti uidēt̄ nimis etiā q̄dā affirmare: plusq; ꝑfiteri se scire q̄ sciant. Quod si illi cū in nouis rebus quasi modo nascentes hæsitauerunt: nihil ne tot sæculis sūmis ingeniis maximis studiis explicatū putamur. Nōne iam cū philosophorū disciplinæ grauissimæ cōstitissent: tū ut exorsus est ut in optima. r. p. Tiberius Gracchus: qui ociū pturbaret: sic Archesilas: qui constitutā philosophiā euerteret: & in eorū auctoritate delitesceret: q̄ negauisset quicq̄ sciri: aut pcipi posse: quorum e numero tollendus est & Plato & Socrates: alter quia reliquit perfectissimā disciplinā peripateticos & academicos nominis differentes: re cōgruentes a quibus Stoici ipi uerbis magis q̄ sententiis dissenserūt. Socrates aūt de scipso detrahēs īdissputatiōe plus tribuebat his quos uolebat refellere: ita cū aliud agnosceret: atq; sentiret: libenter uti solitus est ea dissimulatione quā græci Ironiā uocāt: quā ait etiam ī africano fuisse Fannius. Idq; ꝑpterea uitiosum in illo nō putādum: quod idem fuerit ī Socrate. Sed fuerint illa uetera si uultis incognita: Nihil ne est ergo actū qd̄ iuuenti gatū est postea q̄ Archesilas zenoni ut putatur obtrectās nihil noui repienti sed emēdanti sapiores īmutatione uerborum: dū huius definitiones labefactare uult: conatus est clarissimis rebus tenebras obducere: cuius primo nō admodū ꝑbata ratio q̄q̄ floruit tū acumine ingenii: tū admirabili quodā lepore dicēdi: ꝓxime a Lacyde solo retenta est, post aūt cōficta a Carneade, qui est quartus ab Archesila. Audiuit enī Egesinū: qui Euādrū audierat Lacydis discipulū: cum Archesilæ Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades diu tenuit: nā nonagīta uixit annos: & qui illū audierāt admodū floruerunt: e q̄bus industriæ plurimū in clitomacho fuit. declarat multitudo librorū ingenii nō minus i hoc q̄ in Carneade eloquentiæ. In Melonthio Rhodio suauitatis: bene autem nosse Carneadem Itraro niteus pūtabatur. Iā Clitomacho Philo noster operam multos annos dederat: Philone autem uiuo patrocinium Academiæ nō defuit. Sed qd̄ nos facere nunc ingredimur ut contra Academicos disseramus: id quidam e philosophis: & hi quidem nō mediocres faciendū omnino nō putabant. nec uerū esse ullam rationem dīsputare cum his qui nihil probarent: Antipatrum q̄ stoicum qui multis in eo fuisset reprehendebāt. Neq; definiri aiebant: necesse esse quid esset cognitio uel perceptio: aut si uerbum e uerbo uolumus: comprehēsio quam catalepsin illi uocāt. Eosq; qui persuadere uellent esse aliquid quod comprehendi & pcipi posset iscienter facere dicebāt ꝑpterea qd̄ nihil eēt clarius enargia ut græci pspicuitatē aut euidētia nos si placet noiemus: fabrice musq; si opus erit uerba ne hic sibi: me appellabat iocās: hoc licere soli putet. sed tñ oratiōnē nullā putabāt illustriorē ipa euidētia

repperiri posse: nec ea quæ tã clara essent definienda cẽsebant. Alii aũt negabãt se ꝓ hac euidẽtia quicq̃ priores fuisse dicturos. Sed ad ea quæ cõtra dicerẽtur: dici oportere putabãt: ne qui fallerẽtur: pleriq; cũ & definitiones ipsarũ etiã euidẽtiũ rerũ nõ improbẽt: & rem idoneã de qua quæratur: & hoies dignos quibus cũ differatur putãt. Phylo aũt dum quædã noua cõmouet: q; ea sustinere uix poterat: quæ cõtra academicorũ pertinaciã dicebãtur: & apte mentitur: ut est reprehensus a patre Catulo: & ut docuit Antiochus i idipsum se iduit quod timebat. Cum enĩ ita negaret qcq̃ esse quod cõprehendi posset: id enĩ uolumus esse acatalepton: si illud eẽt sic ut zeno definiret tale uisum: iã enĩ hoc pro fantasia uerbũ satis hesterno sermone triuimus: ui sum igit᷑ ipressum effictũq; ex eo unde esset: quale esse nõ posset: ut ex eo unde non esset: id nos a zenone definitũ rectissime dicimus. qui enim põt qcq̃ comprehendi ut plane cõfidas id perceptum cognitũq; esse quod est tale quale uel falsum esse possit: hoc cũ ifimat: tollitq; Phylo: iudiciũ tollitq; incogniti & cogniti: ex quo efficit᷑ nihil posse cõprehendi. Ita iprudẽs eo quo minime uult reuoluit᷑. Q uare ois oratio cõtra Academiã suscipit᷑ a nobis: ut retineamus eã definitionẽ: quã Phylo uoluit᷑ euertere: quã nisi obtinemus: percipi nihil posse cõcedimus. Ordiamur igitur a sensibus quorũ ita clara iudicia & certa sunt: ut si optio naturæ nostræ detur: & ab ea deus aliquis requirat cõtẽta ne sit suis integris incorruptisq; sensibus: an postulet melius aliquid nõ uideã quid quærat amplius. Neq; uero hoc loco expectãdũ est dũ de remo inflexo: aut de collo colũbæ respondeã: Nõ enĩ is sum: q qcq̃ uidetur tale dicam esse quale uideatur. Epicurus hoc uiderit: & multa alia. Meo aũt iudicio ita est maxima in sensibus ueritas: Si sani sunt & ualẽtes & omnia remouentur: quæ obstant & impediũt: Itaq; & lumẽ mutari sæpe uolumus: & situs earum rerũ q̃s ituemur: & iter ualla aut cõtrahimus aut deducimus: multaq; facimus usq; eo dũ aspectus ipse fidẽ faciat sui iudicii. Q uod idẽ sit i uocibus i odore i sapore: ut nemo sit nostrũ qui i sensibus suis cuiusq; generis iudicium reqrat acrius. Adhibita uero exercitatione & arte ut oculi pictura teneantur. & aures cantibus: quis est qui nõ cernat quãta uis est i sensibus: q̃ multi uidẽt pictores i umbris & in eminẽtia: quæ nos nõ uidemus: Q uã multa quæ nos fugiunt i cãtu exaudiat i eo genere exercitati. Q ui primo in flatu tubicinis Antiopam esse aiunt: aut Andromacham cum id nos ne suspicemur quidem. Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui: i quibus intelligentia etsi uitiosa: est quædam tamen. Q uid de tactu & eo quidẽ quẽ philosophi interiorẽ uocant: aut doloris aut uoluptatis: i quo Cyrenaici solo putant ueri esse iudiciũ qa sentiat᷑. Potest ne igitur quisq̃ dicere inter eũ qui doleat: & inter eũ q in uoluptate sit: nihil interesse aut ita qui sentiet: nõ apertissime insaniat: Atqui qualia sunt hæc quæ sensibus percipi dicimus: talia sequẽtur ea quæ in sensibus ipsis percipi dicũtur: sed quodãmodo sẽsibus: ut hæc: illud est albũ: hoc dulce: canorũ illud: hoc bene olẽs: hoc asperũ. Animo iam hæc tenemus cõprehensa: nõ sensibus. Ilse deinceps equus ẽ: ille canis: cætera series deinde sequit᷑ maiora nectens: ut hæc q̃ quasi expletã rerum cõprehẽsionẽ amplectũtur. Si homo est: animal ẽ mortale rationis particeps. quo e genere nobis notitiæ rerũ imprimuntur. sine quibus neq; intelligi quicq̃: neq; quæri aut disputari potest. Q uod si essent falsæ notitiæ (ennoeas enĩ notitias appellare tu uidebare.) Si igitur essent hæ falsæ: aut eiusmodi uisis impræsse: qualia uisa a falsis dicerni non possent: quo tandẽ his modo uteremur: Q uomõ aũt qd cuiq; rei cõsentaneũ esset: quid repugnaret: uideremus: memoriæ quidẽ certe quæ nõ modo philosophiã: sed

omnis uitæ usum oēsq; artes una maximē cōtinet: nihil oīno loci reliquitur. Quid enim pōt esse memoria falsorū: aut q̄d quisq̄ meminit: quod non animo comprehendit & tenet? Ars uero quæ pōt esse nisi quæ non ex una aut ex duabus: sed ex multis animi p̄ceptionibus cōstat? Quā sibi subtraxeris: qui distingues artificē ab iscio? Nō enim fortuito hūc artificem dicemus esse: illū negabimus: sed alterū p̄cepta & cōprehensa tenere uidemus. Alterū nō item. cūq; artiū aliud eiusmodi genus sit: ut tantūmodo animo rem cernat: aliud ut moliatur aliquid & faciat. Quorū aut Geometres ea cernere pōt: quæ aut nulla sunt: aut ēternosci a falsis nō possunt: aut is qui fidibus utitur explere numeros & cōficere uersus. Quod idē in similibus quoq; artibus continget: quarū omne opus ē in faciendo aut agēdo. Quid enī est quod arte effici possit: nisi is qui artē tractabit multa percepit? Maxime uero uirtutū cognitio cōfirmat p̄cipi & cōprehendi multa posse: in quibus solis in esse etiam scientiā dicimus quam nos nō comprehensionē modo rerū: sed eam stabilem & imutabilem esse censemus. Itēq; sapientiā artem uiuendi: quæ ipsa ex sese habeat constantiā. Ea aūt cōstātia si nihil habēat prepti & cogniti: quæro unde nata sit: & quomodo? Quæro etiā ille uir bonus qui statuit oēm cruciatū perferre intolerabili dolore: lacerari potius q̄ ut officium p̄dat: aut fidē. Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit: cū quāobrem ita oporteret: nihil haberet cōprehensi percepti cogniti cōstituti? Nullo igitur modo fieri potest: ut quisq̄ tanti existimet æquitatē esse & fidē: ut eius cōseruādæ causa nullum supplicū recuset: nisi his rebus assensus sit: quæ falsæ esse nō possunt. Ipsa uero sapiētia si se ignorabit: sapientia sit nec ne: quomodo primū optinebit nomē sapiētiæ? Deinde quomodo suscipere aliquā rem: aut agere fidenter audebit: cū certi nihil erit quod sequatur? Cū uero dubitauerit quid sit extremū & ultimum bonorū: ignorans quo oīa referantur: qui poterit esse sapiētia? Atq; etiam illud perspicuū est: cōstitui necesse eē initiū quod sapientia cū quid agere īcipiat sequatur. Idq; initiū esse naturæ accōmodatū. Nam aliter appetitio: eam enī esse uolumus Hormen: qua ad agendū impellimur: & id appetimus: q̄d est uisum: moueri nō potest. Illud aūt quod mouet prius oportet uideri: eiq; credi quod fieri nō potest: si id quod uisum erit discerni nō poterat a falso. quomodo aūt moueri animus ad appetendū potest: si id quod uidetur nō percipitur accōmodatū ne naturæ sit. an alienū? Itemq; si quid officii sui sit nō occurrit animo: nihil unq̄ oīno aget: ad nullā rem unq̄ impelletur: nunq̄ mouebitur. Quod si aliquid aliquādo acturus ē: necesse est id ei uerū quod occurrit: uideri. Quod si ita uera sunt: ratio oīs tollitur: q̄si quædā lux lumenq; uitæ: tamen ne in ista prauitate perstabitis: nam quærēdi initiū ratio attulit: quæ perfecit uirtutē cum eēt ipsa ratio cōfirmata quærendo. Quæstio aūt ē appetitio cognitionis: quæstioniq; finis inuētio. At nemo inuenit falsa: nec ea quæ incerta p̄manent: inuēta esse possunt. Sed cū ea quæ quasi inuoluta fuerint: aperta sunt. tum inuenta dicūtur. Sic & initiū quærendi: & exitus percipiēdi & cōprehendendi tenet, itaq; argumenti conclusio: q̄ est græce apodixis: ita definitur ratio quæ ex rebus perceptis ad id adducit quod nō percipiebatur. Quod si omnia uisa eiusmodi essent qualia ista dicunt: ut ea uel falsa esse possent: neq; ea posset ulla notio discernere. quomodo quenq̄ aut conclusisse aliquid: aut inuenisse diceremus. Aut quæ esset conclusi argumenti fides. Ipsa aūt philosophia. quæ rationibus progredi debet. quē habebit exitū. sapiētiæ uero quid futurū est. quæ neque de seipsa dubitare debet. neque de suis decretis q̄ philosophi uocāt dogmata. quorū nullū sine scelere p̄di poterit. Cū enī decretū p̄dit. lex ueri lectiq;

proditur. Quo euitio & amicitiarũ proditiões: & rerum publicarũ nasci solent. Nõ potest igitur dubitari quin decretũ nullũ falsũ possit esse: sapiẽtiq; satis sit non esse falsũ: sed etiã stabile fixũ ratũ esse debeat: quid mouere nulla ratio queat. Talia aũt neq; esse neq; uideri possunt eorũ ratione qui illa uisa e quibus oĩa decreta sunt nata negãt quicq̃ a falsis interesse. Ex hoc illud est natũ quod postulabat Hortẽsius: ut id ipsum saltẽ perceptũ a sapiẽte diceretis nihil posse percipi. Sed Antipatro hoc idẽ postulãti cũ diceret: eiq; affirmaret nihil posse p̃cipi cõsentaneũ esse: unũ tamen illud dicere: p̃cipi posse cõsentaneũ esse ut alia nõ possẽt. Carneades acutius resistebat. Nã tantũ abesse dicebat ut ei cõsentaneũ esset: ut maxime etiã repugnaret: Quin enim negaret quicq̃ esse quod percipetur eũ nihil excipe: ita necesse esse ne id ipsam quidẽ quod exceptũ nõ esset: cõprehendi & percipi ullo modo posse. Antiochus ad istũ locum pressius uidebatur accedere: Quoniã id eni haberẽt Academici decretũ. Sentitis enĩ iam hoc me dogma dicere: nihil posse p̃cipi: nõ debere eos in suo decreto sicut in cæteris rebus fluctuari: præsertim cũ in eo sũma cõsisteret. Hãc enim esse regulã totius philosophiæ constitutionẽ ueri: falsi cogniti: incogniti: quã rationẽ quoniam susc̃ipent: docereq; uellẽt quæ a quouis accipi oporteret: & quæ repudiari. certe hoc ipsum ex quo ueri falsiq; iudiciũ esset p̃cipere eos debuisse. Etenim duo esse hæc maxima in philosophia iudiciũ ueri: & finẽ bonorũ: neq; sapientẽ posse esse: qui aut cognoscendi initiũ esse ignoraret: aut extremũ expetẽdi: ut aut unde proficiscatur: aut quo perueniẽdum sit nesciat. Hæc aũt habere dubias: neq; his ita cõfidere ut moueri nõ possint: abhorrere a sapiẽtia plurimũ. Hoc igitur modo potius erat ab his postulandũ ut hoc unum saltẽ percipi nihil posse perceptũ esse dicerent. sed de incõstantia totius illorũ sententiæ. si ulla sententia cuius q̃ esse põt nihil approbantis sit: ut opinor dictũ satis. Sequit̃ disputatio copiosa dicta illa quidẽ sed paulo abstrusior. habet enĩ aliquantũ physicis: ut uerear ne maiorẽ largiar ei qui cõtradicturus est libertatẽ & licentiã. Nam quid eum facturũ putem abditis rebus & obscuris qui lucẽ eripere conetur? Sed si disputari poterat subtiliter: quãto quasi artificioso natura fabricata esset primũ animal omne: deinde hoiem maxime: quæ uis esset insensibus quem ad modũ prima uisa nos pellerẽt. Deinde appetitio ab his pulsa sequeretur: tum ut sensus ad res p̃cipiendas intẽderem us. Mẽs enĩ ipsa quæ sensuũ fons est: atq; etiã ipsa sensus est: naturalẽ uim habet: quã intẽdit ad ea qbus mouetur. Itaq; alia uisa sic arripit: ut his statim utatur aliqua sic recondit e quibus memoria oritur. Cætera autem similitudinibus constituit: ex quibus efficiũtur noticiæ rerum: quas græci tum ennoeas: tum prolepsis. uocãt. Eo cũ accessit ratio argumẽtiq; conclusio rerũq; innumerabiliũ multitudo: tum & p̃ceptio eorũ oĩum apparet: & eadẽ ratio pfecta his gradibus ad sapiẽtiã puenit. Ad rerũ igitur scientiam uitæq; cõstantiam aptissima cũ sit mens hominis: amplectitur maxime cognitionem: & istã catalepsim: quã ut dixi uerbum e uerbo exprimẽtes cõprehensionẽ dicemus: cũ ipsam p̃ se amat: nihil est enim ei ueritatis luce dulcius tum etiã p̃pter usum? quocirca etiã sensibus utitur: & artes efficit quasi sensus alteros: & usq; eo philosophiã ipsam corroborat: ut uirtutem efficiat: ex qua re una uita ois sit apta. Ergo hi qui negant quicq̃ posse cõprehendi: hæc ipsa eripiunt uel instrumenta uel ornamenta uitæ: uel potius etiã totã uitã euertũt funditus uimq; aĩal orbãt aio: ut difficile sit de temeritate eorũ: p̃inde ut causa postulat dicere Nec uero satis cõstituere possum quod sit eorũ cõsiliũ: aut q̃d uellint. Interdũ enĩ cũ adhibemus ad eos orationẽ huiusmodi si ea quæ disputent̃ uera sint: tum oĩa fore in

certa reſpõdent. Quid ergo iſtud ad nos? num ñoſtra culpa eſt? naturã accuſa: quæ in ꝓfũdo ueritatẽ: ut ait Democritus: penitus abſtruxerit. Alii aũt elegãtius: qui etiã quærũtur quod eos inſimulemus oĩa in certa dicere: quãtũq; interſit inter incertũ & id quod ꝓcipi nõ poſſit docere conãtur: eaq; diſtinguere. Cũ iis igit̃ agamus: qui hoc diſtiguũt. illos qui oĩa ſic incerta dicũt: ut ſtellarũ numerus par an ĩpar ſit: neſciatur quaſi deſpatos aliquos relinquamus. Volũt enim: & hoc quidẽ uel maxime aĩaduertebã uos moueri: ꝓbabile aliquid eſſe: & quaſi uerſimile: eaq; ſe uti regula: & in agẽda uita: & inquærẽdo at diſſerendo. Quæ iſta regula eſt ueri & falſi: ſi notionẽ ueri & falſi ꝓpterea quod ea nõ poſſunt internoſci nullã habemus. Nã ſi habemus intereſſe oportet: ut inter rectũ & prauũ ſic inter uerũ & falſũ. Si nihil inter eſt: nulla regula eſt: nec poteſtis cui eſt uiſio ueri falſiq; communis ullũ habere iudiciũ: aut ullã oĩo ueritatis notã. Nam cum dicũt unũ hoc ſe tollere: ut quicq̃ poſſit ita uideri: ut nõ eodẽ modo falſum etiã poſſit ita uideri: cætera aũt concedere faciũt puerili ter. Quo enim oĩa iudicãtur ſublato: reliqua ſe negant tollere: ut ſi quis quẽ oculis priuauerit: dicat ea quæ cerni poſſent. nõ ſe ei ademiſſe: ubi enĩ illa modo oculiſ cognoſcũtur: ſic reliqua uiſis. Sed ꝓpriaueri nõ cõmunis ueri & falſi nota. Quamobre ſiue tu ꝓbabilẽ uiſionẽ ſiue imprõbabilẽ. & quæ nõ impediat̃: ut Carneades uolebat: ſiue aliud quid ꝓferes q; ſequare: ad uiſũ illud de quo agimus tibi erit reuertendũ. In eo autẽ ſi erit cõmunitas cũ falſo: nullũ erit iudiciũ: quia propriũ in cõmuni ſigno notari non põt. Sin aũt cõmune nihil erit: habeo quo uolo: id enĩ quæro quod ita mihi uideatur: uerũ ut nõ poſſit item falſum uideri. ſimili in errore uerſantur cũ iudicio ueritatis coacti ſpicua a ꝓceptis uolunt diſtinguere. & conãtur oſtẽdere eẽ aliq̃d ſpicui: uerũ illud quidẽ impreſſum in anima atq; in mẽte neq; id tamẽ ꝓcipi ac cõprehẽdi poſſe. Quo enĩ modo ſpicue dixeris album eſſe aliq̃d: cũ poſſit accidere: ut id quod nigrũ ſit albũ eſſe uideat̃. Aut quomodo iſta ſpicta dicemus: aut enĩ impreſſa ſubtiliter cum ſit incertũ uere inaniter ui moueatur? Ita neq; color neq; corpus nec ueritas: nec argumẽtũ: nec ſenſus: neq; perſpicuũ ullũ relinquitur. Ex hoc illud his uſu uenire ſolet: ut quicq̃d dixerit aquibuſdã interrogent̃. Ergo iſtuc quidẽ ꝓcipis: ſed qui ita interrogãt: a ꝏ his irridẽtur. Nõ enim urgent ut coarguãt neminẽ ulla dere poſſe cõtendere: neq; aſſeuerare ſine aliqua eius rei quã ſibi quiſq; placere dicit: certa & ꝓpria nota. Quid eſt igit̃ iſtuc noſtrũ probabile? Nam ſi quod cuiq; occurrit: & primo quaſi aſpectu ꝓbabile uideatur: id cõffirmatur: quid eo leuius? Sin ex circũſpectiõe aliqua & accurata cõſideratione: quod uiſum ſit: id ſe dicent ſequi: tamẽ exitũ nõ habebũt: primũ quia his uiſis inter quæ nihil intereſt: æqualiter oĩbus errogatur fides. Deinde cũ dicãt poſſe accidere ſapienti: ut cũ omnia fecerit: diligẽtiſſimeq; circũſpexerit: Exiſtat aliquid quod & uerſimile uideatur: & abſit longiſſime a uero: Quomodo ſi magna parte quidẽ ut ſolent dicere: ad uerũ ipſum aut q̃ proxime accedant: cõſidere ſibi poterunt. Vt enim cõfidãt notũ his eſſe debebit inſigne ueri: quo obſcuro & oppreſſo quod tandẽ ſibi uerũ uidebuntur aĩtingere? Quid autẽ tam obſcurũ dici poteſt: q̃ cum ita loquũtur? eſt hoc quidẽ rei illius ſignum aut argumentũ: & ea re id ſequor. ſed fieri poteſt id quod ut ſignificatur: aut falſum ſit: aut nihil ſit oĩno. Sed de perceptione actenus: Si quis enim ea quædicta ſunt labefactare uolet: facile: etiã abſcentibus nobis ueritas ſe ipſam defendet. His ſatis cognitis quæ iam explicata ſunt: Nunc de aſſenſione atq; de approbatione quam greci Sincatgaſin uocant: pauca dicemus. non quo non latus locus ſit: ſed paulo ante iacta ſunt fundamẽta. Nam cũ uim quæ

esset in sensibus explicabamus: simul illud apiebatur cõprehẽdi multa & percipi sensibus: quod fieri sine assensiõe nõ potest: Deinde cũ inter in animũ & aial hoc maxime interst: quod in aĩmũ nihil agit: aial agit aliquid. Nihil enim agẽs nec cogitari quidẽ potest quale sit: aut ei sensus adimẽdus est: a utea quæ est in nostra sita potestate reddenda assensio. At uero animus qñ modo eripitur his: quos neq; sentire neq; assentiri uolũt. Vt enim necesse est lancẽ in librã ponderibus impositis deprimi: sic aium pspicuis cedere: Oam quomodo nõ põt animal ullũ nõ appetere id quod accõmodatum ad naturã appareat. græci id œcion appellãt. Sic nõ potest obiectã rẽ pspicuam nõ approbare: q̃q̃ si illa de quibus disputatũ est: uera sunt: nihil attinet de assẽsiõe oio loqui. Q ui.n. quid percipit assentit statim: Sed hæc ẽt sequuntur: nec memoriam sine assensione posse constare: neq; notitias rerum nec artes. idq; quod maximũ est: ut sit aliquid in nostra ptãte in eo qui rei nulli assentietur: nõ erit: ubi igit uirtus si nihil situ est in ipsis nobis: Maxime aũr absurdũ uitia in ipsorũ esse potestate: neq; peccare quenq̃: nisi assensiõe: hoc idẽ in uirtute non esse: cuius omnis constantia & firmitas ex his rebus cõstat: quibus assensa est: & quas approbauit: oinoq; ante uideri aliquid q̃ agamus: necesse est: eiq; quod uisum sit assentiatur. Q uare qui aut uisum aut assensum tollit: is oẽm actionem tollit e uita. Nũc ea uideamus quæ cõtra ab his disputari solent. Sed prius potestis totius eorũ ratõis quasi fundamẽta cognoscere. Compõit igitur arte quandã primũ de his quæ uisa dicimus: eorũq; uim & genera definiunt in his quale sit id quod percipi & cõprehẽdi possit: totidẽ uerbis q; Stoici. Deinde illa exponũt duo: quæ quasi cõtineant omnẽ hanc quæstionẽ: quæ ita uideant: ut etiã alia multa eodẽ modo uideri possint: neq; in his quicq̃ interst posse eorũ alia percipi: alia nõ percipi: nihil interesse aũt nõ modo si ex omni parte eiusdem modi sint: sed etiam si discerni nõ possint: quibus positis uniusargumẽti cõclusione tota ab his causa comprehẽditur. Cõposita autẽ ea cõclusio sic est. Eorũ quæ uidẽtur alia uera sunt alia falsa: & quod falsum est id percipi nõ potest: quod aũt uerum uisum est. id omne tale est ut eiusmodi etiã falsum possit uideri. Et quæ uisa sunt eiusmodi ut in his nihil intersit: nõ posse accidere: ut eorũ aliqua percipi possint: alia nõ possint. Nullũ igitur est uisũ quod percipi possit. Q uæ autẽ sumũt ut cõcludant id quod uolũt. Ex his duo sibi ducant concedi: neq; enim quisq; repugnat: Ea sunt hæc quæ uisa falsa sint: percipi ea nõ posse: & alterũ inter quæ uisa nihil intersit: ex his nõ posse alia tali eẽ ut percipi possint alia ut nõ possint: reliqua uero multa & uaria oratione defendunt. Q uæ sunt itẽ duo unũ quod uideatur eorũ aliud uerũ esse aliud falsum. Alterũ omne uisum quod sit a uero tale esse quale etiã ita falso põt esse. Hec duo ꝓposita nõ præteruolãt. sed ita dilatant: ita ut non mediocrem curã adhibeant & diligentiã. Diuidunt enĩ in partes eas quidẽ magnas primũ in sensus: deinde in ea quæ ducũtur a sensibus & ab omni consuetudine: quã obscurari uolunt: tũ pueniũt ad eam partẽ ut ne ratione quidẽ & coniectura ulla res percipi possit. hæc autẽ uniuersa cõcidunt etiã minutius. Vt enim de sensibus hesterno sermone uidistis: iterum ista faciunt de reliquis singulisq; rebus: quas in minima dispartiunt uolunt efficere his omnibus quæ uisa sint uera iis adiuncta esse falsa que a ueris nihil differant: ea cũ talia sint nõ posse cõprehendi. Hãc ego subtilitatem philosophia quidem dignissimã iudico. sed ab eorum causa qui ita dixerunt remotissima. Definitiones enim & partitiones & horum luminibus utens oino: tum similitudines per earũ tenuis & acuta distinctio fidentiũ est hominũ: Illa uero & firma & certa quæ tutentur nõ eorum qui clament nihilo magis uera illa esse q̃ falsa.

Quid enim agant si cū aliqd definierint: roget eos quispiā. num illa definitio possit in aliā rem trāsferri quālibet si posse dixerint. Quid enim dicere habeant cur illa uera definitio sit: si negauerit faciendum sit: quoniā uel illa uera definitio trāsferri possit in falsum: uel q; ea definitione explicetur id ꝓcipi posse quod minime illi uolūt. Eadē dici poterunt in oibus partibus. Si enim diceret ea de qbus dissererēt se dilucide ꝓspicere nec ulla cognitiōe uisorū impediri: cōprehendere ea se posse farebūtur. Sin aūt negabunt uera uisa a falsis posse distingui: qui poterūt longius progredi? Occurretur enī sicut occursum est: nā cōcludi argumētū non potest: nisi his quæ ad concludendum sumpta erūt: ita probatis ut falsa eiusmodi nulla possunt esse. Ergo si rebus cōprehēsis & ꝓceptis uisa & ꝓgressa ratio hæc efficiet nihil posse cōprehēdi: quia pōt reperiri quod ipsum sibi repugnet magis? Cūq; ipsa natura accurrat æ oratiōis hoc profiteatur se aliquid ꝓfecturā quod nō apparebit. Et quo id facilius assequatur adhibitura & sensus & ea quæ ꝓspicua sint: qualis est istorū oratio qui oia non tam esse q̄ uideri uolūt? Maxime aūt cōuincūtur cum hæc duo pro cōgruentibus sumūt tam uehemēter repugnātia: primū esse quædā falsa uisa: quod cum uolūt declarāt: quædā eē uera. deinde ibidē inter falsa uisa & uera nihil interesse. At primū sumpseras tanq̄ interesset: Ita prio i posterius: posteriori supius nō iūgitur: sed ꝓgrediamur lōgius: & ita agamus ut nihil nobis assentati esse uideamur. queq; ab his dicūtur sic psequamur ut nihil inprædictis relinquamus. Primū igitur ꝓspicuitas illa quā diximus: satis magnā habet uim & ipsa pse se ea quæ sint: nobis ita ut sint indicet. Sed tamen ut maneamus in ꝓspicuis firmius & cōstantius maiora quædā opus est uel arte uel diligentia: ne ab his quæ clara sint ipsa pelle quasi præstigiis quibusdā & captiōibus depellamur. Nam qui uoluit subuenire erroribus Epicurus is uidetur conturbare ueri cognitionē: dixitq; sapiētis esse opinionē a ꝓspicuitate seiungere: nihil profecit. ipsius enim opinionis errorē nullo modo sustulit. Quamobrē cum duæ causæ ꝓspicuis euidentibus rebus aduersent auxilia totidē sunt cōtra cōparanda: aduersantur enim primū q; parū detegunt animos: & intēdunt in ea quæ ꝓspicua sunt: ut quāta luce ea circūfusa sunt: possint agnoscere. Alterū est quod fallacibus & captiosis interrogatiōibus circūscripti atq; decepti quidā eum eas dissoluere nō possunt: desciscunt a ueritate. Oportet igitur & ea quæ pro ꝓspicuitate responderi possunt in ꝓmptu habere: de quibus iam diximus: & esse armatos ut occurrere possimus interrogationibus eorū: captiōesq; discutere. Quod deinceps facere cōstituī. Exponā igitur generatim argumenta eorū: quoniā ipsi etiā illi solent nō cōfuse loqui. Primū conātur ostēdere multa posse uideri esse: quæ oīno nulla sunt: cū animi inaniter moueantur eodē modo rebus his quæ nullæ sint ut his quæ sint. Nam cū dicatis iquiūt uisa quædā mitti adeo uelut ea quæ in somniis uideātur: quæq; oraculis auspiciis extis declarāt. (Hæc enī aiunt ꝓbari Stoicis quos cōtra disputāt) quærūt quonāmodo falsa uisa quæ sint: ea deus efficere possit ꝓbabilia? quæ aūt plane proxime ad uerū accedūt efficere nō possit. Aut si ea quoq; possit: cur illa nō possit quæ ꝓdificiliter internoscātur tamen: Et si hæc cur nō inter quæ nihil sit oratio. Deinde cū mens moueatur ipsa per sese ut & ea declarēt quæ cogitatiōe depingimus: & ea quæ uel furiosis uel dormiētibus uidētur nō inquā uersimile sit. Sic etiam mentē moueri: ut nō modo internoscat uera illa uisa sint: an ne falsa? sed ut in his nihil interfit omnino? ut si qui tremerent & exalbescerent uel ipsi per se motu mentis aliquo uel obiecta terribili re extrinsecus nihil interesset qui distingueretur tremor ille & pallor: neq; ut quicq̄ interesset inter intestinum &

oblatũ. Postremo si nulla uisa sunt: probabilia: quæ falsa sint: alia ratio est. Sin autem sunt: cur nõ etiam quæ nõ facile internoscãtur? Cur nõ ut plane nihil interſit? præſertim cũ ipſi dicatis ſapiẽtem in furore ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu: quia nulla in uiſis diſtinctio appareat. Ad has oẽs uiſiones inanes Antiochus quidẽ ꝓmulta dicebat: & erat de hac una re unius diei diſputatio. Mihi aũt nõ idem faciendũ puto ſed ipſa capita dicenda: & primũ quidem hoc reprehendendũ quod captioſiſſimo genere interrogatiõis utuntur. quod genus minime a philoſophia ꝓbari ſolet: cũ aliquid minutatim & gradatim additur aut demit: Soritas hoc uocant qui aceruũ efficiunt uno addito grano. Vitioſum ſane & captioſum genus. Sic enim aſcẽditis: ſi tale uiſum abiectum a deo dormienti ut probabile ſit: Cur nõ etiã ut ualde ueriſimile? Cur demũ ut difficiliter a uero internoſcatur? deinde ut ne internoſcatur quidẽ? Poſtremo ut nihil inter hoc & illud interſit? Huc ſi ꝓueneris me tibi primũ quidq; cõcedente meũ uitiũ fuerit. Sin ipſe tua ſpõte proceſſeris: tuũ. Q uis enĩ tibi dederit aut oĩa deum poſſe? aut ita facturũ eſſe ſi poſſit? quomodo aũt ſumis: ut ſi quid cui ſimile eſſe poſſit: Sequatur etiã ut difficiliter internoſci poſſit? Deinde ut ne uix noſci quidem? poſtremo ut eadem ſit: ut ſi lupi canibus ſimiles: eoſdẽ dices ad extremũ. & quidem honeſtis ſimilia ſunt: quædam non honeſta & bonis non bona. & artificioſis minime artificioſa Q uid dubitamus igitur affirmare nihil inter hæc intereſſe? Ne repugnantia quidem uidemus: nihil eſt enim quod de ſuo genere in aliud genus tranſferri poſſit. At ſi efficeretur ut inter uiſa differentiũ generum nihil intereſſet: reperientur quæ eſt in ſuo genere eſſent & in alieno: Q uod fieri qui poteſt? Omniũ deinde inaniũ uiſorum una depulſio eſt ſiue ulla cogitatiõe informãtur: quod fieri ſolere cõcedimus: ſiue in quiete ſiue per uinũ: ſiue per inſaniã. Nam ab omnibus eiuſdem modi uiſis ꝓſpicuitatem quam mordicus tenere debemus abeſſe dicemus. Q uis enim cum ſibi ſingit aliquid & cogitatione: depingit non ſimul ac ſe ipſe cõmouit: atq; ad ſe reuocauit Sentit quid interſit inter perſpicua & inania? Eadẽ ratio eſt ſomniorũ. Num cenſes Enniumcum in hortis cũ Seruio Galba uicino ſuo ambulaſſet dixiſſe. Viſus ſũ mihi cũ Galba ambulare? At cũ ſomniauit ita narrauit. Viſus Homerus adeſſe poeta. Idẽq; in Epicharmo, Nam uidebar ſomniare me & ego eſſe mortuum. Itaq; ſimul ut expreſti ſumus: uiſa illa cõtemnimus: neq; ita habemus: ut ea quæ in foro geſſimus. At enim cum uidentur: ea dẽ eſt in ſomniis ſpecies eorũ quæ uigilantes uidemus. plurimũ intereſt Sed idomittamus. Illud enim dicimus nõ eandem eſſe uim neq; integritate dormientium & uigilantiũ: nec mente nec ſenſu: Ne uiolenti quidẽ quæ faciũt: eadẽ approbatione fulciũt qua ſobrii dubitãt: hæſitãt: reuocãt: ſe interdũ. hiſq; quæ uidentur imbecillius aſſentiũtur: Cũq; edormierũt illa uiſa q̃ leuia fuerũt intelligunt. Q uod idem cõtingit inſanis ut incipiẽtes fuereſ ſentiant: & dicant aliq̃d quod nõ ſit: id uideri ſibi & cum relaxẽtur: ſentiant acꝑ illa dicant Alemeõis. Sed mihi ne uti q̃ cor cõſẽtit cum oculorum aſpectu. At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore ne approbet falſa ꝓueris Et alias quidẽ ſæpe. ſi aũt in ſẽſibus ipſius eſt aliqua forte grauitas: aut tarditas: aut obſcuriora ſunt quæ uidẽtur: aut ꝓſpiciendo temporis breuitate excluditur: Q uanq̃ totum hoc ſapientẽ aliquando ſuſtinere abſentionẽ contra uos eſt. Si enim inter uiſa nihil itereſſet: aut ſemper ſuſtineret: aur nunq̃: Sed ex hoc genere toto ꝓſpici poteſt leuitas oratiõis eorũ qui omnia cupiunt cõfundere. quærimus grauitatis cõſtantiæ firmitatis ſapientiæ iudiciũ utimur exemplis ſomniantiũ furioſorũ & ebrioſorum. Illud attendimus in hoc omni genere quam incõſtanter loquamur. Non enim profer

remus uino aut somno oppressos: aut mente captos tam absurde: ut cum diceremus interesse inter uigilantium uisa & sobriorum & somniorũ & eorum qui essent aliter effecti tum nihil interesse. Nec hoc quidem cernunt omnia se reddere incerta quod uolunt ea dico incerta: quæ adela græci. Si enim res se ita habeant: ut nihil interfit: utrum ita cui u deatur: ut insano aut sano cui possit exploratum esse de sua sanitate quod uellet efficere: non mediocris insaniæ est. Similitudines uero aut geminorum aut signorum annulis impressorum pueriliter consectantur. Quis enim nostrum similitudines negat esse: cum eas plurimis in rebus appareant. Sed si satis est adtollẽdam cognitionem simillima esse multa multorum: cur eo non estis contenti præsertim concedentibus nobis? Et cur potius id contenditis. quod rerum natura non patitur? ut non suo quicq; genere sit tale quale est: nec sit in duobus aut pluribus nulla re differens: ulla communitas ut sibi sint & oua ouorum & apes apum simillimæ. Quid pugnas igitur aut quid tibi uis in geminis? Conceditur enim similes esse: quo contentus esse potueras. Tu autem uis eosdem esse plane nõ similes quod fieri nullo modo potest. Deinde confugis ad physicos eos qui maxime in Academia irridentur: a quibus tu ne iam quidem te abstinebis. Et ais Democritum dicere innumerabiles esse mundos: & quidem sic quosdam inter se esse non solum similes sed undique perfecte & absolute ita pares: ut inter eos nihil prorsus intersit. Et eo quidem innumerabiles: Itemq; homines. deinde postulas: ut si mundus ita sit par alteri mũdo: ut inter eos ne minimum quidem intersit: concedatur tibi ut in hoc quoq; nostro mundo aliquid alicui sic par sit: ut nihil differat: nihil intersit. Cum enim inquies cum ex illis indiuiduis unde omnia Democritus gigni affirmat in reliquis mundis: & in his quidem innumerabilibus: innumerabiles Quinti Luctacii: Catuli non modo possint esse: Sed etiam sint in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici: Primum quidem me ad Democritum uocas cui non assentior: potiusque refellam: propter id quod dilucide docetur a politioribus physicis singularum rerum singulas proprietates esse. fac enim antiquos illos Seruilios qui gemini fuerunt tam similes q̃ dicũtur. Num censes etiam eosdem fuisse? Non cognoscebantur foris. at domi non ab alienis at a suis. At non uidemus hoc usu uenire: ut quos nunq̃ putassemus a nobis interno sci posse: eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus uti minimum quidem similes uiderentur. Hic pugnes licet non repugnabo: quin etiam concedam illum ipsum sapientem de quo omnis hic sermo est. Cum ei res similes occurrãt: quas non habeat denotatas retenturum assensum: nec unq̃ ulli uiso assensurum nisi quod tale fuerit quale esse falsum non possit. Sed ad cæteras res habet quandam artem qua uera falsis possit distinguere: & ad similitudines istas usus adhibendus ut mater geminos internoscet consuetudine oculorum. Sic tu internosces si assueueris: uides ne ut in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus delirus fuisse complures saluis rebus illis qui gallinas alere per multas quæstus causa solerent. Hi cum ouum inspexerant: quæ id gallina peperisset dicere solebant. Neque id est contra nos: Nam nobis satis est oua illa non internoscere. Nihil enim magis assentiri potest hoc illud esse q̃ si inter illa omnino nihil interesset. habeo enim regulam ut talia uisa uera iudicem: qualia falsa esse non possint. Ab hac mihi non licet transuersum ut aiunt digitum discedere: ne confundam omnia. Veri etiam & falsi non modo cognitio: sed & natura tolletur: si nihil erit quod intersit. ut etiam illud absurdum sit quod interdum soletis dicere cum uisa in animos imprimuntur: non uos id dicere

inter ipsas impressiões nihil interesse. Sed inter species & quasdã formas earũ. quasi uero nõ specie uisa iudicẽtur: quæ fidem nullã habebunt sublata ueri & falsi nota. Illud uero perabsurdũ quod dicitis, probabilia uos sequi: si re nulla impediamini. primũ qui potestis nõ impediri: cũ a ueris falsa nõ distent: deinde quod iudiciũ est ueri cum sit cõmune falsi. Ex his illa necessario nata est Epoche id est assensiõis retẽtio in qua melius sibi cõsistit Archesilas: si uera sũt quæ de Carneade nõnulli existimãt. Si. n. percipi nihil potest quod utriq; uisum est: tollẽdus assensus est. Quid. n. est tam futile q̃ quicq̃ approbare nõ cognitũ? Carneadem aũt etiam audiebamus solitũ esse delabi interdũ ut diceret opinaturũ: id est peccaturũ esse sapientẽ. Mihi porro non tam certũ est esse aliquid quod cõprehẽdi possit: de quo nimium etiam diu disputo q̃ sapientẽ nihil opinari. i. nunq̃ assentiri rei uel falsæ uel incognitæ. Restat illud quod dicũt uersi inueniendi causa contra omnia dici oportere & pro oĩbus. uolo igitur uidere qd inuenerint. Nõ solemus inquit ostendere quæ sunt tandẽ ista mysteria: aut cur celatis quasi turpe aliqd sententiã uestrã? Vt qui audient inquit ratiõe potius q̃ auctoritate ducãtur. Quid si utrũq; num peius est: unũ tñ illud nõ celant: nisi esse quod percipi possit. An eo auctoritas nihil obest? Mihi qdem uidetur uel plurimũ. quis. n. statam aperte perspicueq; & peruersa & falsa secutus eẽt: nisi tanta in Archesila: multo etiã maior in Carneade & copia rerũ & dicendi uis fuisset? Hæc Antiochus fere & Alexãdriæ. tum & multis annis post: multo ẽt asseuerãtius in Syria cum esset mecũ paulo anteq̃ esset mortuus. Sed cum iam cõfirmata causa te hoiem amicissimum: me autẽ appellabat & aliquot annis minorẽ natu: nõ dubito monere. Tu ne cum tantis laudibus philosophiã extuleris: Hortensiũq; nostrũ dissentientẽ cõmoueris eã philosophiam sequere quæ cõfundit uera cũ falsis: spoliat nos iudicio. priuat approbatiõe? omnibus orbat sensibus? & cimeriis quidẽ quibus aspectũ solis siue deus aliquis: siue natura ademerat: siue eius loci quẽ incolebant situs ignes tamẽ aderant: quorũ illis uti lumine licebat. Isti aũt quos tu probas tantis offusis tenebris: ne sint illã quidẽ nullã nobis ad aspiciendũ reliquerunt: quos si sequamur his uinculis simus astricti: ut nos mouere nequeamus sublata n. assensione oẽm & motum animorum & actionẽ rerũ sustulerũt: quod nõ modo recte fieri: sed oĩo fieri non potest. prouideẽt ne uni tibi istã sententiam minime liceat defendere. An tu cum res occultissimas aperueris: i lucéq; protuleris: iuratusq; dixeris ea te cõperisse. quod mihi quoq; licebat: qui ex te illa cognouerã: negabis esse rem ullã quæ cognosci: cõpræhendi percipi possit? Vide quæso etiã ne illa uerũ quoq; pulcherrimũ a teipso minuatur auctoritas. Quæ cũ dixisset ille: finẽ fecit. Hortẽsius aũt uehementer admirãs quod qdem perpetuo Lucullo loquente fecerat: ut ẽt manus sæpe tolleret, nec mirum: nam nunq̃ arbitror cõtra Academiã dictũ esse subtilius: me quoq; iocans ne an ita sentiens: nõ enim satis intelligebam: cœpit hortari: ut sententia desisterẽ. Tũ mihi Catulus. si te inquit Luculli oratio flexit: quæ ẽ habita memoriter: accurate: copiose: taceo. neq; te quo minus si tibi ita uideatur: sententiam mutes: deterendum puto. Illud uero non censuerim eius auctoritate moueare. Tantũ enim te non modo monuit inquit arridens: ut caueres ne quis improbus trib. pl. quorũ uides quanta copia semp futura sit: arriperet te: & inquireret q tibi constares. Cũ idẽ negares quicq̃ certi posse repiri: itẽ te cõperisse dixisses: Hoc quæso caue ne te terreat de causa aũt ista malim te quidẽ ab hoc dissentire. Sin cesseris: nõ magnope mirabor. Memini. n. anthiocũ ipsũ cũ annos multos talia sensisset: simulac uisũ sit sua destitisse Hæc cũ dixisset Catulus: me oẽs intueri: Tũ ego

nō minus cōmotus q̄ soleo in causis maioribus. huiusmodi quadam oratione sum exorsus. Me Catule oratio Luculli de ipsa re ita mouit ut docti hois & copiosi & parati & nihil prætereūtis eorū: quæ de illa causa dici possent: non tamen ut ei respondere posse diffiderē. Auctoritas aūt tanta plane me mouebat: nisi tu opposuisses nomen tuam. Aggrediar igitur si pauca ante quasi de fama mea dixero. Ego. n. si aut oīs tatione aliqua adductus: aut studio certandi: ad hanc potissimum philosophiam me applicaui: nō modo stultitiā meā: sed etiā mores & naturā cōdemnandā puto. Nam si minimis rebus ꝑtinacia reprehēditur: calumnia ēt cohercetur. Ergo de omni statu consilioq; totius uitæ aut certare cū aliis pugnaciter: aut frustrari cū alios: tum etiā meipsum uelim. Itaq; uelim nisi ineptū putarē in tali disputatōe id facere quod cū de R. P. disceptatur: fieri interdū solet. Iurarē per Iouē deosq; penates me & ardere studio ueri repiendi: & ea sentire quæ dicerē. Q ui. n. possū non cupere uerum inuenire cum gaudeā si simile ueri quid inuenerim: Sed ut hoc pulcherrimū iudicē esse uera uidere sic pro ueris ꝓbare falsa turpissimū est. Nec tñ ego is sum: qui nihil unq̄ falsi approbē. qui nunq̄ assentiar: q nihil opiner. Sed quærimus de sapiēte. ego uero ipse & magnus quidē sum opinator. Non. n. sum sapiens: & meas cogitationes sic dirigo nō ad illā paruulā cynosurā: qua fidūt duce nocturna phœnices in alto ut ait Arat? eoq; directius gubernāt q; eam tenēt quæ cursu interiore breui cōuehitur orbe. Sed ad Elicem & clarissimos septētriones id est rationes hac latiore specie nō ad tenue elimatas. Eo fit ut errem & uager latius. sed nō de me ut dixi: sed de sapiente quæritur. Visa enim ista cum acriter mentē sensū ne pepulerint: accipio: hisq; interdū assentior: nec ꝑcipio tamen. Nihil. n. arbitror posse ꝑcipi. Nō sum sapiens. itaq; uisis cedo: neq; possum resistere. sapiētis aūt hanc censet Archesilas uim esse maximā Zenoni assentiens: cauere ne capiatur: ne fallatur uidere. Nihil est. n. ab ea cogitatione quā habemus de grauitate sapiētis: errore: leuitate: temeritate disiunctus. quid igitur loquar firmitate sapientis: quā quidē nihil opinari tu quoq; Luculle cōcedis. quod quoniā a te ꝓbatur ut præpostere recū agam: Mox referā me ad ordinē. Hæc primū cōclusio quā habeat uim: cōsidera. Si ulli rei sapiēs assentietur unq̄: aliquādo etiā opinabitur. nunq̄ aūt opinabit nulli igit rei assentiet. hanc cōclusionē Archesilas ꝓbat: cōfirmabat. n. primū & secundū: Carneades non nunq̄ secundū illud dabat assentiri: aliquādo id assequebatur ēt opinari quæ tu nō uis & recte: ut mihi uideris. Sed illud primū sapientē si assensurus esset: ēt opinaturū falsum esse & Stoici dicunt & eorū ad stipulator Antiochus. posse. n. eū falsa a ueris & quæ non possint ꝑcipi ab his quæ possint distinguere. Nobis aūt primū etiam si quid ꝑcipi possit: tamē ipsa cōsuetudo assentiendi periculosa esse uidetur & lubrica. Q uāobrē cū tam uitiosum esse cōstet assentiri quicq̄: aut falsum aut incognitū: sustinēda est potius ois assensio ne præcipitet: si temere ꝓcesserit. Ita. n. finitima sunt falsa ueris: ea quæ ꝑcipi possunt: Si modo ea sūt quædam: Iam. n. uidebimus: ut tñ in præcipitem locū non debeat se sapiens cōmittere. Sin aūr oio nihil esse quod percipi possit a me sumpsero: & quod tu mihi das accepero: sapientem nihil opinari effectū illud erit: sapientem assensus omnes cohibiturū ut uidendum tibi sit id ne malis: an aliquid opinaturum esse sapientem. Neutrum inquies illorum. Nitamur igitur nihil posse percipi: etenim de eo omnis est controuersia. Sed prius pauca cum Antiocho: qui hæc ipsa: quæ a me defenduntur: & didicit apud Phylonem tam diu: ut constaret diutius dixisse neminem: & scripsit de his rebus acurissime. & idem hoc ut acrius accusauit in senectute quam antea

defensitauerat. Q uãuis igitur fuerit acutus ut fuit: tamẽ incõstantia leuatur auctoritas. Q uis inq̃.n. iste dies illuxerit quæro: qui illi ostẽderit eam quã multos annos esse non cogitauisset ueri & falsi notã. Excogitauit aliquid. eadẽ dicit quæ Stoici. pœnituit eum illa sensisse. Cur nõ se trãstulit ad alios & maxime ad Stoicos? eorũ.n. erat propria ista defensio. Q uid eũ Mnesarchi pœnitebat? Q uid Dardani? qui erãt Athenis tum principes Stoicorũ. Nunq̃ a Phylone discessit: nisi posteaq̃ ipse cœpit qui se audirent habere. V nde aũt subito uetus Academia reuocata est? nois dignitatem uidetur cum a re ipsa descisceret: retinere uoluisse: q, erãt qui illud gloriæ causa fecerũt sperare etiam fore ut hi qui sequerentur: Anthiochi uocarentur. Mihi autem magis uidetur nõ potuisse sustinere concursum oĩum philosophorũ. Etenim de cæteris sunt inter illos nõ nulla cõmunia. hæc Academicorũ est una sentẽtia: quã reliquorũ philosophorũ nemo probet. Itaq; cessit. ut enim hi qui sub nubes solem nõ ferunt. Itẽ ille cũ æstuaret ueterũ ut mœniũ: sic Academicorũ umbram secutus est. Q uoq; solebat uti argumẽto tũ cum ei placebat nihil posse percipi: cũ quæreret Diõysius ille Heracleotes utrũ compræhendisset certa illa notaq; quæ affẽtiri dicitis oportere: illud ne quod multos annos tenuisset: Zenoniq; magistro credidisset honestũ quod esset. id bonũ solum esse: An quod postea defensitauisset: honesti inane nomẽ esse: uoluptatẽ esse summum bonum? qui ex illius cõmutata sentẽtia docere uellet nihil ita signari in animis nostris a uero posse quod nõ eodẽ modo possit a falso: is curauit quod argumẽtum ex Dionysio ipse sumpsisset: ex eo cæteri sumerent. Sed cum hæc alio loco plurima: nunc ad ea quæ a te Luculle dicta sũt: & primũ quæ initio dixisti: uideamus quale sit. Similiter a nobis de antiquis philosophis cõmemorari. at qui seditiosi solerent claros uiros sed tamen populares aliquos noĩare. illi cum res bonas tractent similes bonorũ uideri uolunt. Nos aũt dicimus ea nobis uideri quæ uosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse cõceditis. Anaxagoras niuem nigrã dixit esse: ferres me si ego idem dicerem? Tu ne si dubitarẽ quidem? At quis est nunc hic Sophistes. Sic.n. appellãtur hi qui ostẽtationis aut quæstus causa philosophãtur. Maxima fuit & grauitatis & ingenii gloria. Q uid loquar de Democrito? quẽ cũ eo cõferre possumus non modo ingenii magnitudie: sed etiã animi? qui sit ita ausus ordiri. Hæc loquor de uniuersis. nihil excipit: de quo nõ profiteatur. Q uid.n. potest esse extra uniuersa? Q uis hũc philosophorũ nõ anteponit Cleanti: Chrysippo reliquisq; inferioris ætatis? Q ui mihi cũ illo collati: Q uintæ classis uidẽtur: Atq; hic hoc nõ dicit quod nos: qui ueri esse aliq̃d nõ negamus percipi posse negamus. Ille uerũ esse plane negat. esse sensus quidẽ nõ obscuros dicit: nec tenebricosos: Sic.n. appellat eos qui hunc maxime est admiratus Chius Metrodorus initio libri qui est de natura. Nego inqt scire nos: scimus ne aliq̃d an nihil sciam ne id ipsum nescire aut scire: scire nos? nec oĩo sit ne aliq̃d an nihil sit? Furere tibi Empedocles uidetur: At mihi dignissimum rebus his de q̃bus loquitur sonum fundere. Nũ ergo is excæcat nos: aut orbat sensibus: si parũ magnã uim censet in his esse: ad ea quæ sub eos subiecta sunt iudicanda. Parmenides: Xenophanes minus bonis q̃q̃ uersibus: sed illis uersibus increpãt eorũ arrogantiã q̃si irati qui cũ sciri nihil possit: audeant se scire diceret: & ab his aiebat remouẽdũ Socratẽ & Platonẽ. Cur aũt de ullis certius possũ dicere? uixisse cũ his eq̃dẽ uideor: Ita multi sermões prædicti pscripti sũt: eq̃bus dubitari nõ possit qn Socrati nihil sit uisũ sciri posse: excepit unũ tm̃ scire se nihil se scire: nihil ãplius: Q uid dicã de Platõe: q certe iam multis libris hoc psecutus nõ eẽt: nisi ꝑbauisset. ironiã eni alterius ppetuã præsertim

nulla fuit ratio persequi. Videor ne tibi non ut Saturninus nominare modo illustres hoies: sed etiã imitari nunq̃ nisi clarum: nisi nobilem? At qui habebã molestos uobis: sed minutos Silibonẽ Diodorũ Alexinum: quorũ sunt contorta & aculeata quædam sophismata. Sic enim appellãtur fallaces cõclusiunculæ. Sed quid eos colligã: cum habeã Chrysippũ: qui fulcire putatur porticũ Stoicorũ? Q uãmulta ille cõtra sensus: q̃multa cõtra omnia quæ in cõsuetudine ꝓbantur: dissoluit. Idem quidẽ mihi nõ uidetur: sed dissoluerit sane. certe tã multa non collegisset: quæ nos fallerent ꝓbabilitate magna nisi uideret his resisti nõ facile posse. Q uid Cyrenei uidẽtur minime contẽti philosophi qui negãt esse quicq̃ quod ꝓcipi possit extrinsecus. ea se sola percipere: quæ tactu intimo sentiãt: ut dolorẽ & uoluptatẽ: neq; se quo qd colore aut quo sono scit scire: sed tantũ affici se quodãmodo. satis multa de auctoribus q̃q̃ ex me qnæsieras. Non ut putarẽ post illos ueteres tot sæculis iueniri uerũ potuisse tot ingeniis: tãtisq; studiis quærẽtibus: quid iuentũ sit paulopost uidero teipso quidã iudice Archesilã uero non obtrectãdi causa cũ Zenone pugnauisse: sed uerũ inuenire uoluisse: sic intelligitur. Nemo inq̃ sapiorũ nõ modo expresserat: sed ne dixerat quidẽ posse hominem nihil opinari nec solũ posse: sed ita necesse esse sapienti. uisa est Archesilæ cũ uera sentẽtia: tũ honesta & digna sapiẽte. quæsiuit de Zenone fortasse qd futurũ esset: si nec percipe quicq̃ posset sapiens: nec opinari sapiẽtis esset. Ille credo nihil opinatur quoniã esset quod ꝓcipi posset. Q uid ergo id esset? uisum credo. quale uisum? Tũ illum ita definisse ex eo quod esset sicut esset impræssum: & signatũ: & effectũ. Post requisitũ etiam nihil si eiusmodi esset uisum uerũ quale uel falsum Hic Zenonẽ uidisse acute nullũ esse uisum quod percipi posset: si id tale esset ab eo quod est: ut eiusmodi ab eo quod nõ est: posset esse. recte cõsensit Archesilas ad definitionẽ additũ: neq; enim falsum ꝓcipi posse: neq; uerũ si esset tale quale uerũ uel falsum: Incubuit aũt in eas disputationes ut doceret nullũ tale esse uisum a uero. ut non eiusmodi etiã a falso posset. Hæc est una cõtentio quæ adhuc pmanserit. nam illud nulli rei assensurũ esse sapientẽ nihil ad hanc controuersiã pertinebat. Licebat. n. ꝓcipere nihil. & tamen opinari quod a Carneade dicitur ꝓbatũ. Equidẽ Clitomacho plusq̃ Phyloni aut Metrodoro credẽs hoc magis ab eo disputatum: q̃ probatũ puto. Sed id omittamus. Illud certe opinatõe & ꝓceptõe sublata sequitur oĩum assensionũ retentio: ut si ostendere nihil posse ꝓcipi: tu cõcedas nihil assensurũ esse. Q uid ergo est quod ꝓcipi possit: si nõ sensus quidem uera nunciant? Et tu luculle omni loco defendis. Q uod ne istud facere posses: iccirco heri nõ necessario loco cõtra sensus multa dixeram: tu aũt te negas infracto remo neq; colũbæ collo cõmoueri. Primũ cur? nã & in remo sentio non esse id quod uideatur: & in colũba plures uideri colores nec esse plus uno. Deide nihil ne præterea diximus. Maneant illa oĩa. lacerat ista causa ueraces suos eẽ sensus dicit. Igitur semp auctorem habes. & eum qui magno suo ꝓculo causam agat. Eo. n. rem dimittit Epicurus: si unus sensus semel in uita mentitus sit: nulli unq̃ credendum esse: Hoc est uerum esse confidere suis testibus: & importune insistere. Itaq; Timagoras Epicureus negat si nunq̃ cũ oculũ torsisset: duas ex lucerna flãmulas esse uisas. Opinionis enim esse mendacium non oculorum: q̃si quæratur qd sit: non qd uideatur. Sic hic quidem maiorũ similis. Tu uero qui uisa sensibus alia uera dicas esse: alia falsa: qui ea distinguis? desine quæso cõmunibus locis. domi nobis ista nascuntur. Sin inqs deus te interroget sanis modo & integris sensibus: num amplius quid desideras qd respõdeas? utinã qdẽ roget audias q̃ nobisũ male agerent, Vt enim uera uideamus

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu UAM im. A. Mickiewicza

q̃ longe uidebimus. Ego catuli cumanã ex hoc loco regionẽ uideo: Pompeianũ non cerno. Neq; quicq̃ interiectũ est quod obstet. sed intẽdi acies longius nõ põt. O præclarũ prospectũ. puteolos uidemus ad familiarem nostrũ Auianũ forte esse in porticu neptunni ambulantẽ nõ uidemus. At ille nescio qui: qui in scolis numerari solet: mille & octingenta stadia q; abesset uidebat quasdã uolucres longius. Respondere igitur audacter isti uestro deo: me plane his oculis nõ esse contentũ. dicit me acrius uidere q̃ullos pisces fortasse qui neq; uidẽtur a nobis: & nũc q̃dẽ sub oculis sunt: neq; ipsi nos suspicere possunt. Ergo ut illis aqua sic nobis aer crassus offunditur. at amplius non desideramus. Quid talpã num desiderare lumẽ putas: neq; ea quæreret cum deo quod parũ lõge q̃ quod falsum uideret. Vides ne nauẽ illam: stare nobis uidetur. At is qui in naui sunt: moueri hæc uilla. Quære rationẽ cur ita uideatur: quã ut maxime inueneris: quod haud scio an nõ possis: nõ tu uerũ testẽ haberet: sed eum nõ sine causa falsum testimoniũ dicere ostẽderis. Quid ego de naue? Vidi. n. a te remũ cõtemni. maiora fortasse quæris. quid põt esse sole maius? quẽ mathematici amplius duo de uiginti partibus cõfirmãt maiorẽ esse q̃ terram. Quãtulus nobis uidetur mihi quidẽ quasi pedalis. Epicurus aũt posse putat etiã maiorẽ esse eum q̃ uidetur: sed nõ multo. Nec maiorẽ q̃dem multo putãt esse: uel tm̃ esse quãtus uideatur: ut oculi aut nõ multũ: aut nihil mentiãtur. Vbi igitur illud est semel? Sed ab hoc credulo: qui nunq̃ sẽsus mẽtiri putat: discedamus. qui ne nũc quidẽ cum ille sol qui tãta in citatione fertur: ut celeritas eius quanta sit ne cogitari quidem possit: cũ nobis stare uideatur. Sed ut minuã controuersiã. uidete quæso q̃ in paruulis sitis. Quattuor sunt capita quæ cõcludunt nihil esse quod noscí: pcipi: cõprehendi possit: de quo hæc tota quæstio est. E qbus primũ est esse aliquod uisum falsum. Secundũ nõ posse id pcipi. Tertiũ inter quæ uisa nihil intersit fieri non posse ut eorũ alia pcipi possint: talia nõ possint. Quartũ nullũ esse uisum uerum a sensu profectũ. cui nõ appositũ sit uisum aliud quod ab eo nihil intersit: quodq; pcipi nõ possit. horũ quattuor capitũ secũdum & tertiũ omnes cõcedũt. Primũ Epicurus nõ dat. uos quibus cũ res ẽ id quod conceditis. Omnis pugna de quarto est. Qui igitur. P. Seruiliũ Geminũ uidebat: si Quintũ se uidere putabat: incidebat in huiusmodi uisum: quod percipi nõ posset: quia nulla nota uerũ distinguebat a falso: quia distinctõe sublata quã haberet in. C. Cotta: qui bis cũ Gemino cõsul fuit: agnoscẽdo eiusmodi notã quæ falsa esse nõ possit. Negas tantã similitudinẽ in rerũ natura esse: pugnas oĩo: sed cum aduersario facili. ne sit sane. uidere certe potest fallet igitur sensũ: & si una fefellerit similitudo: dubia oĩa reddiderit. Sublato. n. iudicio illo quo oportet agnosci: etiã si ipse erit quẽ uideris qui tibi uidebit: tñ nõ ea nota iudicabis: qua dicis oportere ut nõ possit eẽ eiusmodi falsa. Quãdo igit põt tibi. P. Geminus Quintus uideri: qd habes exploratũ. Cur nõ possit tibi Cotta uideri qui nõ sit: quoniã aliq̃d uidetur esse quod nõ est. Oĩa dicis sui generis esse nihil esse idẽ quod si aliud. Stoicũ est quidẽ nec admodũ credibile: nullũ esse pilum oĩbus rebus talẽ qualis sit pilus alius: nullũ granũ. hęc refelli possunt sed pugnare nolo. ad id. n. quod agitur nihil itereſt oĩbus ne partibus uisa res nihil differat. an iternosci nõ possit: etiã si differat. Sed si hoĩum similitudo tanta esse nõ potest ne signorũ quidem? Dic mihi Lysippus eodẽ ære: eadẽ tempatõe eodẽ cælo: aqua cæteris oĩbus certũ Alexãdrum eiusdẽ modi facere nõ posset? Qua igit notio ne discerneres? Quid si in eiusmodi causa centũ sigilla hoc annulo impressero. Ecq; poterit in agnoscendo esse distinctio? An tibi erit quærẽdus annularius aliquis: quo

niã gallinariũ iueniſti deliacũ illũ q̃ oua cognoſceret? Sed adhibes artẽ aduocatã etiã ſenſibus. pictor uidet q̃ nos nõ uidemus. Et ſimul inflauit tibicen: a pito carmẽ agnoſcit. Q ui hoc nõne uidet cõtra te ualere ſi ſine magnis artificiis ad q̃ pauci accedũt: noſtris q̃dẽ generis admodũ nec uidere nec audire poſſumus. Iã illa p̃clara quãto artificio eẽt ſenſus nr̃os mẽtẽq; & totã cõſtructionẽ hois fabricata natura. cur nõ extimeſcã opinãdi temeritatẽ: Etiã ne hoc affirmare potes Luculle eẽ aliquã uim cũ prudẽtia & cõſilio. ſ. q̃ finxerit uel ut tuo uerbo utar: quæ fabricata ſit hoiem? Q ualis iſta fabrica ẽ? ubi adhibita ẽ? Q uãdo cur? Q uomõ. tractant? iſta ingẽioſe. diſputãtur etiã elegãter. Deniq; uideãtur ſane: ne affirmentur mõ. Sed de Phiſicis mox: & q̃dẽ ob eã cauſã ne u q̃ idẽ me facturũ paulo ante dixeris: uideare mẽtiũ. Sed ut ad ea q̃ clariora ſunt ueniã: res iã uniuerſas ꝑfundã: de q̃bus uolumia inpleta ſũt nõ a noſtris ſolũ: Sed ẽt a Cryſippo: de quo quæri ſolet Stoici: dum ſtudioſe oia cõquæſierit: cõtra ſenſus & ſpicuitatẽ: cõtraq; oẽm cõſuetudinẽ: cõtraq; rationẽ ipſũ ſibi reſpõdentẽ in ſeriorẽ fuiſſe. Itaq; ab eo armatũ eẽ Carneadẽ. Ea ſunt eiuſmodi quæ a te diligẽtiſſime tractata ſunt. dormientiũ & uinolẽtorũ & furioſorũ uiſa ibecilliora eſſe dicebas q̃ uigilantiũ: ſicorũ: ſanorũ. Q uomõ qa cũ exprectus eſſet Ennius non diceret ſe uidiſſe Homerũ ſed uiſũ eſſe: Alcneo aũt: Sed mihi ne utriq; cor cõſentit. ſimilia de uinolẽtis q̃ſi quiſq̃ neget & q exprectus ſit eũ ſõniare: & cuius furor cõſederit: putare non fuiſſe ea uera q̃ eẽnt ſibi uiſa in furore. Sed nõ id agit: tũ cũ uideãtur. quomõ uidentur id quæritur. niſi uero Enniũ nõ putamus ita totũ illd audiuiſſe: O pietas animi ſi mõ id ſõniauit: ut ſi uigilãs audiret: Exprectus enĩ potuit illa uiſa putare ut erant: & ſomnia dormiẽti nõ equæ ac uigilãti ꝑbãtur. Q uid Iliona ſõno illo? mater te appello. Nõne illa credit filiũ locutũ: ut uere exprecta etiã credere. Vñ. n. illa? Age adſta: mane: audi itera dũ eadẽ: & iſta mihi: nũ uidet? minorẽ habere uiſis quã uigilantis fidẽ? Q uid loquar de iſanis? Q ualis tandẽ fuit affinis tuus Catule Tutidanus? q̃ſq̃ ſaniſſimus tam certa putat quæ uidet: q̃ is putabat q̃ uidebãtur? Q uid ille q Video: te uiuũ Vlyxes dũ dicit. nõne etiã bis ſe exclamauit uidere cũ oio non uideret. Q uid apud Euripidẽ Hercules cũ ut Euriſtei filios ita ſuos cõfigebat ſagittis: cũ uxore iterimebat: cũ cõabat? etiã patrẽ nõ ꝓinde mouebat? falſis ut ueris moueretur? Q ipſe Alcmeo tuus: q̃ negat cor ſibi cũ oculis cõſẽtire. Nõne ibidẽ icitato furore: uñ hæc flãma orit? Et illa deinceps: Incede: icede adſũt me ne expetunt. Q uid cũ uirginis fidẽ inplorat? Fer mi auxiliũ: peſtẽ abige a me flãmiferã: hãc uim q̃ me excrutiat. Ceruleæ icinclæ igni ice dũt: circũſtãt cũ ardẽtibus tædis. Nõ dubitas ꝙn ſibi hæc uidere uideat? Itẽq; cætera Intendit crinitus Apollo arcũ auratũ Luna inixus. Diana facẽ iacit a leua. Q ui magis hoc crederet ſi eẽnt: q̃ credebat. quia uidebant. Apparet enĩ iã cor cũ oculis cõſentire: Oia aũt hæc ꝓferũtur: ut illud efficiat: quo certius nihil põt eſſe: iter uiſa uera & falſa ad animi aſſenſũ nihil itereſſe. Vos aũt nihil agitis cũ illa falſa uel furioſorũ uel ſõniantiũ recordatione ipſorũ refellitis. Non enĩ id quærit? q̃lis recordatio fieri ſoleat eorũ qui exprecti ſũt: aut eorũ q furere deſtiterit. Sed q̃lis uiſio fuerit aut furẽtiũ aut ſomniãtiũ tũ cũ cõmouebãtur. Sed ab eo a ſenſibus. q̃d c̃ q̃d rõnẽ ꝓcipi poſſit? Dialectica inuentã eẽ dicitis ueri & falſi: q̃ſi diſceptatricẽ & iudicẽ. Cuius ueri & falſi? & iq̃re? In geometria: ne q̃d ſit uerũ uel falſũ. Dialecticus iudicabit? an in lr̃is? an imuſicis At ea nõ nouit. In philoſophia: igit? ſol q̃tus ſit? q̃d ad illũ? quod ſit ſũmũ bonũ? q̃d habet ut queat iudicare? Q uæ cõiũctio? Q uid diſiunctio uera ſit: quid ambigue dictũ ſit: q̃d ſequat? quãq; rẽ: q̃d repugnet. Si hæc & horũ ſimillima iudicat: de ſeipſa iudi-

cat. plus aũt pollicebaꝫ. Nã hæc qdẽ iudicare ad cæteras res q̃ sũt ĩ philosophia multæ atq; magnæ nõ ẽ satis. Sed quoniã tãtũ in ea arte ponitis: uidete ne cõtra uos tota nata sit. Q uæ prio ꝓgressu festiue tradit elemẽta loquẽdi & ambiguorũ intelligẽtiã cõcludẽdiq; rationẽ: tũ paucis additis uenit a soritas lubricũ sane & ꝑiculosũ locũ: qd̃ tu modo dicebas eẽ uitiosũ iterrogãdi genus. Q uid ergo ĩstius uitii nũ nr̃a culpa ẽ? Rerũ natura nullã nobis dedit cognitionẽ finiẽ: ut ulla in re statuere possimus quatenus ne hoc ĩ aceruo tritici solũ unde nomẽ est. Sed nulla oĩo in re minutatim interrogãti diues: paup: clarus. obscurus sit: multa: pauca: magna parua: lõga breuia lata: an gusta quãta: aut addito aut dẽpto certũ respõdeamus nõ habemus. at uitiosi fũt fori tæ. frãgite igit᷑ eos si potestis ne molesti sint. Erũt. n. nisi caueatis. Cautũ est inqt. placet enĩ Chrysippo cũ gradatim iterroget᷑ uerbi cã: tria pauca sint: an ne multa? aliq̃to priusq̃ ad multa ꝓueniat qescere. i. qd̃ ab his dicit᷑ efficazin. ꝓme uel stertas: licet iquit Carneades. nõ mõ quiescas: Sed qd ꝓficit? Seqtur enĩ qui te ex sõno excitet: & eodẽ mõ iterroget qd̃ in nũero cõticuisti. Si ad eum numerũ unũ addidero: multa nõ erũt? ꝓgrediar rursus quoad uidebit᷑. qd plura? hoc ei fateris: neq; ultimũ te paucorũ. neq; primũ multorũ respõdere posse: Cuius generis error ita manat nõ ut uideam quo nõ possit accedere. Nihil me lædit iqt: Ego enĩ ut agitaror callidus priusq̃ ad finẽ ueniã: equos sustinebo: eoq; magis si locus is quo ferẽtur equi ꝓceps erit. Sic me iquit ante sustineo. nec diutius captiose interrogãti respõdebo. Si habes qd̃ liqueat: neq; respondes. supbi. Si nõ habes: ne tu quidẽ ꝓspicis: qa obscura cõcedo. Sed negas te usq; ad obscura ꝓgredi. Illustribus igit᷑ rebus ĩsistis: si id tantũmõ ut taceas: nihil assequeris Q uid enĩ ad illũ q te captare uult: utrũ tacẽtẽ irretiat te: an loquẽtẽ. Sin aũt usq; ad nouẽ uerbi gr̃a: sine dubitatiõe respõdes pauca eẽ: ĩ decimo: ĩsistis etiã a certis & illustrioribus cohibes assensũ: hoc idẽ me in obscuris facere nõ sinis. Nihil igit᷑ te contra Soritas ars ista adiuuat qd̃ nec augẽdi nec minuendi qd aut primũ sit: aut postremũ: docet. Q uid qd̃ eadẽ illa ars quasi Penelope tela retexẽs tollit ad extremũ superiora? utrũ ne uestra ea: an nostra culpa est? Nẽpe fundamẽtũ dialectice ẽ quo qd enũciet᷑? Id aũt appellãt axioma: qd̃ ẽ quasi effatũ: aut uerũ esse aut falsũ. Q uid igit᷑ hæc uera aut falsa sit? si te mẽtiri dicis. Idq; uerũ dicis: mẽtiris: uerũ dicis. hæc. s. inexplicabilia esse dicitis qd̃ ẽ odiosius: q̃ illa quæ nos nõ cõprehensa & nõ ꝓcepta dicimus sed hæc omitto: Illud q̃to si ista explicari nõ possũt: nec eorũ ullũ iudiciũ iuenitur: ut respõdere possitis uera ne an falsa sint. Vbi ẽ illa definito: effectũ eẽ id qd̃ aut uerũ aut falsũ sit rebus sũptis adiũgã ex his sequẽdas esse alias ĩprobãdas: quæ sũt in genere cõtrario. Q uomõ igit᷑ hoc cõclusũ esse iudicas si dicis nũc lucere: & uerũ dicis: lucet igit᷑ ꝓbatis certe genus & rectissim ecõclusũ dicitis. Itaq; in docẽdo eũ primũ cõcludẽdi modũ traditis: aut quicqd igit᷑ eodẽ mõ cõcluditur ꝓbatis: aut resista nulla ẽ. Video ergo hãc cõclusionẽ ꝓbaturus ne sis: si dicis te mẽtiri: uerũq; dicis: mẽtiris igit᷑. Q ui põt hanc ꝓbare cũ ꝓbaueris eiusdẽ generis supiorẽ? Hæc Chrysippea sunt: ne ab eo quidem dissoluta. Q uid enĩ faceret huic cõclusioni: si lucet lucet. lucet igit᷑ lucet aũt Crederet. s. ipa enĩ ratio cõnexi cũ cõcesseris supius cogit iferius cõcedere. Q uid igit᷑ hoc ab hac cõclusiõe differt? Si mẽtiris: mẽtiris: mentiris: aut. mẽtiris igit᷑? hoc negas te posse nec approbare nec ĩprobar̃. Q uid igit᷑ magis illud? si ars: si ratio: si uia: si uis deniq; cõclusionis ualet eadem est ĩ utroq;: sed hoc extremũ eorũ est. Postulant ut excipiãt᷑ hęc ĩexplicabilia. Tribunũ aliquẽ cẽseo adeãt: a me istã exceptiõem nũq̃ ĩpetrabũt. Eteni cũ ab epicuro ꝯ totã Dialecticã: & cõtẽnit: & irridet ñ ĩpetrẽt: ut uerũ esse

cõcedat quod ita effabimur: aut uiuet cras Hermarchus, aut nõ uiuet: cũ dialectici sic statuãt: oẽ quod ita disiunctũ sit: quasi aut etiã: aut nõ: nõ modo uerũ esse: sed etiã necessariũ. Vide q̃ sit cautus is quẽ isti tardũ putãt. Si enim iquit alterutrũ cõcesseris necessariũ esse necesse erit cras Hermarchũ uiuere: aut nõ niuere. Nulla aũt est in natura rerũ talis necessitas. Cũ hic igr̃ dialectici pugnent, i. Antiochus & Stoici: tãtã enim euertit dialecticã. Nã si e cõtrariis disiũctio: cõtraria ãt ea dico cũ alterũ aiat: alterũ neget: Si talis disiũctio falsa põt eẽ: nulla uera est. Mecũ uero quid habẽt litiũ: qui ipsorum disciplinã sequor? Cũ aliquid huiusmodi iciderat: sicq; cõcludere Carneades solebat. Si recte cõclusit; teneo. Sint uitiose minã Diogeni reddet: ab eo enim Stoico dialecticã didicerat. hæc aũt merces erat dialecticorũ. sequor igit̃ eas uias quas didici ab Antiocho. nec repio qũo iudicẽ: si lucet: lucet uerũ esse ob eã causã q; ita didici: omne quod ipsũ ex se cõnexũ: sit uerũ esse. nõ iudicẽ: si mentiris: mentiris eodem mõ esse cõnexũ. Aut igit̃ hoc & illud: aut nisi hoc ne illud quidẽ iudicabo. Sed ut oẽs istos aculeos & totũ tortuosum genus disputãdi relinquamus: ostẽdamusq; qui simus iã explicata tota Carneadis sententia: Antiochi istacorruẽt uniuersa. Nec uero quicq̃ ita dicã ut quisq̃ id fingi suspicet̃: a Clitõacho sumã: qui usq; ad senectutẽ cũ Carneade fuit homo & acutus ut pœnus: & ualde studiosus ac diligẽs: & quatuor eius libri sunt de sustinẽdis assensiõibus. Hæc aũt quæ iã dicã: sunt sũpta de prio: Duo placet esse Carneadi genera uisorũ: In uno hãc diuisionẽ: Alia uisa esse quæ ꝓcipi possint: alia quæ nõ possint. In altero aũt alia uisa esse ꝓbabilia: alia nõ ꝓbabilia. Itaq; quæ cõtra sẽsus: cõtraq; pspicuitatẽ dicant̃: ea ptinere ad supiorem diuisionẽ. cõtra posteriorẽ nihil dici oportere. quare ita placere tale uisũ nullũ esse ut ꝓceptio sequeret̃. Vt autẽ probatio multa. & enim cõtra naturã esse: ꝓbabile nihil esset. Sequit̃ oĩs uitæ ea quã tu Lucille cõmemorabas euersio. Itaq; & sẽsibus ꝓbãda multa sunt. Teneat̃ modo illud nõ inesse in his quicq̃ tale: quale nõ etiã falsum nihil ab eo differẽs eẽ possit. Sic quicq; d acciderit specie ꝓbabile simul se offeret: quod sit ꝓbabilitati illi cõtrariũ utetur eo sapiẽs: ac si oĩs ratio uitæ gubernabit̃: & enim is quoq; qui a nobis inducit̃: multa sequit̃ ꝓbabilia: nõ cõprehẽsa: neq; ꝓcepta: neq; assẽsa. Sod similia uerí quæ nisi probet: oĩs uita tollat̃. Quid enim cõscendẽs nauem sapiẽs num cõprehẽsum aio habet atq; ꝓceptum: se ex sententia nauigaturũ? Quid põt? sed si iam ex hoc loco ꝓficiscatur Puteolos stadia trigita ꝓbo nauigio: bono gubernatore ac trãquillitate: ꝓbabile uideatur: se illuc uẽturũ esse saluũ. huiusmodi igitur uisis cõsilia capiet agẽdi: & nõ agẽdi. faciliorq; erit: ut albã esse niuẽ ꝓbet: qua erat Anaxogoras: quid id non mõ ita esse negabat: Sed sibi quia sciret aquã nigrã esse: unde illa cõgregata eẽ: albã ipsam esse neuideri quidẽ & quæcũq; res eũ sit attinget ut sit uisum illud ꝓbabile: neq; ulla re impeditũ mouebit̃. Non enim est e saxo sculptus aut ebore dolatus habet corpus: habet animũ: mouetur mẽre: mouet̃ sensibus. ut ei uera multa uideant̃. Neq; tñ habere insignem & illã propriã ꝓcipiẽdi notã: eoq; sapientẽ nõ assentiri: quia possit eiusmodi existere falsum aliq d̃ cuiusmodi hoc uerũ: Neq; nos contra sẽsus aliter dicimus ac Stoici. qui multa falsa esse dicũt: longeq; aliter se habere a sensibus uideant̃. Hoc aũt si ita sit ut unũ modo sensibus uideat̃ præsto est qui neget rem ullã ꝓcipi posse sẽsibus. Ita nobis tacẽtibus ex uno Epicuri capite altero uestro ꝓceptio & comꝓhensio tollitur? Quod caput Epicuri? Si ullũ sensibus uisum est falsum. nihil potest ꝓcipi. Quod uestrũ? sunt falsa sensus uisa. qd sequit̃ ut taceã cõclusio ita loqt̃ nihil ꝓcipi posse: Non concedo inqt Epicuro certa igitur cũ illo q; a te totus diuersus eẽ. Nolim mecũ. qui hoc

quidē certe falsi esse aliq̄d in sensibus tibi assen ior: q̄q̄ nihil mihi tā mirū uidetur: q̄ ista dici ab Antiocho quidē maxie: cui erāt: quæ paulo ante dixi: notissima: Licet enī hæc quiuis arbitratu suo reprehendat. qđ negemus rem ullā p̄cipi posse. certe leuior est repræhēsio. Q uod tñ dicimus esse quædā p̄babilia: nō uidet hoc satis esse uobis ne sint. illa certe debemus effugere. quæ a te uel maxie agitata sūt. Nihil igit cernis nihil audis: nihil tibi est p̄spicuū. Explicaui paulo ante Clitomacho auctore qūo ista Carneades diceret: Accipe quemadmodū eadē dicātur a Clitomacho i eo libro: quē ad. C. Lucillū scripsit poetā cū scripsisset eisdē de rebus ad. L. censorinū. qui cōsul cū M. Manilio fuit. scripsit igit his fere uerbis. Sunt. n. mihi nota p̄pterea q̄ earū ipsarum rerū de q̄bus agimus primo istitutio & quasi disciplina illo libro cōtinetur. Sed scriptū ē ita Academicis placere esse rerū eiusmodi similitudines: ut aliæ p̄babiles uideāt aliæ cōtra. Id aūt nō est satis cur alia p̄cipi posse dicas alia nō posse. p̄pterea p̄babilia q̄ multa falsa sint. Nihil aūt falsi p̄ceptū & cognitū possit ee. Iraq̄ ait uehemē ter errare eos qui dicant ab Academia sensus eripi: a q̄bus nō nunq̄ dictū sit. aut colorem: aut saporē: aut nullū sonū esse. Illud sit disputatū non ineſſe in his p̄priam: quæ nusq̄ alibi eēt ueri & certi notā. Q uæ cū exposuisset: adiūgit dupliciter dici assensus sustinere sapientē. uno mō cū hoc intelligat oīo cum rei nulli assentiri. alterū cū se a respōdendo: ut aut approbet: aut īprobet qd sustineat: ut neq̄ neget aliq̄d neq̄ aiat. Id cū ita sit placere alterū ut nunq̄ assentiat: altetū tenere ut sequēs probabilitatem Vbicūq̄ hæc aut occurrat: aut deficiat: aut etiā aut respōdere nō possit: ne ut placeat eū qui de oībus rebus cōtineat se ab assentiēdo moueri tamē & agere aliq̄d: reliqnit eiusmodi uisa: q̄bus ad actionē excitemur. Itē eaq̄ interrogāti in utrāq̄ partē respōdere possumus. Sequētes tantūmodo quod ita uisum sit dū sine assensu nequeant: tum oīa eiusmodi uisa approbari: sed ea quæ nulla re impedirētur. Hæc si uobis non p̄bamus sint falsa: sane: inuidiosa certe nō sūt. Nō eius lucē eripimus: sed ea quæ uos p̄cipi: cōprehēdiq̄ eadē nos si modo p̄babilia sint: uideri dicimus. Sic igitur inducta & constituta p̄babilia: & equidē expedito soluto libero nulla re iplicato. Vides p̄fecto Luculle iacere iam illud tuū p̄spicuitatis patrociniū. Isdē enim hic sapiēs de quo loquor oculis quibus iste uester cælū: terrā: mare ituebit: eisdē sensibus reliqua quæ sub quēq̄ sensum cadūt sentiet. mare illud quod nūc fauonio nascente purpureū uidetur: idē huic nostro uidebit. Nec tñ assentietur quia nobismetipsis modo ceruleū uidebātur: mane flauū: quodq̄ nūc quia a sole collucet albescit & uibrat: dissimileq̄ est p̄xīmo ei cōtinenti: ut etiā si possis rationē reddere cur id ueniat tñ nō possit id uerum esse quod uidebatur oculis defendere. Vnde memoria si nihil p̄cipimus: Sic enī quærebas. Q uid meminisse uisa nisi comprehensa non possumus: qđ Polyenus: qui magnus mathematicus fuisse dicitur: Is postea q̄ Epicuro assentiens totā Geometriā esse falsam credidit. Vnde illa etiā quæ sciebat oblitus est. Atqui falsum quidē id p̄cipi nō potest ut nobismetipsis placet. Si igit memoria perceptarū cōprehensarūq̄ rērū est: oīa quæ quisq̄ meminit: habet ea cōprehēsa: atq̄ p̄cepta. falsi autē cōprehēdi nihil potest. & oīa meminit Scyron Epicuri dogmata. Vera igitur illa sunt nunc oīa: hoc p̄ me licet. sed tibi aut cōcedendū est ita esse q̄ minime uis: aut memoriā mihi remittas oportet & facilē esse ei locū: etiā si cōprehensio: p̄ceptioq̄ nulla sit. quid fiet artibus: q̄bus: his ne quæ ipsæ fatētur cōiectura se plus uti q̄ scientia. an his quæ tantū id quod uidet sequūtur: nec habent istā artē nostrā quæ uera & falsa diiudicet. Sed illa sunt lumia duo quæ maxime istā causā cōtinent. Primū enī negatis fieri posse ut

quiſq̃ nulli rei aſſentiat. Ad id quidē perſpicuū ē cū Panætius princeps prope meo qdē iudicio Stoicorū ea de re dubitare ſe dicat: quā oēs p̄ter eū Stoici certiſſimā putāt: uera ee aruſpicū auſpicia oracula ſomnia uaticinationes: ſeq; ab aſſenſu ſuſtineat quod is p̄ot facere: ut de his rebus quas illi a quibus ipe didicit, certas habueri: cur id ſapiēs de rebus reliqs facere nō poſſit. an eſt aliqd quo poſito uel iprobare uel approbare poſſit: dubitari nō poſſit: An tu i ſoritis poteris hæc cū uoles: ille in reliqs rebus nō poterit eodē mō iſiſtere p̄ſertim cū poſſit ſine aſſenſione ipſā ueri ſimilitudinē non impeditā ſequi. Alterū ē qd negatis actionē illius rei poſſe in eo ee: qui nullā rē aſſenſu ſuo cōprobet. Primū. n. uideri oportet in quo ſit ēt aſſenſus. Dicūt. n. Stoici ſenſus ipſos aſſenſus eſſe quos qm̃ appetitio cōſequat actionē ſeq: tolli aūt oia: ſi uiſa tollātur. Hac de re i utrāq; partem & dicta ſūt & ſcripta multa. uide ſupiora: ſed breui res p̄ot tota cōfici. Ego. n. & ſi maximā actiōem puto repugnare uiſis obſiſtere opinionibus: aſſenſu lubricos ſuſtinere: credoq; Clitomacho ita ſcribēti, Herculi quēdā laborem exanclatū a Carneade: q; ut ferā & imanē beluā ſic ex animis nr̄is aſſenſiōem. i. opinatōem & temeritatem extraxiſſet: tū ut ea pars defenſiōis relinquat: qd impedit actōem eius q̄ ꝓbabilia ſeqtur nulla re ipediente. Hoc ipſū inqt ipediret qd ſtatuet: ne id qdem qd ꝓbet poſſe p̄cipi. Nā iſtuc te quoq; ipediet & in nauigādo & in cōſerēdo: in uxore ducēda: in liberis ꝓcreandis: plurimiſq; in rebus: in qbus nihil ſeq̃re prę ter ꝓbabile. Et tñ iſtud inuſitatū & ſæpe repudiatū refers: nō ut Antipater ſed ut ais præſſius. Nā Antipatrū reph̄eſum qd diceret cōſentaneum eſſe ei q affirmaret nihil poſſe cōprehēdi: idip̄m ſaltē dicere poſſe cōprehēdi qd ipſum Antiocho pingue uidebat: & ſibi cōtrariū. Nō. n. p̄ot cōueniēter dici nihil cōprehendi poſſe: ſi quicq̃ cōprehendi poſſe dicat. Illo mō potius putat urgendū fuiſſe Carneadē cū ſapientis nullū decretū eſſe poſſit: niſi cōprehenſū: pceptū: cognitū: ut hoc ipſū decretū quod ſapientis eſſe nihil poſſe p̄cipi fateret eſſe pceptū, pinde quaſi ſapiēs nullū aliud decretū habeat & ſine decretis uitā agere nō poſſit. ſed ut ille habet ꝓbabilia nō pcepta: ſic hoc ipſū nihil poſſe p̄cipi. Nā ſi in hoc haberet cognitōis notā eadē uteret in cæteris: quā qm̃ nō habet utitur ꝓbabili. Itaq; nō meruit ne cōfundere oia uideatur & icerta reddere. Nō. n. quēadmodū ſi quæſitū ex eo ſit ſtellarū numerus: an par an ipar ſit: Item ſi de officio multiſq; aliis de rebus in qbus uerſat exercitatus neſcire ſe dicat. In incertis. n. nihil eſſe ꝓbabile. In qbus aūt eſt in his nō deerit ſapiēti neq; qd faciat neq; qd reſpōdeat. Ne illā qdem p̄termiſiſti Luculle repræhenſionem Antiochi. nec mirū: in primis. n. eſt nobilis qua ſolebat dicere Antiochus Philonem maxime cōturbatum. Cū. n. ſumeretur unū eſſe quædā falſa uiſa: Alterū nihil ea differre a ueris: nō attēdeſ ſupius illud ea re a ſe eſſe cōceſſū q; uideretur eſſe quædā in uiſis differētia: eā tolli altero quod neget uiſa a falſis uera differre: nihil tā repugnare. Id ita eēt ſi nos uerū oio tolleremus: nō facimus: nā tam uera q̄ falſa cernimus; Sed ꝓbādi ſpēs eſt: p̄cipiendi ſignū nullū habemus. At mihi uideor nimis ēt nunc agere ieiune. Cū ſit. n. campus i quo poſſit exultare oratio: cur eā in tātas angustias & in Stoicorū dumeta compelli mus. ſi. n. mihi cum pipathetico res eſſet: qd p̄cipi poſſe diceret qd impreſſū eſſet e uero: neq; adhiberet illā magnā acceſſiōem qūo imprimi nō poſſet a falſo cum ſimplici hoie ſimpliciter agerem: nec magnope contenderem. atq; etiā ſi cum ego nihil dicerē poſſe cōprehendi: diceret ille ſapientem interdū opinari nō repugnarē præſertim ne a Carneade qdem huic loco ualde repugnante. Nunc quidem facere poſſum. Quæro. n. quid ſit quod compræhendi poſſit: Reſpōdet mihi non Ariſtoteles aut Theo-

phrastus:aut nec Xenocrates quidē aut polemo:sed mihi minor: est tale uerū quale falsum esse nō possit.nihil eiusmodi inuenio.Itaq; in cognitione nimirū assentiar:id ē opinabor.Hoc mihi & peripatetici & uetus academia concedit:uos negatis. Antiochus in primis qui me ualde monet:uel quod amaui hoiem sicut ille me:uel quod ita iudico politissimū & acutissimū nostræ memoriæ philosophorū oīum a quo primū quæro quæ tādē modo sit eius Academiæ:cuius esse se ꝓfitēatur:ut omittā alia:hæc duo de qbus agitur quis unq̄ dixit:aut ueteris Academiæ aut peripathecorū: uel id solū percipi posse quod esset uerū tale:quale falsū esse nō posset uel sapientem nihil opinari?Certe nemo.horū neutrū ante zenonē magnope defensum est. Ego tamen utrūq; uerū puto:non dico tpis causa sed ita plane probo.Illud ferre non possum: tu cū me incognito assentiri uetes:idq; turpissimū esse dicas & plenissimū temeritatis: tantū tibi arroges:ut exponas disciplinā sapiētiæ;naturā rerū oīum euoluas: mores fingas:fines bonorū malorūq; constituas:officia describas:quā uitā ingrediar definias:Idēq; etiam disputādi & intelligēdi iudiciū:dicas te & artificiū traditurū ꝓficies: Vt ego ista innumerabilia cōplectēs nusq̄ labar.nihil opiner?Q uæ tandē ea est disciplina ad quā me ducas si ab hac abstraxeris?Vereor ne subarrogāter facias:si dixeris tuā.Atqui ita dicas necesse est:neq; nō tu solus sed ad suam quisq; rapiet.Age restitero peripatheticis:qui sibi cū oratoribus cognationē esse:qui claros uiros a se instructos dicant R.em.P.sæpe rexisse sustinuero Epicureos tot meos familiares tam bonos.tam iter se amātes uiros.Diodoro q dā Stoico.quē a puero audiui:qui mecū uiuit tot annos:qui habitat apud me:quē & admiror & diligo:qui ista Antiochea cō temnit.Nostra inquies sola uera sunt:certe sola si uera:plura.n.uera discrepantia eē non possunt.Vtrum igitur nos imprudētes qui labi uolumus:an illi arrogantes qui sibi psuaserint scire se solos oīa.Non me q dem inquit sed sapientē dico scire optime. Nēpe ista scire quæ sunt in tua disciplia.Hoc primū quale est a nō sapiēte explicari sapientē:Sed discedamus a nobismetipsis:de sapiēte loquamur:de quo ut sæpe iam dixi oīs hæc quæstio est. In tres igitur partes a plerisq; & a nobismetipsis distributa sapiētia est.primū ergo si placet quæ de natura rerū sint quæsita uideamus uelut illud a te est ne quisq̄ tanto inflatus errore ut sibi se illa scire ꝓfuaserit.Nō quæro rationes eas quæ ex cōiectura pendēt:quæ disputationibus huc illuc trahunt.nullā adhibēt persuadēdi necessitatē.Geometræ ꝓuideant qui se ꝓfitentur nō psuadere sed cogere:& quæ oīa quæ nobis describūt & ꝓbāt.Nō quæro ex his illa initia Mathematicorū:quibus cōcessis digitū progredi nō possunt:punctū esse quod nullā magnitudinē habeat.extremitatē:& quasi libramētū in quo nulla oīo crassitudo sit: liniamento sine ulla latitudine carentē:hæc cū uera esse cōcesserō:si adiiciamus iurādū sapiētem nec priusq̄ Archimedes eo inspectāte ratiōes oēs descripserit eas qbus efficitur multis partibus solē maiorē esse q̄ terram.iuraturū putas si ferrent solē ipsum quem deum esse cēset esse cōtempserit.Q uod si Geometricis rōnibus non est crediturus: quæ uim afferūt in docēdo uos ipsi ut dicitis:ne ille lōge aberit ut argumentis credat philosophorū.aut si est crediturus:quorū potissimū:oīa esse physicorum licet explicare.sed longū est:quæro cū sequat.finge aliquē nunc fieri sapientē nondū esse:qua potissimum snīa melius eliget disciplinā:& si quādoq; eliget insipiens eliget.Sed sit ingenio diuino,quē unū ex physicis potissimū probabitis nec plus uno poterit. Non prosequor infinitas tantū de principiis rerū:e quibus oīa cōstāt:uideamus quem ꝓbet.est enim inter magnos hoies summa dissensio. princeps Thales unus e septem

cui ſex reliquos cõſenſiſſe primos ferũt ex aqua dixit cõſtare oia. At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo nõ perſuaſit. Is enim infinitatem naturæ dixit eſſe e qua oia gignerẽtur: Poſt eius auditor Anaximenes infinitum aera: ſed ea quæ ex eo orirentur definita: gigni aũt terrã aquam & ignẽ: tum ex his oia. Anaxagoras materiã ifinitam ſed eas particulas ſimiles inter ſe minutas eas primũ cõfuſas: poſtea in ordinẽ adductas mẽte diuina. Xenophanes paulo etiã antiquior unũ eſſe oia: neq; id eſſe mutabile: & id eſſe uerũ deum: neq; natũ unq̃ quicq̃ & ſempiternũ conglobata figura. Parmenides ignẽ qui moueat terrã quæ ab eo formetur. Leucippus plenũ & inane. Democritus huic in hoc ſimilis: uberior in cæteris: Empedocles hæc peruulgata: & nota quatuor. Eraclitus ignem: Melliſſus hoc quod eſſet infinitum & inmutabile: & fuiſſe ſemp & fore. Plato ex materia in ſe oia recipiente mundũ eſſe factũ cenſet adeo ſempiternũ. Pythagorei ex numeris & Mathematicorũ initiis proficiſci uolũt omnia. Ex his eliget noſter ſapiẽs unũ aliquẽ credo quem ſequatur: cæteri tot uiri & tanti repudiati ab eo condẽnatiq; diſcedãt. Q uãcunq; uero ſentẽtiam ꝓbauerit: eã ſic animo cõprehenſam habebit num lucere q̃ quoniã Stoicus eſt: hũc mũdum eſſe ſapiẽtem habere mentem: quæ & ſe & ipſum fabrica ſit: & omnia moderetur: moueat: regat: erit enim pſuaſum etiã ſolem lunã ſtellas omnes: terrã mare deos eſſe. Q uod quædam animalis intelligẽtia per omnia ei ꝓmeet: & tranſeat: fore tamẽ aliquãdo ut omnis hic mũdus ardore deflagret. ſint iſta uera. Vides enĩ iam ne fateri aliquid eſſe ueri: cõprehendi ea tamẽ & ꝓcipi nego. Cũ enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit: ueniet illud flumen oratiõis aureum fundens Ariſtoteles: qui illũ deſipere dicat. Neq; enim ortũ eſſe unq̃ mũdũ: quod nulla fuerit nouo conſilio initio tam præclari operis inceptio: & ita eſſe eũ undiq; aptum: ut nulla uis tantos quæat motus mutationẽq; moliri: nulla ſenectus diuturnitate tẽporũ exiſtere ut hic ornatus unq̃ dilapſus occidat: Tibi hoc repudiare: illud aũt ſuperius ſicut caput & famã tuam defendere neceſſe erit: mihi ne ut dubitẽ quid relinquatur: ut omittã leuitatem temere aſſentiẽtiũ quanti libertas iſta æſtimanda eſt: nõ mihi neceſſe eſſe quod tibi eſt. Cur deus omnia noſtri cauſa cũ faceret: ſic enĩ uultis. tantã uim natricũ: uiparũq; fecerit: cur mortifera tam multa pnitioſa terra mariq; diſpſerit. Negatis hoc tã polite ramq̃ ſubtiliter effici potuiſſe ſine diuina aliqua ſolertia: cuius qdẽ uos maieſtatẽ deducitis uſq; ad apiũ: formicarũq; perfectionẽ: ut etiã inter deos Myrmecides aliqs minutorũ opuſcu'orũ fabricator fuiſſe uideatur: negas ſine deo poſſe quicq̃. ecce tibi e tranſuerſo Lampſacenus Strato: qui det iſti deo imũitatẽ magni quidẽ numeris. Sed cum ſacerdotes deorũ uacationẽ habeant: quãto eſt equius habere ipſos deos Negat opera deorũ ſe uti ad fabricandũ mũdum. Q uæcũq; ſint docet oia effecta eſſe natura: nec ut ille qui aſperis & leuibus & hamatis uncinatiſq; corporibus cõcreta hæc eẽ dicat interiecto inani. ſõnia cẽſet. hæc eſſe Democriti nõ docẽtis ſed optantis. Ipſe autẽ ſingulas mũdi partes pſequẽs quicqd aut ſit: aut fiat naturalibus fieri: aut factũ eſſe docet ponderibus & motibus: ſic ille & deum opere magno liberat & me timore. Q uis enĩ põt cũ exiſtimet curari ſe a deo non & dices & noctes diuinũ numen horrere? & ſi qd aduerſi acciderit: qd cui nõ accidit: extimeſcere ne id iure euenerit? Neq; Stratoni aſſentior: neq; uero tibi mõ hoc: mõ illud ꝓbabile uideꝰ. latẽt iſta oia Luculle craſſis occultata & circũfuſa tenebris: ut nulla acies hũani ingenii tãta ſit: q̃ penetrare in cælũ terrã intrare poſſit. Corpa nra nõ nouimus: quæ ſint ſicut ptiũ: quã uim quæq; pars habeat ignoramus: Itaq; medici ipſi quorũ itererat ea noſce: aperuerũt ut uidẽt: neq;

eō tamen aiunt Empiricis notiora esse illa: qua possit fieri ut patefacta & delecta mutentur. Sed hæc qd nos? Eodē modo rerū naturas pſecare: apire: diuidere possumus: ut uideamus terra penitus ne defixa sit: & quasi radicibus suis habeat: an media pendeat: habitari ait Xenophanes in luna: eamq; esse terrā multarū urbiū & montiū portenta uidētur. Sed tñ neq; ille qui dixit: iurare posset ita se rem habere nec ego. Nonne etiā dicitis esse e regione nobis. i. e cōtraria parte terræ qui aduersis uestigiis stent contra nostra uestigia: quos Antipodas uocatis? Cur inde magis succenſetis: qui istā nō aſpnor: q̄ eis qui cū audiunt decipe nos arbitrātur. Niceas syracusius ut ait Theophrastus cælū: solē: lunā: stellas: supaq; deniq; stare oia cēſet. Næq; præter terrā rē ullā in mūdo mouere: quod circū axem se sūma celeritate cōuertat: & torqueat eadē effici oia quasi stante terra cælū moueretur. Ad hoc etiā Platonē in timæo dicere qui dā arbitrātur: sed paulo obscurius. Quid tu Epicure loquere: putas esse solem tātulū. Ego ne uobis quidē tantū: sed & uos ab illo irridemini: & ipſi illū uicissim eluditis liber igit̄ a tali irrisiōe Socrates: liber Aristochius: qui nihil istorū putat sciri posse. Sed redeo ad animū & corpus. Satis ne tandē ea nota sunt nobis quæ neruorum natura sit: quæ uenarū. Tenemus ne quid sit animus ubi sit: deniq; sit ne aut ut Dicearcho uisum est: ne sit quidē ullus si est: tres ne partes habeat: ut Platoni placuit ratiōis iræ cupiditatis: an simplex unusq; sit. si unus & simplex utrū sit ignis an aia & an sanguis. An ut Xenocrates mens nullo corpore quod itelligi quale sit uix pōt & quicq̄d est mortale an æternū. Nam in utraq; parte multa dicūtur. horū aliquid nostro sapiēti certū uidet̄: nostro ne quidē maxime quid ꝓbabile sit occurrit. Ita sunt in pleriſq; contrariū rationū paria momenta. Sin agis uerecundius & me accusas non q̄ tuis ratiōibus nō assentiar: Sed quod nullis. uincā animū: cuiq; assentiar deligā. quē potissimū: quē? Democritū. Semper enī ut scitis studioſus nobilitatis fui. urgebor iam omnium uestrū conuitio. Tu ne aut inane quicq̄ putes esse cū ita cōpleta & confer ta sint oia: ut & quod mouebitur corporū cedat: & qua quicq; cesserit: aliud ilico subsequat̄ aut athomos ullas e qbus quicquid efficit̄ illarū sit dissimillimū: aut sine aliqua mente rem ullā effici posse præclarā. Et cū in uno mūdo ornatus hic tam sit mirabilis inumerabilis: supra: infra: dextra: siniſtra: aut post alios dissimiles alios eiusdē modi mūdos esse: & ut nos nunc sumus ad Baulos Puteoloſq; uidemus sic innumerabiles paribus in locis esse eisdē noibus: honoribus: rebus gestis: ingeniis: formis: ætatibus: eisdē de rebus disputātes: etsi nūc aut etiā dormientes aliq̄d aio uidere uideamur imagines extrinsecus in aios nros per corpus irrūpere. tu uero ista nō asciueris: ne ue fueris cōmētitiis rebus assensus: Nihil sentire est melius q̄ tā parua sentire. Nō ergo id agit̄ ut aliq̄d assensu meo cōprobē quæ tu uide ne ꝓbabilia quidē uideātur. Neq; enī diuinationē quā ꝓbatis ullā esse arbitror. fatūq; illud eē quo oia cōtineri dicitis contēno: ne exædifica tū quidē hunc mūdū diuino cōsilio exīstimo: atq; haud scio an ita sit. Sed cū rapior in inuidiā: licet ne per uos nescire quod nescio? Ab Stoicis ipſis inter se disceptare cū his nō licebit? Zenoni & reliqs fere Stoicis æther uidet̄ sūmus deus mēte p̄dit? quo oia regant̄. Cleātes q quasi maiorū est gētiū Stoicus zenonis auditor Solē dñari: & rerō potiri putat. Itaq; cogimur dissensione sapientū dñm nrm ignorare: qppe qui nesciamus soli an ætheri seruiamus. Solis aūt magnitudo: ipse enī hic radiatus me intuerī uidet̄: admonet ut crebro faciā mentionē sui. Vos ergo huius magnitudine q̄si decē peda: huic enī me quasi malis architectis mensuræ uestræ nego hoc: permēſi refertis

Ergo credere dubiū est uter nostrū sit leuiter ut dicā: uerecundior: neq; tñ ista quæ stiões physicorū exterminādas puto: Est. n. aiorū ingeniorūq; naturale quasi quoddā pabulū cōsideratio: cōtēplatioq; naturæ: Erigimur: elatiores fieri uidemur: humana despicimus cogitāteq; supa atq; cælestia: hæc nostra ut exigua & minima cōtēnimus: Indagatio ipsa rerū tum maximarū: tum ēt occultissimarū habet oblectatōem Si uero aliquid occurret quod ueri simile uideatur: humanissima cōpletur aius uoluptate. Quæret igitur hæc & uester sapiēs & hic noster: sed uester ut assentiat̄ credat affirmet. Noster ut uereat̄ temere opinari: præclaraq; agi secū putet si in eiusmōi rebus ueri simile quod sit inuenerit. Veniamus nunc ad bonorū malorūq; notiōem: & paulū ante dicendū est: quæ ut nō mihi uidēt̄ cōsideasse: cū physici ualde ista confirmāt: earū ēt rerū auctoritatem sic quæ illustriores uideamur amittere. Nō. n. magis assentiūtur neq; approbāt lucere nos q̄ cū cornix cecinerit: tū aliqd eā aut iubere aut uetare: neq; magis affirmabant signū illud si erūt sex mēsi pedū eē q̄ solē quē metiri nō possunt plusq̄ duo de. xx. partibus maiorē esse q̄ terrā. Ex quo illa cōclusio nascit̄: si sol quātus sit pcipi nō potest: qui cæteras res eodē modo quo magnitudinē solis approbat: is eas res nō pcipit. Magnitudo solis pcipi nō pōt. qui igitur illud approbat quasi pcipiat: nullā rem pcipit. Rñdēt posse pcipi quātus sol sit. Nō repugnabo dūmodo eodē pacto cætera pcipi: cōprehendiq; dicant. Neq;. n. pōssunt dicere aliqd alio magis minus ue cōprehendi: qm̄ oium rerum una est diffinitio cōprehendendi. Sed quod cœperam quid habemus in rebus bōis & malis exploratiſ: Nēpe fines cōstituendi sunt ad quos & bonorū & malorū sūma referat̄. Qua de re est igitur inter sūmos uiros maior dissensio. Et omittā illa quæ relicta iam uidebntur: & Ezillū qui in cognitōe & scientia summū bonū ponit. Qui cū zenonis auditor esset: uides quantū ab eo discesserit: & q̄ nō multū a platone megari quorū fuit nobilis disciplina cuius ut scriptum uideo princeps Xenophanes: quē modo noiaui. Deinde eū secuti Parmenides & Zeno. Itaq; ab his eretriaci philosophi nominabantur. Post euclides Socratis discipulus megareus: a quo idē illi megarici dicti: q id bonū solū esse dicebāt quod esset unū & simile: & idē & semp. hi quoq; multa a Platone a Menedemo aūt quod is eretrias fuit eretriaci appellati. Quorū omne bonū in mēte positū & mentis acie qua uerū cerneret̄ illis similia: Sed opinor explicata uberius & ornatius. hos si cōtēnimus. etiā abiecta putamus: illos certe minus despicere debemus Aristonē: qui cū Zenonis fuisset auditor repbauit illa quæ ille uerbis: nihil eē bonū nisi uirtutē. neq; malū nisi quod uirtuti esset contrariū. In mediis ea mōnēta quæ Zeno uoluit nulla esse censuit: huic sūmū bonū est in his rebus neutrā in partē moueri: quæ Adiaphoria ab ipso dicit̄. Pirrho aūt ea ne sentire qdem sapientē quę apati noiant̄. Has igitur tot sentētias ut omittamus: hæc uideamus quæ nūc diu multūq; defensa sūt. Alii uoluptatem finem esse uoluerūt: quorū princeps Aristippus. qui Socratē audierat unde Cyrenaici. post Epicurus cuius est disciplina nūc notior: neq; tñ cum Cyrenaicis de ipsa uoluptate cōsentiens: uoluptatē & honestatē finem esse Callippho cēsuit. uacare omni molestia Hieronimus. hæc idem cum honestate Dodorus. ambo hi Peripathetici. Honestate aūt uiuere fruētē rebus his: quas primas homini natura conciliet: & uetus Academia cēsuit: ut iudicāt scripta Polemonis quæ Antiochus pbat maxime. Etsi Aristoteles eiusq; amici nūc pxie uident̄ accedere. Introducebat ēt Carneades nō quo pbaret: sed ut opponere Stoicis summū bonum esse frui his rebus quas primitus natura cōciliauisset. Honestū aūt quod ducatur a cōciliatione naturæ zeno

ſtatuit finē eſſe bonorū: q̄ inuentor & princeps Stoicorū fuit. Iā illud p̄ſpicuū eſt oībus his finibus bonorū: quos expoſui malorū fines eſſe cōtrarios. Ad uos nūc refero quem ſequar mō neq̄s illud tam i erudītū: abſurdūq̄ rn̄deat: quemlibet mō aliquem Nihil pōt dici in cōſideratius: cupio ſeq̄ Stoicos: Licet ne⁊ omittro p̄ ipſū Ariſtotelem meo iudicio in philoſophia p̄pe ſingularē: p̄ ipſū Anthiocū q̄ appellabatur Academicus: erat q̄dem ſi p̄ pauca mutauiſſet germaniſſimus Stoicis. erit igit᷑ res iā in diſcrimine. Nā aut Stoicus cōſtituat᷑ ſapiens: aut ueteris Academiæ utrūq̄ nō pōt. Eſt. n. inter eos nō de terminis: ſed de tota poſſeſſiōe cōtentio. Nā oīs rō uitæ diffinitōe ſummi boni cōtinet᷑ de qua q̄ diſſident de oī uitæ rōne diſſidēt. Nō pōt igit᷑ uterq̄ eſſe ſapiens: q̄m tātope diſſentiāt ſed alter. Si polemoneus peccat Stoicus rei falſæ aſſentiens: nūq̄dem nihil eſſe dicitis a ſapiente tā alienū eſſe. ſi uera ſūt zenonis eadē in ueteres Academicos p̄ipateticoſq̄ dicēda. hic igit᷑ neutri aſſentiens: ſi nūq̄ uter eſt prudētior: q̄d cū ipſe Anthiochus diſſentit q̄buſdā i rebus ab his quos amat Stoicis. Nō ne iudicat nō poſſe illa p̄bāda eſſe ſapiēti? Placet Stoicis oīa p̄cta eſſe p̄ia. At hoc Antiocho uehemētiſſime diſplicet: liceat tādē mihi cōſiderare utrā ſn̄iam ſequar: p̄cide iqt: ſtatue aliq̄n q̄d libet: q̄d quæ libet dn̄r: q̄ & acuta mihi uident᷑ i utrāq̄ p̄tem & paria⁊ nōne caueā ne ſcelus faciā⁊ Scelus. n. dicebas eſſe Luculle dogma p̄dere. Cōtineo igit᷑ me ne icognito aſſentiar. q̄d mihi tecū eſt dogma cōmune⁊ Ecce multo maior ēt diſſenſio. zeno in una uirtute poſitā beatā uitā putat. Quid Antiochus⁊ ēt inqt beatā: ſed nō beatiſſimā: Deus ille q̄ nihil cēſuit deeſſe uirtuti. Homūcio hic q̄ multa putat p̄ter uirtutē homini paria clara eē parti neceſſaria: Sed ille uereor ne uirtuti plus tribuat q̄ natura patiat᷑ p̄ſerti Theophraſto multa diſerte copioſeq̄ dicente. Et hic metuo ne uix ſibi cōſtet q̄ dicat eſſe q̄dā & corpis & fortunæ mala: tn̄ eū q̄ in his oībus ſit: beatū fore cenſet ſi ſapiens ſit. diſtrahor tū hoc mihi p̄babilius: tū illud uī: Et tn̄ niſi alterutrū ſit: uirtutē iacere plane puto. Verū in his diſcrepāt. Quid illud in q̄bus cōſentiūt. nū p̄ ueris p̄bare poſſumus ſapientis aīum nūq̄: neq̄ cupiditate moueri neq̄ lætitia efferri⁊ Age hæc p̄babilia ſane ſint: nū ētilla⁊ nunq̄ timere nūq̄ dolere⁊ ſapiens ne nō timeat neq̄ ſi patria deleat᷑ nō dolere: neq̄ ſi delata ſit. Sed Zenoni neceſſariū cui p̄ter honeſtū nihil ē in bonis. Tibi uero Antioche miníme cui p̄ter honeſtatē multa bōa: p̄ter turpitudinem multa mala uident᷑: q̄ & uenientia metuat ſapiens neceſſe eſt. Vt ueniſſe doleat. Sed quæro qn̄ iſta fuerit ab Academia uetere decreta ut aīum ſapientis cōmoueri & cōturbari negarēt. Mediocritates illi p̄babant: & in oī p̄motiōe naturalem uolebāt eſſe quendā modū. Legimus oēs: crantoris academici de luctu: eſt. n. nō magnus: uerū Aureolus: & ut Tuberoni Panætius p̄cipit ad uerbū ediſcēdus libellus: atq̄ illi q̄dem ēt a natura utiliter dicebāt p̄motōes iſtas animis noſtris datas: metū cauendi cauſa: miſericordiā ægritudinēq̄ clementiæ: ipſā iracūdiam fortitudinis quaſi cotē eſſe dicebāt. recte ſecus ne alias uiderimus. atrocitas q̄dem iſta tua qūo in ueterem Academiā irrupit neſcio. Illa uero mō ferre non poſſum non q̄ mihi diſpliceāt. Sūt. n. Socratica pleraq̄ mirabilia Stoicorū q̄ paradoxa noīantur. Sed ubi Socrates⁊ ubi Ariſtoteles iſta tetigit⁊ hos. n. quaſi coſdē eſſe uultis Illi nunq̄ dicerent ſapientes ſolos reges: ſolos diuites: ſolos formoſos. oīa quæ ubiq̄ eſſent ſapientis eſſe⁊ neminem cōſulem: p̄torem: impatorem⁊ neſcio an ne⁊ q̄nq̄ uirū quidem niſi ſapientem. Poſtremo ſolū ciuem: ſolum liberum. inſipientes omnes peregrinos: exules: ſeruos. furioſos. deniq̄ ſcripta lycurgi ſolonis. duodecim tabulas nō ſtras non eſſe leges: ne urbis denique aut ciuitatis: niſi quæ eſſent ſapientium, hæc

tibi Luculle si es assensus Antiocho familiari tuo: tã sunt defendẽda q̃ mœnia. Mihi aũt mõ bono tm̃ quãtũ uidebitur legi apud Clitomachum cũ Carneades & Stoicus Diogenes ad senatũ in capitolio starẽt aulũ albinũ: qui tũ. P. Scipiõe & M. Marcello cõs. p̃tor esset: eũ qui cũ auo tuo Luculle cõsul fuit sane doctũ hoiem ut dicat ipsius historia scripta græce: iocantẽ dixisse Carneadi: Ego tibi Carneade p̃tor esse nõ uideor: quia sapiẽs nõ sũ. Ne hæc urbs nec in ea ciuitas. tũ ille huic Stoico nõ uideris. Aristoteles aut Xenocrates: quos Antiochus seq̃ uolebat non dubitasset: qn & prætor ille eẽt & Roma urbs: & eã ciuitas ẽt coleret. Sed ille noster ẽ plane ut supra dixi Stoicus p̃ pauca balbutiẽs: uos ãt mihi uemini ne labar ad opinionẽ ẽ aliq̃d adsciscã & cõprobẽ incognitũ: qđ minime uultis. Quid consilii datis? Testat̃ sæpe Chrysippus tris solas esse sniãs: quæ defẽdi possint de finibus bonorũ circũcidit & amputat multitudinẽ: aut. n. honestatẽ esse finẽ: aut uoluptatẽ: aut utrũq̃: nã q̃ sũmũ bonũ dicãt id esse: si uacemus. i. careamus oi molestia: eos inuidiosũ nomẽ uoluptatis fugere: sed in uicinitate uersari: qđ facere eos ẽt qui illud ide cum honestate coniungerent: nec multo secus eos q̃ ad honestatẽ pria naturæ cõmoda adiũgerẽt. ita tres reliq̃t sniãs: quas putet p̃babiliter posse defendi. Sit sane ita. q̃q̃ a Polemonis: & piparetic̃orum: & Antiochi finibus nõ facile diuellor: neq̃ quicq̃ habeo adhuc p̃babilius: uerũtamẽ uideo quãsuauiter uoluptas sensibus nr̃is blãdiatur. laboro ut assentiar Epicuro aut Aristippo: reuocat uirtus uel potius rep̃hẽdit manu: pecudũ illos motus eẽ dicit: hominẽ iũgit deo possũ esse medius ut quoniã Aristippus quasi aium nullũ habeamus corpus solũ tuet̃. zeno q̃si corpis simus exptes aium solũ cõplectit̃. ut aut Callipho tẽ sequar: cuius qdẽ sniam Carneades ita studiose defensitabat: ut eã p̃bare ẽt uideret̃: q̃q̃ Clitomachus affirmabat nũq̃ se itellígere potuisse qd Carneadi p̃baret̃. Sed si ip̃m finẽ uelim sequi nõ nec ip̃a ueritas & grauis & recta nõ mihi obseruet̃: tu cũ honestas uoluptate cõtẽnẽda cõsistat: honestatẽ cũ uoluptate tanq̃ hoiem cũ belua copulabis. unũ igit̃ par qđ depugnet reliquũ ẽ uoluptas cũ honestate de quo Chrysippo fuit q̃tũ ego sentio nõ magna cõtẽtio. alterũ si seq̃re multa ruũt: & maxie cõitas cũ hoium genere: caritas: amicitia iustitia: reliquæ uirtutes: quarũ esse nulla põt nisi erit gratuita. Nã quæ uoluptate quasi mercede aliqua ad officiũ ipellitur: ea nõ ẽ uirtus sed fallax imitatio: simulatioq̃ uirtutis. Audi cõtra illos q nomẽ hõestatis a se ne itelligi qdẽ dicãt: nisi forte qđ gloriosũ sit i uulgus id honestũ uelius dicere: fontẽ oium bonorũ in corpe esse hãc normã: hãc regulã. hãc p̃scriptõem esse naturæ a qua q̃ aberrauisset̃: eũ nunq̃ qđ in uita seq̃retur habiturũ. Nihil igit̃ me putatis hæc & alia innumerabilia cũ audiã moueri. tã moueor q̃ tu Luculle: neq̃ me minus hoiem q̃ te putaueris. tm̃ uiderem q̃ tu cũ es cõmotus acqescis: assentiris: approbas. uerũ illud certũ: cõprehensũ: pceptũ: ratũ: firmũ: fixũ: fuisse uis: deq̃ eo nulla rõne: neq̃ pelli: neq̃ moueri potes. Ego nihil eiusmõi esse arbitror: cui si assensus sim: ñ assentiar sæpe falsæ: q̃m uera a falsis nullo discrimine sepanet̃: p̃serti cũ iudicia ista dialectic̃e nulla sint uiuo. n. iã ad tertiã partem philosophiæ: aliud iudiciũ p̃thagoræ est: q putet id cuiq̃ uerũ esse qđ cuiq̃ uideatur. Aliud cyrenaicorũ qui p̃ter p̃motiões ĩtimas nihil putãt esse iudicii. Aliud Epicuri: qui omne iudiciũ i sensibus & in rerũ notitiis & i uoluptate cõstituit. Plato aũt omne iudiciũ ueritatis: ueritatem q̃ ipsã abductã ab opinionibus & a sensibus cogitationis ipsius & mentis esse uoluit. Nunquid horũ probat noster Antiochus? ille uero ne maiorũ quidem suorum. ubi. n. ait Xenocratem sequit̃: cuius libri sunt de ratione lequendi multi: & multum p̃bati: aut ipsum Aristotelem

quo ꝓfecto nihil ē acutius: nihil politius a Chrysippo pedē nunq̄? q ego Academici appellamur: an abutimur gloria nois? aut cur cogimur eos seq̄ qui iter se dissident in hoc ipso q̄ in elemētis dialectici docēt quo iudicare oporteat uerū falsū ne sit. si qd ita cōnexū ē ut hoc: si dies ē: lucet quāta cōtētio ē? Aliter Diodoro: Aliter Phylōi: Chrysyppo aliter placet. Quid cū Cleāte doctore suo q̄ multis rebus chrysippus dissidet. Quid duo uel princeps dialecticorum Antipater: & Archidemus opiniosissimi hoies nōne multis in rebus dissentiūt? Quid me igit̄ Luculle in inuidiā & tanq̄ in concionē uocas? Et qd ut seditiosi tribuni solēt occludi tabernas iubes. Quo. n. spectat illud cū artifici tolli q̄reris a nobis nisi ut opifices cōcitent̄: Quibus si undiq̄ oēs cōuenerint: facile cōtra uos icitabunt̄. Expromā primū illa inuidiosa q̄, eos oēs q̄ in cōciōe stabūt exules seruos inanos esse dicitis, deide ad illa ueniā quæ iā ad multitudinē. sed ad uos metipsos q̄ adestis ꝓtinēt. Neq̄. n. nos Zeno: negat Anthiocus scire qcq̄. Quo inquies? Mos. n. defendimus etiā insipientē multa cōprehendere. at scire negatis quenq̄ rē ullam nisi sapientē. Et hoc quidē zeno gestu cōficiebat. Nā cū extēsis digitis aduersā manū ostēderat uisū inqebat hmōi est. Deinde cū paulū digitos extrixerat assensus hmōi: tñ cum plane cōpresserat: pugnū q̄ fecerat: cōpræhensionē illā esse dicebat: q̄ ex similitudine ēt nomē ei rei qd̄ ante nō fuerat catalepsim ipsuit. Cū aūt leuā manū admouerat: & illū pugnū arcte uehemēterq̄ cōpresserat: sciam talē esse dicebat cuius cōpotē nisi sapientē esse neminē. Sed q̄ sapiētes aūt sint aut fuerint: ne ipsi qdem solēt dicere: ita tu nūc catule lucere nescis: neq̄ tu Hortēsi in tua uilla nos esse. Nūnimis hæc inuidiose dīr: ne tñ nimis eleganter: Illa subtilius. Sed quo tu si nihil cōprehendi posset artificia cōcidere dicebas: neq̄ mihi dabas id qd̄ ꝓbabile esset: satis magnā uim habere ad artes. Sic ego nūc refero tibi artē sine scia esse nō posse. Anpateretur hoc Zeusis: aut Phidias: aut Polycletus nihil se scire: cū in his esset tāta solertia Q d̄? si eos docuisset aliq̄s quā uim habere diceret̄ scia desinerēt irasci: ne nobis qdē succēserēt: cū didicissent id tollere nos qd̄ nusq̄ esset. Q d̄ ātē satis esset ipsis relinquere quā rationē maiorū ēt comprobat diligētia: qui primū iurare ex sui animi snīa quēq̄ uoluerūt. Deinde teneri si sciēs falleret qd̄ insciētia multa uersaret̄ iuita. Tū qui testimoniū diceret: ut arbitrari se diceret. etiā qd̄ ipse uidisset quæq̄ iurari iudices cognouissent: ut ea nō ut esse facta: sed ut uideri ꝓnūciarent̄. Verū qm̄ nō solū naura signi ficat: sed etiā Fauonius ipse isurrat nauigādi nobis Luculle tps esse. Et qm̄ satis multa dixi est mihi porādū. Posthac tñ cū hoc quæremus potius de dissēsionibus tantis summorū uirorū disseramus de obscuritate naturæ: deq̄ errore tot philosophorū: q̄ de bōis cōtrariisq̄ rebus tātope discrepāt: ut cū plus uno uerū eē nō possit: iacere ne cesse sit tot & tā nobiles disciplinas: q̄ de oculorū sensuūq̄ reliquorū mēdaciis & de sorite: aut Pseudomēo: quas plagas ipsi cōtra se Stoici texuerūt. Tū lucullus nō moleste inqt fero nos hæc cōtulisse. Sæpius. n. cōgrediētes nos & maxie i tusculanis nostris si q̄ uidebūtur requremus: Optie inq̄. Sed qd Catulus sentit? Quid Hortensius Tū Catulus ego ne inqt ad patris reuoluor snīam: quā qdē ille Carneadeā esse dicebat: ut ꝓcipi nihil putē posse: assensurū aūt nō ꝓcepto. i. opinaturū sapientē existimē sed ita ut itellīgat se opinari: sciatq̄ nihil eē qd̄ cōprehēdi & ꝓcipi possit: Per epochē illā oium rerū cōprobās illi alteri snīæ nihil esse qd̄ ꝓcipi possit uehemēter assentior Habeo inq̄ snīam tuā: neq̄ eā admodū aspnor. Sed qd tibi tandē uidetur Hortensi? Tū ille rides tollendū teneo te inq̄. Nam ista Academiæ est ꝓpria snīa. Ita sermōe cōfecto Catulus remansit: Nos ad nauiculas nostras discēdimus.

M. T. C. Academicarum quæstionum libri Secūdi. Finis.

M.T.C. de natura deorum ad. M. Brutum liber primus.

Vum multæ res ī philoſophia nequaq̄ ſatis adhuc explicatæ ſint tū pdifficilis Brutæ quod tū minime ignoras: & perobſcura quæſtio eſt de natura deorū: quæ ad agnitōem animi pulcherrima ē
q & ad moderandā religionē neceſſaria. De qua tam uariæ ſunt doctiſſimorū hoīum tanq̄ diſcrepantes ſniæ: ut magno argumento eſſe debeat: cauſam. i. principium philoſophię eſſe ſcientiam: prudenterq̄ Academicos a rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe. Quid. n. temeritate fortius? aut quid tā temerarium: tamq̄ indignum ſapientis grauitate atq̄ conſtantia: q̄ aut falſum ſentire: aut quod nō ſatis explorate pceptum ſit & cognitū: ſine ulla dubitatione defendere. Velut in hac quæſtione pleriq̄ quod maxie ueriſimile eſt: & quo oēs duce natura uehimur: deos eſſe dixerunt. Dubitare ſe pithagoras nullos eſſe oīo. Diagoras melius: & Theodorus Cyrenaicus putauerunt. Q ui uero deos eſſe dixerūt tanta ſunt in uarietate: ac diſſenſione cōſtituti: ut eorū moleſtum ſit annumerare ſententias. Nā & de figuris deorū & de locis atq̄ ſedibus & actōe uita multa dīr: deq̄ his ſumma philoſophorum diſſenſione certatur. Q uod uero maxime cauſam remq̄ cōtinet eſt: utrū nihil agant: nihil moliantur: an ab omni curatōe & adminiſtratione rerum uacent: an contra ab his & a principio omnia facta & conſtituta ſint: & ad infinitū tps regnantur: atq̄ moueantur. Imprimiſq̄ magna diſſenſio eſt: eaq̄ niſi diiudicatur: in ſūmo errore neceſſe eſt hoīes atq̄ in maximarū rerum ignoratione uerſari. Sūt .n. philoſophi & fuerunt: qui oīo nullam habere cenſerent rerum humanarū ,pcurationem deos: quorū ſi uera ſnia eſt: quæ poteſt eſſe pietas quæ ſanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia pute ac caſte tribuenda deorū numina ita ſunt: ſi anima aduertantur ab his & ſi eſt aliquid a diis immortalibus hoīum generi tributum. Sint aūt dii neq̄ poſſūt iuuare: nec uolūt: nec oīo curant: nec quid agamus aīa aduertunt: nec eſt quos ab his ad hominum uitam permanere poſſit. quid eſt quod ullos deis immortalibus cultus honores: præces adhibeamus? In ſpecie aūt fictæ ſimulationis ſicut reliquæ uirtutes: ita pietas ineſſe non pōt: cū qua ſimul & ſanctitatem & religionē tolli neceſſe eſt. quibus ſublatis pturbatio uitæ ſeqtur & magna cōfuſio. Atq̄ haud ſcio an pietate aduerſus deos ſublata fides ēt && ſocietas generis humani & una excellētiſſima uirtus iuſtitia tollat. Sunt aūt alii philoſophi: & hi qdem magni atq̄ nobiles: qui deorum mente atq̄ ratiōe omnem mundū adminiſtrari & regi cenſeant: neq̄ uero id ſolū ſed etiā ab eiſdē uitæ hominum conſuli & ,puideri. Nam & fruges & reliqua quæ terra pariat: & tēpeſtates ac temporū uarietates cæliq̄ mutatōes: quibus omnia quæ terra gignat: maturata pubeſcentia diis immortalibus tribui generi humano putāt: multaq̄ quæ dicent in his libris colligūt: quæ talia ſunt: ut ea ipſa dii imortales ad uſum hoīum fabricare pene uideant. Contra quos Carneades ita multa diſſeruit: ut excitaret hoīes non ſocordes ad ueri inueſtigandi cupiditatem. Res. n. nulla eſt: de qua tantopere non ſolum docti ſed ēt indocti diſſentiant: quorum opiniones quū tam uariæ ſint: tanq̄ inter ſe diſſidentes. alterū ,pfecto fieri pōt ut earū nulla alterū certæ non poteſt: ut plus una uera ſit. Q ua qdem in cauſa & beniuolos obiurgatores placare: & inuidos uituperatores confutare poſſumus: ut alteros repræhēdiſſe pæniteat: alteri ſed didiciſſe gaudeant. Nam qui admonent amice docendi ſunt: qui inimice inſectantur repellendi. Multum autem fluxiſſe ui

Principio

deo de libris nostris: quos cõplures breui tpe edidimus uariumq; sermonẽ partim admirantiũ: unde hoc philosophandi nobis subito studiũ extitisset: partim qd quaq; de re certi haberemus scire cupientiũ. Multis ẽt sensi mirabile uideri eã nobis potissimũ ꝓbatam esse philosophiã: quæ lucem eriperet: & quasi noctẽ quandã rebus effunderet: desertæq; disciplinæ ẽt pridem relictæ patrociniũ nec a nobis opinatum esse susceptum. Nos aũt nec subito cæpimus philosophari: nec mediocrem a primo tempore ætatis i eo studii opam curãq; cõsumpsimus: & quum minime uidebamur: tum maxime philosophabamur: qd' & orationes declarant referte philosophorum sniis: & doctissimorum hoium familiaritates: qbus semp domus nostra floruit: & principes illi Diodorus Philo Antiochus Possidonius a qbus instituti sumus. Et si oia præcepta philosophiæ referũtur ad uitã: arbitramur nos & publicis & priuatis i rebus ea præstitisse: quæ ratio & doctrina præscripserit. Sin aũt quis requirit quæ causa nos ipulerit ut hæc tam sero litteris mãdaremus: nil est qd' expedire tam facile possimus. Nam quũ ocio langueremus: & is esset reip. status: ut eã unius consilio atq; cura gubernari necesse esset: primũ ipsi us reip: cã philosophiam nostris hoibus explicandam putaui: magni existimãs interesse ad decus & ad laudẽ ciuitatis res graues tãq; præclaras latinis ẽt litteris contineri. Eo q; me minus istituti mei pœnitet: quod facile sentio: quã multorum nõ modo discendi sed ẽt scribendi studia cõmouerim. Cõplures. n. græcis institutõibus eruditi: ea quæ didicerant cũ ciuibus suis cõmunicare nõ poterant: q; illa quæ a græcis accepissent latine dici posse diffiderent. Quo genere tantũ ꝓfecisse uidemur: ut a græcis ne uerborũ quidem copia uinceremur. Hortata ẽt est ut me ad hæc conferrẽ animi ægritudo: fortunæ magna & graui cõmota iniuria. Cui si maiorem aliquã leuatõem reperire potuissem nõ ad hanc potissimum cõfugissem. Ea uero ipsa nulla rõne melius frui potui: q̃ si me non mõ ad legendos libros: sed ẽt ad totã philosophiã ꝓtractandã dedissem. Oẽs ãt eius partes atq; oia membra tũ facillime noscuntur: quũ totæ quæstiones scribendo explicãtur Est. n. admirabilis quædam continuatio seriesq; rerũ ut alia ex alia nexa ratione: & oẽs inter se aptæ colligatæq; uideantur. Qui aũt requirunt quid quaq; de re ipsi sentiamus curiosius id faciunt q̃ quod necesse est. Non. n. tam auctores in disputando q̃ rõnis momenta quærenda sunt. Quin ẽt obest plerunq; iis qui discere uolunt auctoritas eorũ q se docere ꝓfitent. Desinunt. n. suũ iudiciũ adhibere: id hñt ratum. qd' ab eo quẽ ꝓbant iudicatum uident. Nec uero ꝓbare soleo id qd' de pythagoricis accepimus quos ferũt si qd affirmarent in disputãdo: quũ ex his quæreret quare ita esset rñdere solitos. Ipse dixit: αὐτὸς ἔφα. Ipse auta erat pythagoras Tantum opinio præiudicata poterat: ut ẽt si ue ratione ualeret auctoritas. Qui aũt mirantur nos hanc potissimũ disciplinam secutos: his quatuor academicis libris satis responsum uĩ. Nec uero desertarum derelictarumq; rerũ patrociniũ suscepimus: non. n. hoium interitu scientiæ quoq; occidunt sed lucem a cæteris fortasse desyderant: ut hæc in philosophia ratio contra omnia differendi nullãq; rẽ apte iudicandi ꝓfecta a socrate: repetita ab Archesilao: cõfirmata a Carnea deusq; ad nostrã uiguit ætatẽ: quã nũc ꝓpemodũ orbã esse in ipsa græcia itelligo. Qd nõ academiæ uitio sed tarditate hoium arbitror contigisse. Nã si singulas disciplias pcipere magnũ est: quanto magis omnes: qd' facere iis necesse est: qbus ꝓpositũ est ueri reperiendi causa & contra oẽs philosophos & pro oibus dicere. Cuius rei tantæ tamq; difficilis facultatem consecutum esse me non ꝓfiteor: secutum esse præ me fero. Nec tamen fieri potest: ut qui hac rõne philosophent: hi nihil habeant quod sequãtur. Dictũ

est.n. hac de re alio loco diligẽtius: sed ꝙa nimis indociles quidã tardiq; sunt: admonendi uidentur sæpius. Non.n. suimus ii: quibus nihil uerũ esse uideatur: sed ii qui oĩbus ueris falsa quædã adiuncta esse dicamus: tanta similitudine: ut in iis nulla sit causa iudicãdi & assentiendi nota. Ex quo existit & illud ostenditur multa esse probabilia: quæ ꝙ̃ꝙ̃ non ꝓciperentur: tamen quia uisum haberẽt quendam insignem & illustrem: his sapientis uita regeretur. Sed iam ut oĩ me inuidia liberem: ponam in medio sententias philosophorum de natura deorum. Q uo quidem loco inuocandi oẽs uidentur: qui quæ uera sint iudicẽt. Tum demum mihi procax academia uidebitur: si aut conserit oẽs: aut erit inuentus aliquis: qui quid uerum sit inuenerit. Itaq; mihi libet exclamare ut plautus in synephebis: pro deum popularium oĩum adolescentium clamo: postulo: obsecro: oro: ploro: atq; imploro fidem: non leuissima de re ut quæritur ille fieri in ciuitate facinora capitalia: ab amico amante argentũ accipere meretrix non uult: sed ut adsint cognoscãt: animaduertant quid religione pietate: sanctitate: cerimoniis: fide: iureiurando: quid de tẽplis: delubris: sacrificiis solẽnibus: quid de ipsis auspiciis: quibus nos præsumus existimandum sit. Hæc.n. omnia ad hanc de diis immortalibus quæstionem referenda sunt: Profecto eos ipsos qui se aliquid certi habere arbitrantur: addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. Q uod cum sæpe alias: tum maxime animaduerti: quum apud. C. Cottam familiarem meum acurate sane & diligenter de diis immortalibus disputatum sit.

n Am quum feriis latinis ad eum ipsius rogatu accerslituq; uenissem: offendi eum sedentem in exedra: & cum. C. Velleio senatore disputantẽ ad quem tum epicuri primas ex nostris hoibus deferebant. Aderat ẽt Q uintus Lucilius Balbus: qui tantos progressus habebat in stoicis: ut cum excellẽtib9 in eo genere græcis cõpararetur. Tũ ut me Cotta uidit poportune inquit uenis. Oritur .n. magna de re altercatio cum Velleio: cui pro tu studio non est alienũ te interesse. Atq; mihi uideor inꝙ̃ uenisse ut dicis oportune: tres.n. trium disciplinarum principes conuenistis. M. ei. Piso si adesset: nullius philosophiæ: earum quidem quæ in honore sunt: uacaret locus. Tum Cotta si inquit liber Antiochi nostri: q ab eo ad Balbũ nup missus ẽ: uera loqtur: nihil est ꝙ Pisonẽ familiarem tuũ desyderes. Antiocho.n. stoici cum pipateticis re cõsentire uident: uerbis discrepare. Q uo de libro Balbe uelim scire quid sẽtias. Ego ne inqt ille: miror Antiochũ hominẽ imprimis acutũ nõ uidisse: interesse plurimũ iter stoicos: qui honesta a cõmodis: nõ nomine sed genere toto disiungerent: & pipateticos: q honesta miscerẽt cũ cõmodis: ut ea iter se magnitudie & quasi gradibus nõ genere differeret. hæc.n. est non uerborũ parua: sed rerũ ꝓmagna dissensio. Sed hęc alias nũc qd cœpimus sed uidetur. Mihi uero inqt Cotta ꝓf: sed ut hic q interuenit me intuens: ne ignoret quæ res agatur de natura agebamus deorũ: quæ quũ mihi uideret pobscura ut semp uideri solet. Epicuri ex Velleio suscitabat sniam. Q uamobrẽ inqt Velleĩ: ni molestũ est: repete quæ cœperas. Velleius. Repetã uero: ꝙ̃ꝙ̃ non mihi sed tibi uenerit adiutor: ambo.n. inqt arridẽs ab eodẽ Phylone nihil scire didicistis. Tũ ego qd didicerimus Cotta uiderit: tu aũt nolo existimes me auditorẽ huic uenisse: sed adiutorẽ & qdẽ æquũ: libero iudicio: nulla eiusmodi astrictum necessitate: ut mihi: uelim nolim: sit certa quædã tuendi snia. Tũ Velleius fidenter sane ut solent isti: nihil tam uerens ꝙ̃ ne dubitare aliqua de re uideret: tanꝙ̃ mõ ex deorũ cõcilio & ex Epicuri internuncius descen-

dis. Sed audite inq̃t nõ cõmenticias futilesq; sentẽtias: nõ opificẽ ædificatoremq; mundi Platonis de timæo deũ. nec anum fatidicã stoicorũ pronoeam: quã latine licet prouidentiam dicere: neq; uero mundum ipsum animo & sensibus prædituꝫ: roditũ ardẽtẽ: uolubilẽ deũ: portẽta & miracula nõ differentiũ philosophorũ: sed somniãtiũ. Quibus enim oculis intueri potuit noster Plato fabricam illam tãti operis: qua cõstruia deo atq; ædificari mundũ facit. Quæ molitio: quæ ferramenta: qui uectes: quæ machinæ: qui ministri tanti numinis fuerũt. Quẽadmodum enim obedire & parere uoluntati architecti: aer: ignis: aqua: terra potuerũt? Vnde uero ortæ illæ quinq; formæ: ex quibus reliquæ formant: apte cadẽtes ad animum efficiendũ pariẽdosq; sensus. Longum est inter ad omnia quæ talia sunt: ut optata magis quã inuẽta uideant. Sed illa palmaris quidẽ quod nõ modo natũ mundum introduxit: sed etiã manu pene factum. Is cum dixit fore sempiternum: hunc censes primis ut dicit labiis gustasse physiologiã idest naturæ rationẽ: q quicq̃ quod ortum sit putet æternũ esse posse. Quæ est enim cõagmẽtatio nõ dissolubilis? aut quid est? cuius principiũ aliquod sit nihil: sit æternũ. Pronoea uero si uera est lucili eadem requiro quæ pauloante: ministros: machinas omnem totius orbis designationẽ atq; apparatum. Sin alia est cur mortalem fecerit mundũ: non quẽadmodũ platonici dicunt sẽpiternũ? Ab utroq; autẽ scisciton: cur mundi ædificatores repẽte extiterint: innumerabilia autẽ sæcula dormierint. Non enĩ si mũdus nullus erat; sæcula nõ erãt. Sæcula nũc dico nõ ea: quæ dierũ noctiumq; numero annuis cursibus efficiuntur nam fateor ea sine mũdi cõuersione effici nõ potuisse: sed fuit quædã ab infinito tẽpore æternitas: quã nulla circũscriptio tẽporis metiebat: spatio tamen qualis ea fuerit intelligi non potest: quod ne in cogitationẽ quidẽ cadit: ut fuerit tempus aliquod nullũ quũ tempus esse. Isto igitur tam immenso spatio quæro balbe cur Pronoea uestra cessauerit. Laborem ne fugiebat. At iste nec attingit deum nec erat ullus: quũ omnes naturę numini diuino cælum: ignes, terre; maria parerẽt. Quid autem erat: quod concupisceret deus mundũ signis. & luminibus tanq̃ ædilis ornare. si ut deus ipse melius habitaret antea: uidelicet tempore infinito in tenebris tanq̃ in gurgustio habitauerit: post aũt uarietate ne eũ delectari putamus: qua cælũ & terras exornatas uidemus? Quæ ista põt esse oblectatio deo? quæ si esset: non ea tandiu carere potuisset. An hæc fere ut dicitis. horum causa a deo cõstituta sunt? Sapientũ ne? propter paucos ergo tanta est facta rerum molitio. An stultorũ: At primũ causa nõ fuit. cur de ĩprobis bene mereret. Deide quidẽ assecutus. quũ omnes stulti sint sine dubio miserrimi. maximeq; stulti sunt. Miserius enĩ stultitia qd dicere possumus; Deide q; multa sunt icõmoda in uita: ut ea sapientes cõmodorũ cõpensatione leniant: stulti nec uitare ueniẽtia possunt: nec ferre præsentia. Qui uero mundũ ipsũ aiantem: sapientẽq; esse dixerũt: nullo modo uiderũt animi naturã: intelligentes in quã figurã cadere posset: de quo dicã paulopost. Nunc autẽ hactenus admirabor eorũ tarditatẽ: qui animantẽ immortalẽ: & eũdẽ beatũ & rotũdũ esse uelint q; ea forma neget ullã pulchriorẽ esse Plato. Aut mihi uel chylindri: uel quadrari: uel coni: uel pyramidis uidet esse formosior. Quæ uero uita attribuit isti rotũdo deo Nempe ut ea celeritate contorqueat: cui par nulla ne cogitari quidẽ possit. in qua nõ uideo ubinam mens cõstans: & uita beata possit insistere. Quodq; in nostro corpe si minima parte significetur molestũ sit: cur hoc ita nõ habeatur molestum in deo. Terra enim pfecto quoniã pars mundi est pars est etiam dei. Atq; terræ maximas regiones inhabitabiles incultasq; uidem?: q; pars earum appulsu solis exarserit: pars obriguerit ni

ue pruinaq; longi quoq; solis absessu. Q uæ si mundus est deus qm̃ partes mundi sũt dei membra partim ardentia: partim refrigerata dicenda sunt. Atqui hæc quidem uestra lucilli: qualia uero sint ab ultimo repetã supiorum. Thales. n. milesius qui primus de talibus rebus quæsiuit: aquã dixit esse initiũ rerum. Deũ aũt esse eam mentem: quæ ex aqua cuncta gigneret. Si dii possunt esse sine uisu & mẽte: cur aquæ adiũxit. si ipsa mens constare põt uacans corpore? Anaximandri aũt opinio est natiuos esse deos: longis iteruallis orientes occidẽtesq; eosq; innumerabiles esse mundos. Sed nos nisi deũ sempiternũ intelligere q possumus. Post Anaximenes Aera deũ statuit. eũq; gigni esse q; immensum & infinitũ. & semper in motu: quasi aut aer sine ulla forma deus esse possit: quũ p̃sertim deũ non mõ aliqua sed pulcherrima specie esse deceat: aut nõ oẽ qd̃ ortũ sit mortalitas cõsequat. Inde Anaxagoras: q accepit ab Anaximene disciplinam: primus oium rerum descriptõem. & mundum mentis infinitæ ui ac ratione designari & cõfici uoluit: in quo non uidit: neq; motũ sensui iunctũ & continentẽ in infinito nullũ esse posse: neq; sensum oio: quem non ipsa natura pulsans sentiret. Deinde si mentem istam quasi animal aliquod uoluit esse: erit aliquid interius: ex quo illud aial noietur. Q uid autem interius mente cingitur: Igitur corpore externo. Q uod qm̃ non placet. aptasimplexq; mens nulla re adiuncta: quæ sentire possit: fugere intelligẽtiæ nostræ uim & notionem uidetur. Crotoniates aũt Alcmeo: qui soli & lunæ reliquisq; syderibus animoq; præterea diuinitatem dedit: non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare. Nã Pythagoras: qui censuit aium esse p naturam rerum oẽm intentum & commeantẽ: ex quo nr̃i amici carpentur: non uidit distractõe humãorũ aiorũ discerpi & lacerari deũ: & quum miseri ai essent: quod plerisq; contingeret. tum dei partem esse miseram: qd̃ fieri non põt. Cur autem quicq̃ ignoraret animus hois: si esset deus: Q uomodo porro deq̃ iste. si nihil esset nisi animus: aut infixus esset in mundo: Tum Xenophanes: qui mente adiuncta: oẽ præterea quod esset infinitum deum uoluit esse: de ipsa mente item reprehendetur ut cæteri de infinitate autem uehementius: ut in qua nihil neq; sentiens: neq; coniunctum esse potest. Nam parmenides Cõmenticium quiddam coronæ similitudine efficit. Stephanem appellat: continentem ardore lucis orbem: qui cingit cælũ. quẽ appellat deum: in quo neq; figuram diuinam. neq; sensum quisq̃ suspicari potest: multa eiusdem mõstra: quippe qui bellum: qui discordiam. qui cupiditatem: cæteraq; generis eiusdem ad deum reuocat: quæ uel morbo uel somno. uel obliuione uel uetustate delentur: Eademq; de syderibus: quæ reprehensa in alio iam in hoc omittantur. Empedocles autem multa alia peccans in deorum opinione turpissime labitur. Q uatuor ẽt naturas ex quibus oia constare censet diuinas esse uult: quas & nasci extingui perspicuum est. & sensu oi carere. Nec uero protagoras: qui sese negat oio de diis quid liqueat scire: sint non sint quales ne sint quicq̃ uidetur de natura deorum suspicari. Q uid Democritus. qui cum imagines earumq; circuitus in deorum numero refert: tum illã naturam quæ imagines fundat ac mutat. tum sciam intelligentiamq; nostram. non ne in maximo errore uersatur. Q uum idem oio quia nihil semp suo statu maneat negetesse quicq̃ sempiternum: nõne deo ita tollit oio. ut nullam opinionem eius reliqua faciat. Q uid aer: quo Diogenes apolloniates utitur deo. quem sensum habere põt. aut quam formam dei? Iam de platonis inconstantia longum est dicere. qui in timæo patrem. huiusmandi nominari neget posse. In legum autem libris quid sit omnino deus. inquiri oportere non cẽseat. Q uod uero sine corpore ullo deum uult esse ut græci dicunt aso-

maton.id quale esse possit intelligi non potest. Careat. n. sensu necesse est: careat etiam prudentia careat uoluptate: quæ oia cum deorũ notione cõprehendimus. Idem etiam i timæo dicit & in legibus: & mundum deum esse & cælum. & astra. & terram. & aios & eos quos maiorum institutis accipimus: quæ & p se sunt falsa pspicue. & inter sese uehementer repugnantia. Atq; ẽt Xenophon paucioribus uerbis eadem fere peccat. Facit .n. in iis quæ a Socrate dicta rettulit. Socratem disputantem formã dei quæri non oportere: eundemq; & solem & aium deum dicere: & mõ unum: tum aũt plures deos quæsiuit iisdem numeratis fere: quibus ea quæ de Platone dicimus? Atq; Antisthenes in eo libro qui physicus inscribitur: populares deos multos unũ naturalẽ esse dicens: tollit ui & naturam deorũ nec multo secus Speusippus Platonẽ auunculũ subsequens: & uim quandam dicens oia regnantur: eamq; aialem euellere ex animis conatur cognitionem deorum. Aristoteles in tertio de philosophia libro multa turbat a magistro Platone dissentiens. Non. n. menti tribuit oẽm diuinitatem: mõ mundum ipsum deum dicit eẽ: mõ quendam alium præficit mundo: eiq; eas partes tribuit: ut replicatõe quadã mundi motum regat atq; tueatur: tũ cæli ardorem deum dicit esse: non intelligens cælum mundi. esse partem: q̃ alio loco ipse designauerit deum. Q uo autem cæli diuinus ille sensus in celeritate tanta conseruari potest ubi demum illi tot dii: si numeramus & cælum deum. Q uum autem sine corpore idem uult esse deum: omni illum sensu priuat & prudentia. Q uo porro modo mundus moueri potest carens corpore. Aut qũo semper se mouens esse quietus & beatus põt. Nec uero eius condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior in cuius libris qui sunt de natura deorum: nulla species diuina describitur. Deos. n. octo esse dicit: quinq; eos qui in stellis uagis nominantur: unum qui ex oibus syderibus: quæ infixa cælo sunt ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus septimum solem adiungit octauumq; lunam: qui quo sensu beati esse possint intelligi nõ potest. Ex eadem Platonis schola põticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros tum modo mũdum: tum mentem diuinam esse putat: errantibus etiam stellis diuinitatem tribuit: sensuq; deũ priuat: & eius formam mutabilem esse uult: eodemq; libro rursus terram & cælum refert in deos. Nec uero Theophrasti in constantia ferenda ẽ. Modo. n. menti diuinum tribuit principatum: modo cælo: tum autẽ signis syderibusq; cælestibus: Nec audiendus eiusdem auditor Stratonis: qui physicus appellatur: q oẽm uim diuinam in natura sitam esse censet: quæ causas gignendi. augendi. minuendi immittendiq; habeat. sed careat omni sensu & figura. Zeno aũt: ut iam ad nostros Balbe ueniam naturalem legem diuinam esse: censet eamq; uim optinere recta imperantem: prohibentemq; contraria. quam legem quomodo efficiat aiantem intelligere non possumus. Deum aũt animantem certe uolumus esse. Atq; hic idem in alio loco æthera deum dicit esse: si intelligi potest nihil sentiens deus: qui nunq̃ nobis occurrit neq; in præcibus: neq; in optatis. neq; in uotis. Aliis autem libris rationem quandam per oẽm pertinentem naturam ut diuinam esse affectam putat: idẽ astris hoc idẽ tribuit: tum annuis mensibus annorumq; mutationibus. Q uum uero Esiodi theogoniam. i. originẽ deorum interpretatur: tollit omnino prædictas usitatas pceptasq; cognitiones deorum. Neq; enim Iouem neq; Iunonem: neq; uestam: neq; quenq̃ qui ita appellatur in deorũ habet numero. sed rebus inanimatis atq; mutis p quandam significatiõem hæc docet tributa noia. Cuius discipuli Aristonis nõ minus magno in errore sententia est. q neq; formam dei intelligi posse censeat. neque in diis sensum esse dicat dubitetque omnino

deus anim̃s nec ne sit. Cleanthes autem: qui Zenonem audiuit una cum eo quem proxime nominaui: tum ipsum deum mundum dicit esse: tum totius naturæ menti atq; animo tribuit hoc nomen: tum ultimum atq; altissimum atq; undiq; circunfusum & extremum: omnia cingentem: atq; complexum ardorem. qui æther nominetur: certissimum deum iudicat. Idemq; quasi delirans in his libris quos scripsit contra uoluntatem: tum confingit formam quandam & speciem deorum: tum diuinitatem omnẽ tribuit astris: tum nihil ratione cẽset esse diuinum. Ita fit: ut deus ille: quem mente noscimus: atq; in animi notione tanquã in uestigio uolumus reponere: nusq̃ prorsus appareat. At Perseus eiusdẽ Zenonis auditor eos dicit esse habitos deos: a quibus magna utilitas ad uitæ cultũ esset inuenta ipsaq; res utiles atq; salutares deorum esse uocabulis nuncupatas ut ne hoc quidẽ diceret illa inuenta esse deorum: sed ipsa diuina. Quo quid absurdius: quã aut res sordidas atq; deformes deorum honore afficere ut homines iam morte delectos reponere in deos: quorum omnis cultus esset futurus in luctu? Iam uero chrysipp? qui stoicorum somniorum auferrimus habetur interpres: magnam turbam cõgregat ignotorum deorum atq; ita ignotorum: ut eos ne coniectura quidem informare possimus: quum mens nostra quiduis uideatur cogitatione posse depingere. Ait enĩ uim diuinam in ratione esse positam: & uniuersæ naturæ animo atq; mente: ipsumq; mũdum deum dicit esse: & eius animi fusionem uniuersam: tum eius ipsius principatũ: qui in mẽte & idem uersetur: communemq; rerum naturam uniuersam atq; omnia continẽtem tum fatalem umbram: & necessitatem rerum futurarũ. Ignem præterea: & eum quẽ ante dixi æthera: tum ea quæ natura fluerent atq; manarent: ut aquam: & terrã: & aera solem: lunam: sydera: uniuersitatemq; rerum: qua omnia cõtineantur. atq; etiam homines eos: qui immortalitatem essent consecuti: idemq; disputat æthera esse deum: quem homines Iouem appellarent: quicq; aer per maria manaret eum esse Neptunnum. terrã q; eam. quæ Ceres diceretur. Similiq; ratione persequitur uocabula reliquorum deorũ Idemq; etiam legis perpetuæ & æternæ uim: quæ quasi dux uitæ & magistra officiorũ sit. Ionem dicit esse: eandemq; fatalem necessitatem appellat. sempiternam rerum futurarum ueritatem: quarum nihil tale est. ut in eo uis diuina ineſſe uideatur. Et hoc quidẽ in primo libro de natura deorum. In secundo autem ut Orphei Musei Esiodi Homericq; fabellas accõmodare. ad ea quæ ipse primo libro de diis immortalibus dixerit: ut etiam ueteres poetæ: qui hoc ne suspicati quidem sint stoici fuisse uideantur. Quem Diogenes Babylonius cõsequens in eo libro. qui inscribitur de minerua. partum Iouis ortumq; uirginis ad physiologiam traducens disiungit a fabula. Exposui fere non philosophorum iudicia. sed delirantium somnia nec enim multo absurdiora sũt ea. quæ poetarum uocibus sua ipsa suauitate nocuerunt: qui & ira inflammatos: & libidine furentes induxerunt deos feceruntq; ut eorum bella: pugnas: prælia: uulnera uideremus: odia præterea: dissidia: discordias: ortus: interitus: quærelas lamentationes: effusas in omni intemperantia libidines: adulteria uincula. cum humano genere cõcubitus mortalesq; eximmortali procreatos. Quum poetarum aũt errore cõiungere licet portẽta magorũ ægyptiorumq; in eo genere dementiam: tum etiam uulgi opiniones quæ maxima incõstantia uerit atisq; ignorantia uersatur: Ea qui cõsyderet q̃ inconsulte ac temere dicantur uenerari Epicurũ & in eorũ ipsorũ numero de quibus hæc quæstio est. haberi debeat. Solus enĩ uidit primum esse deos. q; in oĩum animis eorũ notionẽ impressisset ipsa natura: Quæ est. n. gens. aut quod genus hominum. quod nõ habeat sine doctrina anticipatio

nem quandam deorum: quam appellat prolepsim Epicurus, ideſt anteceptã animo rei quãdam informationem: ſine qua nec itelligi quicquam: nec queri nec diſputari poſſit. Cuius rationis uim ac utillitatẽ ex illo cæleſti Epicuri de regula & iudicio uolumine accepimus. Quod igitur fundamẽtum huius quæſtionis eſt id præclare iactum uidetis. Quum enim non inſtituto aliquo aut more: aut lege ſit opinio cõſtituta: maneatque ad unum omnium firma cõſẽſio: intelligi neceſſe eſt eſſe deos: quoniam inſitas eorum uel potius innatas cogitationes habemus. De quo autem omnium natura cõſentit, id uerũ eſſe neceſſe ẽ: eſſe igitur deos cõfitendũ eſt quod quoniam fere cõſtat inter omnes: nõ philoſophos ſolum: ſed indoctos: fatemur cõſtare illud etiam hãc nos habere, ſiue anticipationem ut ante dixi: ſiue prænotionem deorum. Sunt enim rebus nouis noua ponẽda nomina ut Epicurus ipſe prolepſim appellauit: quã antea nemo eo uerbo nominarat. Hãc igitur habemus: ut deos beatos & immortales putemus. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipſorũ dedit: eadem inſculpſit in mẽtibus: ut eos æternos & beatos haberemus. Quod ſi ita eſt uere expoſita illa ſentẽtia eſt ab Epicuro: quod æternum beatumq; ſit id: nec habere ipſum nogocii quicq̃: nec exhibere alteri. Itaq; neq; ira neq; gracia teneri: quæq; talia eſſent: imbecilla eſſe omnia: Sinil aliud quærimus: niſi ut deos pie coleremus: ut ſuperſtitione liberaremur: latis erat dictum. Nam & præſtãs deorum natura hominũ pietate coleretur: quũ & æterna eẽt & beatiſſima. Habet enim uenerationem iuſtam quicquid excellit: & metus omnis a ui atq; ita deorũ pulſus eſſet Igitur a beata & immortali natura itelligitur & iram & gratiã ſegregari: quibus remotis nullos a ſuperis impendere metus. Sed ad hãc cõfirmãdã opinionẽ: inquirir animus & formã: & uictã & actionẽ mẽtis: & agitationẽ in deo. Ac de forma quidẽ partim natura nos admonet: partim nos ratio docet. Nam a natura habemus omnes gentiũ omniũ ſpecies: nullãq; aliã: niſi humanam deorũ. Quæ enĩ alia forma occurrit unq̃: aut uigilã cuiq̃: aut dormiẽti. Sed ne oia reuocẽtur ad primas notiones: ratio hoc idẽ ipſa declarat. Nam quũ præſtãtiſſimã naturã uel quia beata eſt: uel quia ſempiterna: cõuenire uideatur eandẽ eſſe pulcherrimam: quæ compoſitio membrorum quæ confirmatio liniamẽtorum: quæ figura: quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior. Vos quidem lucilli ſoletis nam Cotta meus modo hoc: modo illud: quum artificium: effingitis fabricamq; diuinam: quam ſint omnia in hominis figura nõmodo ad uſum: uerum etiam ad uenuſtatem apta deſcribere. Quod ſi omnium animãtium formam uincit hominũ figura: deus autem animãs eſt: ea figura profecto eſt: quæ pulcherrima ſit omnium. Quoniã deos beatiſſimos eſſe cõſtat: beatus autẽ eſſe ſine uirtute nemo poteſt: nec uirtus ſine ratiõe conſtare: nec ratio unq̃ ſine hominis figura: hominiſe eſſe ſpeciem deos confitendum eſt. Nec tamẽ ea ſpecies corpus eſt: ſed quaſi corpus: nec habet ſanguinẽ: ſed q̃ſi ſanguinẽ: Hæc quanq̃ & inuẽta ſũt acutius: & dicta ſubtilius ab Epicuro: quam ut quiuis ea poſſit agnoſcere: tamen fretus intelligentia ueſtra diſſero breuis q̃ cauſa deſyderat. Epicurus autem qui res ocultas & penitus abditas non modo uiderat animo: ſed etiam ſic tractat: ut doceat nos manu. eam eſſe uim & naturã deorum ut primũ non ſenſu ſed mẽte cernatur. nec ſoliditate quadam ad numerũ. ut ea quæ illæ propter firmitatem Stereomia appellat. ſed imaginibus ſimilitudine & trãſitione perceptis quũ infinita ſimillimarum imaginũ ſpecies exinũerabilibus indiuiduis exiſtat. & ad deos effluat cũ maximis uoluptatibus. i eas imagines mentẽ intentã. infixamq; noſtrã intelligentiã capere quæ ſit & beata natura & æterna. Summa uero uis & infinita & magna ac diligenti contem-

platione dignissima est: in qua necesse est eā esse naturā: ut oia omnibus paria rīdeant: hanc ísonomiā appellat Epicurus. i. æquabilē tributionem. Ex hac igitur illud effecit: si mortalium tanta multitudo sit: esse immortaliū non minorem: & siquæ intereant innumerabilia sunt etiam ea quæ conseruent infinita esse debere. Et quærere a nobis Balbe soletis: quæ uita deorum sit: quæq; ab iis degatur ætas: ea uidelicet qua nil beatius: nil oino bonis oibus affluentius cogitari potest: Nihil. n. agit: nullius occupationibus est implicatus: nullius opa molitur: sua sapientia & uirtute gaudet: habet exploratum fore se semper: tum in maximis tum in æternis uoluptatibus. Hunc deum rite beatum dixius: Vestrum uero laboriosissimū. Siue. n. ipse mundus deus est: quid pōt esse minus qetū: quam nullo puncto temporis intermisso uersari circum axem cæli admirabili cælerita/te: nisi quietum autem nil beatum est: siue ipso in mundo deus ineſt aliquis qui negat: qui gubernet: qui cursum astrorum: mutationes temporū: rerum uicissitudies ordiesq; conseruet: terras & maria contemplans hoium commoda uitasq; tueatur: nec ille est implicatus molestis laboriosisq; negociis. Nos autem beatam uitam in animi securitate & in omni uacatiōe munerum ponimus. Docuit. n. nos idem qui cætera: natura effectū esse mundum non opus fuisse: fabricatam eamq; rem esse facile: quam negatis sine diuina posse solertia: ut innumerabiles natura mūdos effectura sit efficiat effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit non uidetis: ut tragici poetæ. quum explicare argumenti exitum non potestis: confugitis ad deum: cuius operam profecto non desideraretis. si immensam & interminatam in omnis partes magnitudinem regionum uideretis: in quam se iniiciens animus. & intendens. ita late longeque peregrinatur: ut nullam tamen oram ulterius uideat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinū altitudinumq; infinita uis innumerabilium uolitat athomorū quæ interiectio inani cohærescunt tamen inter se: & aliæ alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hæ rerū formæ atq; figuræ quas uos effici posse sine follibus & incudibus non putatis. Itaq; iposuistis ceruicibus uestris sempiternum dōm. quem dies & noctes timeremus. Quis. n. non timeat omnia prouidentem. & cogitantem & animaduertentem. & oia ad se pertinere putantem curiosum & plenū negocii deum. Hic nobis extitit primum illa fatalis necessitas. quam himaimanem dicitis ut quicquid accidat id ex æterna ueritate causarumq; cōtinuatōe fluxisse dicatis: Quanti autem hæc philosophia existimanda est: cui tanq̄ aniculis. & his q̄dem indoctis fato fieri uideantur omnia. Seqtur mantice nostra: quæ latine diuinatio dicitur. qua tanta imbueretur supstitiōe si nos audire uellemus. ut haruspices augures. arioli. uates & cōiectores nobis essent colendi. His terroribus ab Epicuro soluti. & in libertatem uēdicati nec metuimus eos: quos intelligimus: nec sibi fingere ullā molestiam: nec alteri quærere: & pie sancteq; colimus naturā excellentem atq; præstantem. Sed elatus studio uereor: ne longior fuerim. Erat aūt difficile rem tantam tamq; præclaram incohatam relinquere: q̄q̄ non tam dicendi ratio mihi habenda fuit. q̄ audiendi.

Vm Cotta comiter ut solebat: Atq; inq̄t Vellei nisi tu aliq̄d dixisses: nihil sane ex me q̄dē audire potuisses. Mihi. n. non tā facile i mētē uenire solet q̄re uerū sit aliq̄d: quā q̄re falsū. idq; cū sæpe: tū quū te audire pauloañ cōtigit. Roges me qualē deorum naturam esse ducā: nil fortasse respondeā. quæras putē ne talem esse: qualis modo a te sit exposita? Nil dicam mihi uideri mius. Sed anteq̄ aggredi

area quæ a te disputata sunt de te ipso dicã quid sentiam. Sæpe enim de. L. Crasso fami liari tuo illo uideor audisse: quum te rogatis omnibus sine dubio añferret: & paucos te cũ epicureos e græcia comparet. Sed q̃ ab eo te mirifice dilígí intelligebã: arbitrabar illũ propter beniuolẽtiã id uberius dicere. Ego ãt & si uereor laudare presẽtẽ: iudico tñ de re obscura: atq; difficilima a te dictũ esse dillucide: neq; sentẽtiis solũ copiose: sed uer bis ẽt ornatius q̃ solent uestrí Zenonẽ: quẽ Philo noster corripheũ appellare epicureo rum solebat: quũ athenis essẽ audiebã frequẽter: & quidẽ ipso auctore Philo ne credo facilius iudicarẽ quã illa bñ refellerent: quũ a principe epicureorum accepissem quem admodũ dicerent. Non igitur ille ut plerique sed isto modo ut tu destincte grauiter orna te. Sed quod in illo mihi usu sæpe euenit idẽ modo quũ te audirẽ acciderat: ut molestę ferrẽ tantũ ingenium (bona uenia me audies) in tã leues ne dicã in tam ineptas sẽtẽti as incidisse. Nec ego nũc ipse aliquid afferã melius. Vt. n. modo dixi: omnibus fere in re bus: maxie in physicis quid nõ sit citius q̃ quid sit dixerim. Roges me quid aut qualis sit deus: auctore utar Symõide: de quo quũ quæsiuisset hoc idẽ tyrannus Hiero deliberã dí cã sibi unam diem postulauit: quũ idẽ ex eo postridie quæreret: biduũ petiuit rquũ sę pius duplicaret numerũ dierũ: admiransq; hiero: quæreret cur ita faceret: quia quanto inquit diutius considero: tãto mihi res uidet obscurior. Sed Symonidẽ arbitror: non so lum eni poeta suauis: uerum etiam cæteraq; doctus sapiensq; traditur: quia multa uẽi rent in mentẽ acuta & subtilia: dubitãtẽ quid eorum esset ueríssimũ desperasse omnem ueritatẽ. Epicurus uero tuus (nam cũ illo malo dissererę q̃ tecum) quid dicit: quod nõ mõ philosophia dignum esset: sed ẽt mediocri prudentia? Q uæritur primũ in ea quæ stione quæ est de natura deorũ sint ne dei: nec sint Difficile est negare: credo si in cõtẽtio ne quæratur: sed in huiuscemodi sermõe: & in cõsessu facillimũ. Itaq; ego ille põtifex q̃ cerimonias religionesq; publicas sãctissime tuẽdas arbitror: iis hoc quod primũ est esse deos psuaderi mihi non opinione solũ: sed etiã ad ueritatẽ plane uelim. Multa. n. occur runt: quæ conturbent: ut interdũ nulli esse uideãtur. Sed uide q̃ tecũ agam liberaliter quæ communia sunt nobis cum cæteris philosophis nõ attigam: ut hoc ipsum placet enim omnibus fere mihi ipsi imprimis deos esse. Itaq; nõ pugno: rationẽ tamẽ quę ate affertur non satis firmã puto. Q uod enim omniũ gẽtium generumq; hominibus ita ui deretur. id satis magnũ esse argumentum dixisti: cur esse deos confiteremur: quod cũ leue per se tũ etiam falsum est. primũ enim unde notæ tibi sunt opiniones nationũ. Eq dem arbitror multas esse gentes sic immãitate efferatas: ut apud eas nulla suspitio deo rum sit. Q uid Dyagoras Atheos qui dictus ẽ: post eaq; Theodorus. nõ ne apte deorum naturam sustulerũt? Nam Abderites quidẽ: & prothagoras cuius a te añ modo mẽrio facta ẽ sophistes tẽporibus illis uel maximus: quũ in principio libri sui posuisset: de diis neq; ut sint neq; ut nõ sint habeo dicere: atheniẽsiũ iussu urbe atq; agro ẽ exterminatus libriq; eius in concione combusti. Ex quo quidem existimo tardiores ad hanc sententi am consequendam esse factos multos. quippe quum pœnam ne dubitatio qnidẽ effu gere potuisset. Q uid de sacri legis ipiis periurisq; dicemus. Si tribulus. si lucius unq̃ si lupus aut carbo: aut Neptuni filius: ut ait lucillius putasset esse deos. tã periurus aut tã impius fuisset. Nõ ẽ igit tã explorata ista ratio ad id qđ uultis cõfirmãdũ q̃ uidetur Sed qa cõmune ẽ hoc argumẽtũ aliorũ ẽt philosophorũ: omittã hoc tẽpore: ad nostra propria uenire malo. Cõcedo esse deos: doce me igit unde sint: ubi sint: quales sint cor pore: animo: uita: hæc eni scire desydero. Abuteris ad omnia athomorũ regno uel lumi

ne uel licẽtia. Hinc quodcunq; in solũ uenis: ut dicitur effingis: atq; efficis: quæ primũ nullæ sunt: nihil est. n. quod uacet corpore. Corporibus autem omnis obsidetur locus ita nullũ inane: nihil esse indiuiduũ potest. hæc ego nunc physicorum oracula fundo: uera autem an falsa nescio. sed uerisimili tamẽ similiora q̃ uera. Ista. n. flagitia Democriti siue etiam ante leucippi esse corpuscula quædã leuia: alia aspera: alia rotũda: alia aũt partim angulata & pyramita: quædã curuata. quædã & quasi adũca. Ex his effectũ eẽ cælum atq; terras nulla cogẽte natura: sed concursu quodã fortuito. hanc tu opinionẽ C. Vellei usq; ad hãc ætatẽ p̃duxisti: priusq; te quis de oi uitæ statu q̃ de ista auctoritate deiecerit. Ante. n. iudicasti epicureum te esse oportere: q̃ ista cognouisti: Ita necesse fuit aut hæc flagitia concipere animo: aut susceptæ philosophiæ nomẽ amittere. Quid enĩ mereas ut epicurus esse desinas. Nihil eq̃dẽ inqs: ut rationẽ uitæ beatæ ueritatẽq; deserã. Ista quidẽ est ueritas. Nã de uita beata nil repugno: quã tu in deo ne quidẽ esse cẽses: nisi plane ocio lãgueat. Sed ubi est ueritas: in mũdis credo innumerabilibus omnibus minimis tẽporũ p̃ũctis: aliis iascẽtibus: aliis cadẽtibus ac indiuiduis corpusculis tã p̃clara opa nulla moderãte natura: nulla rõne fungentib9. Sed oblit9 liberalitatis meæ qua tecũ pauloãte uti cœperã: plura cõplector. Cõcedã igit̃ ex idiuiduis cõstare oia: q̃d ad rẽ. Deorũ enĩ natura q̃ritur. Sint sãe ex athomis nõ igit̃ æterni. Q ð ãt ex athomis sit id natũ aliquãdo sit. Si nati: nulli dei ante q̃ nati. Et si ortus est deorũ: iterrit9 sit necesse est: ut tu pauloante de Platonis mũdo disputabas. Vbi igitur illud uestrũ beatũ & æternum: quibus duobus uerbis significatis deum? Quod quum effícere uultis: idumenta tamen repetis. Ita. n. dicebas non corpus esse in deo: sed quasi corpus non sanguinẽ: sed quasi sanguinem: hoc persæpe facitis: ut quum aliquid nõ uerisimile dicatis: & effugere reprehensiones uelitis: afferatis aliquid quod omnino ne fieri quidẽ possit: ut satius fuerit id ipsũ de quo ambigebatur concedere. q̃tam imprudenter resistere: uelut Epicurus quũ uideret si athomi ferrentur in locũ inferiorẽ suopte põdere nil fore in nostra potestate: q̃ esset earũ motus certus & necessarius inuenit quo modo necessitatem effugeret: q̃d uidelicet Dẽocritũ fugerat. Ait athomũ cũ põdere & grauitate directa deorsũ ferat̃ declinaret paululũ. Hoc dẽ turpi9 ẽ: q̃ illd̃ qd uult ñ posse defẽdere. Idẽ facit cõtra dialecticos: a qbus quæ traditũ sit in oibus disiũctionibus: in qbus aut ẽt aut nũ ponererur: alterutræ uerũ eẽ: ptimuit ne si cõcessũ esset huius aliq d aut uiuet cras: aut nõ uiuet epicurus: alterũ fieri necessariũ. Totum hoc aut etiam aut nõ negauit esse necessariũ: quo quid dici potest obtusius? Vrgebat Archesilas Zenonem: quũ ipse omnia falsa diceret quæ sensibus uiderentur Zeno autem non nulla uisa esse falsa: non omnia. Timuit Epicurus: ne si unum uisum esset falsũ: nullum esset uerũ: Omnes sensus ueri nuncios dixit esse: nil horum nisi ualde: grauionem enim plagam: accipiebat ut leuiorẽ repelleret: Idem facit in natura deorũ dum indiuiduorum corporum concretionem fugit ne interitus & dissipatio consequatur: Negat esse corpus deorũ sed tã q̃ corpus: nec sanguinem sed tanq̃ sanguinem: Mirabile uidetur q̃ nõ rideat aruspex: quum aruspicẽ uiderit. hoc mirabilius: q̃uos inter uos uisum tenere possitis. Nõ est corpus: sed quasi corpus hoc intelligerem quale esset: si id incertis fingeretur: aut fictilibus figuris. In deo quid sit quasi corpus aut quasi sanguis intelligere nõ possum: ne tu quidem Vellei: sed nonuis fateri Ista enim a uobis quasi dictata redeũtur: quæ Epicurus oscitans allucinatus est: quũ quidem gloriaretur ut uidemus in scriptis se magistrum habuisse nullum. quod & nõ prædicanti tam facile quidem eredã: sicut mali ædificii domino glorianti se architectũ

BIBLIOTEKA GŁÓWNA - w Poznaniu - Druk. im. A. Mickiewicza

non habuisse:Nihil enim floret ex academia:nihil ex leucio:nihil expluribus quidē di scipulis.Xenocratē audire potuit:quem uirū dii īmortales:& sunt qui putant audiuisse ipse nō uult:credo plus nemini:Pamphilū quidē platonis auditorē aiūt a se sami auditū Ibi.n.adolescens hitabat cū patre & fratribus.q; i eā pater eius Neocles agripeta uene rat.Sed quū agellus eū non satis aleret ut opinor:ludi magister fuit:sed hūc Platonicū mirifice cōtemnit Epicurus:ita metuit:ne quid unq; didicisse uideatur in nausiphāe de mocrito tenetur.Q uē quū a se neget auditum:uexat tñ omnibus cōtumeliis.Atqui si hic democrites nō audisset:quid audierat? Q uid.n. i physicis Epicuri:nō a Democrito Nam & si quædam cōmutauit:ut quid pauloāte de inclinatione athomorū dixi:tamen pleraq; dicit eadē athomos:inanes imagines infirmitates locorū:inumerabilitatēq; mū dorum:eorum ortus & interitus:oia fere quibus naturæ ratio continet. Nunc istud q̄si corpus & quasi sanguinem:quid sit intelligis.Ego.n.scire te scire ista melius q̄ me nō fa teor solum:sed etiam facile patior:quum quidē semel dicta sūt.quid est quod uellei9: intelligere possit.Cotta nō possit? Itaq; corpus quid sit:sanguis quid sit intelligo: quasi corpus qui sit:& quasi sāguis quid sit nullo prorsus mō intelligo.Nec tu me credas:ut Pithagoras solebat alienos cōsultare: dicis occulte:tanq̄ Eraclitus sed quod inter nos li queat ne tu quidem itelligis. Illud uideo pugnare te:species ut quædam sit deorū: q̄ nil concreti habeat:nil solidi.nil expressi:nil eminētis:sitq; pura:leuis perlucida.Dicemus ergo idē quod in uenere choa:corpus nō est:sed simile corpori:nec ille fusus & candore mixtus rubor sāguis est:sed quædam sanguinis similitudo sic:in epicuro deo nō res:sed similitudines rerum esse facit:quod ne intelligi quidē potest mihi esse persuasum. Dic mihi istorum adumbratorum deorum liniam enta atq; formas: nō deest hoc loco copia rationū quibus docere uelitis humanas esse formas deorū. Primū q; ita sit in forma deo rum antici patū mētibus nostris:ut homini quū deū cogitet forma occurat hūana. De inde ut quoniā rebus omnibus excellat natura diuina: forma quoq; eē pulcherrima de beat:nec esse humana ullā pulchriorem. Tertiam rationē affertis: possit q; nulla alia fi gura domicilium mētis esse.Primum igitur quicquid cōsideras quale sit:arripere enim mihi uidemini quasi uestro iure rem nullo modo probabilem:omnium quis tam cæcus in cōtemplandis rebus unq̄ fuit:ut nō uideret species istas hominū collatas in deos: aut cōsilio quodam sapientum:quo facilius animos impitorum ad deorum cultū a uitę pra uitate cōuerterent:aut superstitione ut essent simulacra: quæ uenerantes deos ipsos se adire crederēt? Auxerunt ātt hæc eadem poetæ:pictores:opifices. Erat aūt non facile agē ti aliquid & molienti deos in aliarū formarū imitatione seruare:& accessit ēt ista opinio fortasse q; homini homine nihil pulchrius uideat. Sed tu hæc physice nō uides q̄ blāda cōciliatrix:& q̄ solicita sui sit fœtus natura.An putas ullā esse terra mariq; beluam quę nō sui generis belua maxie delectet. Q uod ni ita esset cur nō gestiret taurus æque con tractatiōe:quus uacce.At tu aqlā. aut leonē aut delphinū ullā anteferre censes figurā suæ.Q uid igit mirū si hoc eodē mō homini natura pscripsit.nil pulchrius q̄ hoiem pu taret:eam esse causam cur deos hominum similes putaremus? Q uid censes si ratio eēt in beluis:non suo quasq; generi plurimū tributam fuisse: at mehercle ego(dicam eni ut sētio)q̄is amē ipse me.tñ nō audeo dicere pulchriorē esse me:q̄ ille fuit taurus q ue xit europā.Non.n.hoc loco de ingeniis.aut de oronibus nris. sed de spē figuræ q̄ritur quod si fingere nobis & iungere formas uelimus.qualis ille maritimus Triton pingit: natantibus inuehens beluis adiūctis humano corpori nolis esse.Difficili in loco uerso.

Est enim uis tãta naturæ: ut homo nemo uelit nisi homini similis esse: & quidem formica formicæ. Sed tamen cuius hominis quotus tibi quisq; formosus est? Athẽis quum esse m: e gregibus epheborum uix singuli reperiebãtur. Video quid ariseris: sed tamen ita res se habet. Deinde nobis qui concedentibus philosophis antiquis adolescentulis delectamur etiam uitia sæpe iocunda sunt. Neuus in articulo pueri delectat Alceum. At est corporis macula neuus: illi tamen hoc lumen uidebatur. Quintus catullus huius collegæ & familiaris nostri pater dilexit municipem tuũ Roscium in quẽ etia illud est eius. Cõstiteram ex oriente auroram forte salutãs. Quum subito a leua Roscius exoritur. Pace mihi liceat cælestes dicere uestra. Mortalis uisus est pulchrior eẽ deo. huic pulchrior deo aderat: sicut hodie est perversissimis oculis. Quid refert si hoc ipsum falsũ illi & uenustũ uidebatur. Redeo ad deos: & quasi si nõ tam strabones aut petuleos esse arbitramur: eccos neuũ habere: eccos silos & flacos: frõtones. capitones. quæ sunt in nobis Anomnia emẽdata in illis? Detur id nobis? Non etiam est una omnium facies. Nam si plures: aliam esse aliã pulcheriorẽ necesse est. Igitur aliquis non pulcherrimus deus: si una omnium facies est. Florere in cælo academiã necesse est. Si. n. nil inter deũ & deũ differt nulla est apud deos cognitio nulla perceptio. Quod si etiã Vellei falsum illud omnino est: nullam aliam nobis de deo cogitãtibus speciẽ nisi hominis occurrere: tamen ne ista tam absurda defenderes. Nobis fortasse si occurrit ut dicis apparuisse Iouem. Iunonem Mineruam. Neptũnum. Vulcanũ. Apollinẽ: reliquos deos ea facie nouimus qua picto res fictoresq; uoluerunt: neq; solũ facie: sed etiã ornatu ætate atq; uestitu. At nõ ægyptii nec Syrii: nec fere cuncta barbaria. Firmiores eni uideas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam: q̃ apud nos de sanctissimis tẽplis & simulacris deorum: Et eni fana multa expoliata: & simulacra deorũ de locis sanctissimis ablata uidemus a nostris. At uero nefãdum quidẽ auditu est. Crocodillũ: aut ibim. aut felem uiolatũ ab ægypto. Quid igitur censes Apimillũ sanctũ ægyptiorum bouem? Non ne deũ uideri ægyptiis Tam hercle q̃ tibi illam nostrã sospitam: quã tu nunquã ne in somnis quidẽ uides nisi cum pelle caprina: cum asta cũ scutulo. cum calceoli reparandis. At nõ est talis Argia: nec romana Iuno. Ergo alia species Iunonis argiuis: alia lauinis. Et quidẽ alia nobis Capitolini alia affris Amonis Iouis. Non pudet igitur physicũ idest speculatorẽ ueneratorẽq; naturæ ab animis cõsuetudine imbutis petere testimoniũ ueritatis. Isto. n. mõ dicere licebit Iouem semper barbatũ. Apollinẽ semper imberbẽ: cesios oculos Mineruæ. ceruleos esse Neptũni. Et quidẽ athenis laudamus esse Vulcanum eum: quẽ fecit Alchimenes in quo stante atq; uestito leuiter apparet claudicatio nõ deformis. Claudũ igitur habebimus deum: quẽ de Vulcano sic accepimus. Age & his uocabulis deos esse facimus. quibus a nobis nominãtur. At primũ quot hominũ linguæ: tot nomina deorũ. Non eni ut tu Vellei quocũq; iueris: sic idẽ in italia uulcanus idẽ in affrica: idem in hispãia. Deide nominũ nõ magnus inumer9 ne i põtificiis q̃dẽ uestris. Deorũ ãt inumerabilis. An sine nominibus sunt. Istud quidẽ ita nobis dicere necesse est. Quia enim attinet: quũ una facies sit plura esse nomina? Quã bellũ erat Vellei cõfiteri potius nescire quæ nescieris: q̃ ista efficientẽ nauseare: atq; ipsum sibi displicere An tu mei similem̃ putas esse aut tui deũ profecto non putas. Quid ergo? solẽ dicã aut lunã aut cælũ deũ. Ergo etiã beatũ quẽlibet fruẽtem uoluptatibus & sapientẽ q põt eẽ in eiusmodi trunco sapiẽtia: hæc uestra sunt. Siigitẽ nec humano usu q̃dẽ docui: nec tali aliquo: q̃d tibi ita p suasũ ẽ q̃d dubitas. Negare deos esse nõ audes sapiẽter id quidẽ: & si hoc loco nõ popu

lum metuis:sed ipsos deos. Noui ergo epicureos omnia figilla numerãtes:q̃q̃ uideo nõ nullis Epicurum ne in offensionem arheniẽsiũ caderet uerbis reliquisse deos:rebus:re stulisse. Itaq; in illis selectis eius breuibusq; sentẽtiis:q̃s appellatis cyriasdexas: hæc ut opinor prior sententia est. Quod beatũ & immortale est:id nec habet exhibet cuiq̃ negocium. In hac ita exposita sententia sunt qui existiment:q; ille inscitia plene loquendi fecerit:fecisse consulto. De hoie minime uafro male existimant. Dubium est.n. utrũ aliquid dicat iste beatum & immortale:aut si quod sit:id esse immortale. Non aiaduertunt:hic eum ambigue locutum esse. Sed multis aliis locis & illum & Metrodorum tã aperte:q̃ pauloante. Ille uero deos esse putat:nec quenq̃ uidi qui magis ea quæ timenda esse negaret:timeret mortem dico & deos quibus mediocres hoies nõ ita ualde mouẽt his ille clamat oium mortalium mẽtes esse perterritas:tot milia latrocinantur morte postposita. Alii oia fana q̃ possunt cõpilant. Credo aut illos mortis timor terret: aut hos religionis. Sed quoniam non audes. iam .n. cum ipso epicuro loquar: negare esse deos:quid est quod te impediat aut solem aut mundum aut mentem sempiternam in deorum natura ponere? Nunq̃ uidi inquit animam rationis consiliiq; particem: nulla alia nisi humana figura. Quid solis nunquid nam aut lunæ aut quinq; errantium syderum simile uidisti? Sol duabus unius orbis ultimis partibus diffiniens motũ cursus annos conficit:huic hanc illustrationẽ eiusdem incensam radiis mẽstruo spatio luna cõplet. Quinq; autem stellæ eundem orbẽ tenentes:aliæ propius a terris aliæ remotius ad eisdem principiis. disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. Nunqd tale Epicure uidisti ne sit igitur sol:ne luna:ne stellæ:quoniam nil esse potest nisi quod attigius aut uidimus. Quid deum ipsum non te uidisti? Cur igitur credis esse oia tollamus ergo omnino:quæ aut historia nobis:aut ratio noua affert:ita fit ut mediterraneũ mare esse non credatur. Quæ sunt tantæ animi angustiæ:ut si sephyri natus esses:nec unq̃ egressus ex insula:in qua lepusculos uulpeculasq; sæpe uidisses:non crederes leones & pantheras esse:quum tibi quales essent diceretur. Si uero de elephanto quis diceret:ẽ tu irrideri putares. Et tu quidem Vellei non nostro more:sed dialecticorũ:quæ fũditus gens nostra non nouit:argumenti snïam cõclusisti beatos esse deos:sũpsisti:concedimus beatum autem sine uirtute neminem esse posse id quoq; damus:& libenter quidem:uirtutem autem sine rõne constare non posse:cõueniat id quoq; necesse est. Adiungis nec rationem esse nisi in hois figura. Quem tibi hoc daturum putas. Si.n. ita esset:quid opus erat te gradatim istuc pueníre? Quod aũt est istuc gradatim sumpsisses tuo iure. Nam a beatis ad uirtutem:a uirtute ad rõnem uideo te uenisse gradibus:a ratione ad humanam figuram. Itaq; quo modo accedis:præcipitare istuc quidem est: non descendere. Nec uero intelligo:cur Epicurus maluerit deos hoium similes dicere:q̃ hoies deorum. Quæres quid interfit. Si.n. hoc illi simile sit:esse illud huic uideo. Sed hoc dico non ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos:dii.n. semper fuerunt:& nati nunq̃ sunt si quidem æterni sunt futuri:at hoies nati ante igitur humana forma q̃ homines:ea quæ erant forma dii immortales. Non ergo illorum humana forma:sed nostra diuina dicenda est. Verum hoc quidem ut uoletis. Illud quæro quæ fuerit tanta fortuna:nil.n. rõne in rerum natura factum esse uultis. Sed tamen quis est iste talis casus:unde tam fœlix concursus athomorum:ut repente homines forma deorum nascerentur. Semina deorum cecidisse de cælo putamus in terras & sic homines patrum similes extitisse. Vellẽ diceretis deorum cognationem:agnoscerem non inuitus. Nihil tale dicitis: sed casu eẽ

factum ut similes essemus deorum. Et nũc argumenta querenda sunt: quibus hoc refellatur. Vtinam tam facile uera inuenire possim: q̃ falsa cõuincere. Etenim enumerasti memoriter: & copiose: ut mihi quidem admirari liberet in homine esse romão tantam scientiam usq; a Tale milesio de natura deorum philosophorũ sententias. Omnes neti bi illi delirare uisi sunt: qui sine manibus & pedibus cõstare esse deũ decreuerunt: Nec hoc quidẽ nos mouet considerãtes quæ sit utilitas: quæq; opportunitas in homine mẽbrorum iudicetis membris humanis deos nõ egere. Quid enim pedibus opus est sine ingressu: quid manibus si nihil comprehendẽdum est. Quid reliqua descriptione omnium corporis partiũ. in qua nihil inane: nihil sine causa nihil superuacuũ est. Itaq; nulla ars imitari solertiã naturæ potest. habebit itaq; linguã deus: & non loquetur: dentes pallatum fauces nullũ ad usum. quæq; procreatiõis causa natura corpori affixit ea frustra habebit deus nec externa magis q̃ interiora. Cor pulmo iecur cæteraq; detracta utilitate quid uenustatis habent quandoquidẽ hæc esse in deo propter pulchritudinẽ uultis. Istis ne uidetis somniis. Nõ modo Epicurus & Metrodorus & Simachus cõtra pythagoram Platonem Empedoclemq; dixerunt: sed meretricula etiam lenocinium cõtra Theophraustum scribere ausa est. scito quidem illa sermone & atthico. Sed cur tantum Epicuri ortus habuerit licẽtiæ: etiam soletis quærere. Zeno autẽ etiam litigabat. Quid dicam albutium: nam phedro nihil elegãtius: nihil humanius. Sed stomachabatur senex si quid apertius duxeram: quũ Epicurus Aristotelem uexarit contumeliosissime: phedroni socratico turpissime maledixerit. Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem quia nescio quid in philosophia dissentiret: totis uoluminibus cõciderit: in democritum ipsum quẽ secutus est: fuerit ingressus. Nausiphanẽ magistrũ suum a quo nihil didicerat. tam male acceperit: zeno quidẽ nõ solum eos quitum erãt. Apollodorum Syllum cæterosq; figebat maledictis. sed Socratẽ ipsum parentem philosophiæ latino uerbo utens securam atthicum fuisse dicebat Crysippũ nunq̃ nisi Cesippũ uocabat. Tu ipse pauloante: quum tanq̃ senatum philosophorũ recitares: summos uiros disipere delirare. demẽtes esse dicebas: quorum si nemo uerum uidit de natura deorum: uerendũẽ ne nulla sit omnino Nam ista quæ uos dicitis sũt tota cõmẽticia: uix digna lucubratione aniculariũ. Nõ enim sentitis q̃ multa uobis suscipiẽda sint: si impetraueritis: ut cõcedamus eandẽ hominum esse & deorum figuram omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibẽda deo quæ adhibetur homini ingressus. cursus: accubatio. inclinatio: sessio cõprehẽsio: ad extremũ etiã sermo & oratio. Nã quod & mares deos & feminas esse dicitis. quid sequatur uidetis. Et quidẽ mirari satis nõ possũ. unde ad istas opiniões uester ille princeps uenerit. Sed clamare nõ desinitis retinẽdũ hoc esse ut deus beatus immortalisq; sit. Quid aũt obstat quo minus sit beatus: si nõ bipes. At ista siue beatitas siue beatitudo dicẽda sunt: utrũq; omnino durũ. sed usu molliẽda nobis uerba sunt. Verum ea quæcunq; est. cur aut in solle illũ: aut in hunc mũdũ: aut in aliquã mentẽ æternam figura membrisq; corporis uacuam cadere nõ potest. Nihil aliud dicis: nisi nũq̃ uidi solem mũdum beatum. Quid mũdum præter hunc nunq̃ ne uidisti. Negabis. Cur nõ igitur sexcenta millia esse mundorũ: sed innumerabilia ausus es dicere. Ratio docuit. Ergo hoc te ratio non docebit: quum præstantissima natura quæratur ea quæ beata & æterna: quæ sola diuinæ naturæ sunt: immortalitate uincamur ab ea natura: sic animi præstãtia uinci: atq; ut animi item corporis. Cur igitur cũ cæteris rebus inferiores simus. forma pares sumus. Ad similitudinem enim deo propius accedebat humana uir

tus q̃ figura. An quicq̃ tam puerile dici potest. ut eundem locum diutius urgeã: q̃ si ea genera beluarũ, quæ in rubro mari india ue gignãtur: nulla esse dicamus? Atqui ne curiosissimi quidẽ homines exquirẽdo audire tã multa possũt. q̃ sunt multa: quæ terra: mari. palludibus: fluminibus existãt. quæ negemus esse quia nunq̃ uidimus. Ipsa uero q̃ nihil ad rem pertinet: quæ uos delectat maxime similitudo. Quid canis nõ ne similis lupo? Atqui ut Ennius. Simia quæ similis turpissima bestia nobis: at mores in utroq; dispares. Elephanto beluarum nulla prudẽtior. at figura quoq; uastior. de bestiis loquor. Quid inter ipsos homines nõ ne & simillimis formis dispares mores: & moribus figura dissimilis. Et enĩ si semel Velleí suscipimus genus hoc argumẽti: attende quo serpat Tu enim sumebas nisi in hominis figura rationẽ inesse non posse. sumet alius nisi in terrestri. nisi in eo qui natus sit. nisi in eo qui adoleuerit. nisi in eo qui didicerit. nisi in eo qui ex animo cõstet & corpe caduco & infirmo. Postremo nisi in homine atq; mortali. Q d si in omnibus his rebus obsistis. quid elt q̃te una forma conturbet. His enim omnibus quæ proposui adiũctis. in homiuẽ rationem esse & mentẽ uidebas: quibus detractis deum tamen nosse te dicis. modo liniamenta maneant. hoc est nõ cõsyderare sed quasi sortiri quid loquare. nisi forte ne hoc quidem attẽdis nõ modo in homine sed etiam in arbore quicquid superuacaneum sit. aut usum non habeat obstare. Quí molestum est uno digito plus habere? quid ita quia nec speciẽ nec usum aliũ quinq; desyderãt. Tuus aũt deus nõ digito uno redundat: sed capite: collo: ceruicibus: lateribus: aluo: tergo: politibus: manibus: pedibus: feminibus: cruribus: sí ut immortalis sit: quid hæc ad uitã membra pertinẽt: quid ipsa facies. Magis illa celebrum cor: pulmo: iecur: hæc enim sunt domicilia uitæ. Oris quidem habitus ad uitæ firmitatẽ nihil pertinet. At eos uituperabas qui ex operibus magnificis atq; præclaris cum ipsum mundum: cum eius membra: cælum: terras: maria: cum q; horum insignia solẽ lunam stellasq; uidissẽt: quum q; temporum maturitates: mutationes: uicissitudines q; cognouissent: suspicati essent aliquã excellentem esse præstãtem q; naturã quæ hoc fecisset: moueret: regeret gubernaret: qui etiã aberrant a coniectura: uideo tamẽ quid sequantur. Tu quoq; opus tãdem magnũ & egregiũ habes: quod effectũ diuina mente uideatur: ex quo esse deos suspicere: habebam inquis omnino insitam informationem quandam dei. & barbari quidem Iouis: galeatæ mineruæ. Nũ igitur tales putas. Quãto melius hoc uulgus imperitorũ: qui non membra solũ hominis deo tribuant: sed usum etiam membrorum. Dant enim arcũ sagittas: hastam: clypeũ: fuscinam: fulmen. Et si actiones quæ sint deorum non uident: nihil agentem tamen deũ nõ quæunt cogitare. Ipsí qui irridentur ægyptii nullã beluã: nisi ob aliquam utilitatem: quam ex ea caperẽt consecrauerũt. Velut ibes maximã uim serpentum cõficiunt: quum sint aues excelsæ: cruribus rigidis corneo proceroq; rostro auertunt pestem ab ægypto: quum uolucres angues ex uastitate libyæ uẽto affrico in uectas: interficiunt atq; cõsumunt. Ex quo fit: ut illæ uiuæ nec morsu noceant: nec odore mortuæ. Possum de ichneumonũ utilitate. de crocodillorũ defelliũ dicere: sed nolo esse lõgior. Ita cõcludam tamen beluas a barbaris propter beneficiũ consecratas. Verorum deorum nõ modo beneficium nullum extare: sed ne factũ quidem omnino. Nihil habet inquit negotii: profecto Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. At ipsi tamen pueri etiã quũ cessant exercitatiõe aliqua ludicra delectantur. Deum sic feriatum uolumus cessatione torpere: ut si se cõmouerit uteamur ne beatus esse nõ possit. Hæc oratio nõ mõ deos spoliat motu & actione diuina: sed etiã homines

inertes efficit: si quidem agēs aliquid nec dēus quidē esse beatus potest. Verum si sane ut uultis deus effigies hominis & imago. quod eius est domicilium: quæ sedes. qui locus: quæ deinde actio uitæ quibus rebus: id quod uultis beatus est. Vtatur enim suis rebus oportet ut fruatur: qui beatus futurus est. Nam locus quidē iis etiā naturis. quæ sine aīs sunt: suus est cuiq; ppr̃ius. ut terra infimū teneat. hac inūdat aqua supremū æther: ignibus altissima hora reddatur. Bestiarū autē terrenæ sunt aliæ: partim aquatiles. aliæ quasi ancipites: in utraq; sede uiuētes. sunt quædam etiā quæ igni nasci putentur: appareantq; in ardētibus fornacibus sæpe uoliātes. Quæro igitur uester deus primū ubi habitet. Deinde quæ causa eū loco moueat si modo mouetur aliquādo. Postremo quū hoc propriū sit animātium: ut aliquid appetant: quod sit naturæ accōmodatū. deus quid appetat. ad quam deniq; rē motu mētis: ac rationis utatur. Postremo quomodo beatus sit quomodo æternus. Quicqd enim horum attigerit ulcus est: ita male īstituta ratio exitum repir̃ nō pōt. Sic. n. dicebas speciē dei percipi cogitatione nō sensu nec esse in ea ullam soliditatem: neq; eandem ad numerum permanere. eamq; esse eius uisionē: ut similitudine & transione cernatur: neq; deficiat unq̄ ex infinitis corporibus similiū accessio: ex eoq; fieri: ut in hoc intenta mēs nostra beatam illam naturam & sempiternam putet. Hoc per ipsos deos de quibus loquimur quale tandē ē. Nam si tantūmō ad cogitationē ualeat. nec habēt ullā soliditatē nec eminētiam: quid interest utrū de hyppocētauro an de deo cogitemus? Omnem enim talē confirmationē animi cæteri philosophi motum inanē uocant. Vos autē aduentum in animos & introitū imaginū dicitis. Vt igitur. Tigracchū quū uideo concionātem in capitolio uidere de. M. Octauio deferentē sitellam tum eum motū aī dico esse inanem. Tu autem & Gracchi & Octauii imagines remanere: quæ in capitoliū quū puenerint tum ad aium meū referantur hoc idē fieri uideo: cuius crebra facie pellātur animi: ex quo esse beati atq; æterni intelligātur. Fac imagines esse quibus pulsētur animi species duntaxat obiicitur quædā. Nūc ēt cur beata sit: cur æternaq; aūt istæ imagines uestræ: aut unde a Democrito omnino hæc licētia sed & ille reprehēsus a multis est: nec uos exitū reperitis totaq; res uacillat & claudicat. Nam qd est quod minus probari possit: q̄ omniū in me incidere imagines. Homeri: Archilochi: Romuli. Nūmæ: Pythagore. Platonis: nec ex forma qua illi fuerūt? Quomodo ergo illi & quorū imagines. Orpheum poetam docet Aristoteles nunq̄ fuisse: & hoc orphicū carmē Pythagorei ferunt cuiusdā fuisse cerdonis. At Orpheus idest imago eius ut uos uultis in animū meū sæpe incurrit. Quid quod eiusdē hominis in meū alię: alię id tuum. Quid quod earum rerum: quæ nunq̄ omnino fuerunt: neq; esse potuerunt: ut scyllæ ut chimeræ. Quid quod hominū locorū urbiū earū quas nunq̄ uidimus. Quid quod simul ac mihi collibitū est præsto est imago. Quid quod etiam ad dormientē uenit ut inuocatæ? Tota res Vellei nugatoria est: uos autem nō modo oculis imagines sed etiam animis inculcatis: tanta est ipunitas garriandi: ad quam lincenter fluentū frequēter trāsitio fit uisionū: ut e multis una uideat. Puderet me dicere nō itelligere: si uos ipsi intelligeretis qui ista defenditis. Quo modo. n. probas: quæ continent imagines ferri: aut si cōtinētur: quo modo æterne. Innumerabilitas inquit suppeditat athomorū: nū eadem ergo ista facient: ut sint omnia sempiterna. Confugis ad æquabilitatem sic enim isonomiam si placet appellemus: & ais quoniam si natura mortalis immortalem ēt esse oportere. Isto modo quoniam homines mortales sunt: sint aliqui immortales: & quoniam nascuntur in terra: nascantur in qua & quia sunt quæ interminant: sint quæ con-

ſeruent. Sint ſane: ſed ea cõſeruent quæ ſunt. Deos iſtos eſſe nõ ſentio omnis tamẽ iſta rerũ effigies: ex diuinis quo modo corporibus oritur. quæ etiã ſi eſſent quæ nulla ſunt: pellere ſe ipſa & agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare. fucare: colorare: animare nõ poſſent. Nullo igitur modo immortalem deũ efficitis. Videamus nũc de beato. ſine uirtute certe nullo modo. Virtus autẽ actuoſa: & deus ueſter nihil ages expers uirtutis igitur ita ne beatus quidẽ. Q uæ ergo uita ſuppeditatio inquis bonorũ nullo malorum interuẽtu. Q uorum tãdem bonorum? Voluptatum credo nempe ad corpus pertinẽtium. Nullam enim nouiſtis: niſi profectam a corpore: & redeuntem ad corpus animi uoluptatem. Non arbitror te Vellei ſimilem eſſe epicureorũ reliquorum: quos pudeat earũdem Epicuri uocum. quibus ille teſtatur ſe ne intelligere quidẽ ullum bonum: quod ſit ſeiunctum a delicatis & obſcenis uoluptatibus. quas quidem nõ erubeſcens proſequitur omnes nominatim. Q uẽ cibũ igitur aut quas potiones: aut quas uocum & florum uarietates: aut quos tactus. quos odores adhibetis ad deos: ut eos perfũdas uoluptatibus? Vt poetæ quidem nectar: ambroſiam epulis comparãt: & aut iuuẽtutem aut Ganymedem pocula miniſtrãtem. Tu autem Epicure quid facies. Neque enim habeat iſta deus tuus uideo: nec quo modo utatur. Locuplectior igitur hominũ natura ad beatæ uiuẽdum eſt q̃ deorũ: quod pluribus generibus fruitur uoluptatũ. At has leuiores ducis uoluptates. quibus quaſi titilatio (Epicuri enim hoc uerbum eſt) adhibetur ſenſibus. Q uouſq; ludis? Nam Philo noſter ferre nõ poterat aſpernari epicureos molles & delicatas uoluptates. Summa enim memoria pronunciabat plurimas Epicuri ſententias his ipſis uerbis: quibus erãt ſcriptæ. Metrodori uero qui eſt Epicuri collega ſapiẽtior: multa impudentiora recitabat? Accuſat enim Timocratem fratrem ſuũ Metrodorus. q̃ dubitet omnia: quæ ad beatam uitã pertineãt: neutre metiri: neq; id ſemel dicit: ſed ſæpius. Annuere te uideo: nota enĩ tibi ſunt. Proferrem libros: ſi negares Neq; nũc reprehendo. q̃ ad uoluptatẽ oĩa referãtur: alia eſt ea quæſtio: ſed doceo deos ueſtros eẽ uoluptatis expertes: ita ueſtro iudicio ne beatos quidẽ. At dolore uacãt. Satin eſt id ad illam abundãtem bonis uitã beatiſſimã? Cogitant inquiũt aſſidue beatos eſſe ſe: habent. n. nihil aliud quod agitent in mẽte. Comprehende igitur animo: & propone ante oculos deum nihil aliud in omni æternitate. niſi mihi pulchre eſt: & ego beatus ſum cogitantem. Nec tamẽ uideo quo modo uideatur iſte deus beatus: quũ ſine ulla intermiſſione pulſetur: agiteturq; athomorum incurſione ſempiterna: quumq; ex ipſo imagines ſemper affluãt: ita nec beatus eſt ueſter deus. nec æternus. At etiam de ſanctitate: de pietate aduerſus deos libros ſcripſit Epicurus? At quo modo in his loquitur. Vt Corruncanum. aut Sceuolam pontifices maximos te audire dicas: non eum qui ſuſtulerit omnem funditur religionem: nec manibus ut Xerxes ſed rationibus deorũ immortalium templa & ara euertit. Q uid eſt enim cur deos ab hominibus colẽdos dicas quum dii non modo homines nõ colant. ſed omnino nihil curent: nihil agant. At eſt eorum eximia quædam præſtanſq; natura: ut ea debeat ipſa per ſe ad ſe colẽdam elicere ſapientem. An quicq̃ eximium poteſt eſſe in ea natura: quæ ſua uoluptate lætans nihil nec actura ſit unq̃: neq; agat. neq; egerit? Q uæ porro pietas ei debetur: a quo nihil acceperis. Aut quid omnino cuius nullũ meritũ ſit: ei deberi poteſt: Eſt enim pietas iuſtitia aduerſum deos: cum quibus quid poteſt eſſe iuris. quũ homini nulla cum deo ſit cõmunitas. Sanctitas autem eſt ſciẽtia colendorũ deorum: qui quamobrem colendi ſunt nõ intelligo: nullo nec accepto ab iis: nec ſperato bono. Q uid eſt autem q̃ deos uenere

mur pp admiratõem eius naturæ.in qua egregiũ nihil uidemus:Nã ſupſtitione:quod gloriari ſoletis:facile eſt liberari:quũ ſuſtuleris oẽm uim deorũ.Niſi forte Diagorã aut Theodorũ.qui oío deos eſſe negabãt:cenſes ſupſtitioſe eſſe potuiſſe. Ego ne Prothagoram qdẽ ſequor:cui neutrũ libuerit:nec eſſe deos nec non eſſe. Horũ.n. ſniæ oium non mõ ſupſtitõem tollũt:i qua ineſt timor inanis deorũ:ſed ẽt religiõem: quæ deorũ cultu pio continetur.Quid ii duo qui dixerunt totam de diis imortalibus opiniõem fictã eſſe ab hoibus ſapientibus.r.p.cã:ut quos ratio non poſſet:eos ad officiũ religio duceret nõ ne oẽm religionẽ fũditus ſubſtulerũt:Quid Prodicus chius:q ea quæ ꝓdeſſent hoium uitæ deorũ in numero habita eſſe dixit:quã tandẽ religionem reliqt:Quid q aut fortes: aut claros:aut potentes uiros tradunt poſt mortẽ ad deos ꝓueniſſe:eoſq; eſſe ipſos quos nos colere præcari ueneraríq; ſoleamus nõ ne exptes ſunt religionũ oium. Quæ rõ maxime tractata ab Euchemero eſt:quẽ noſter & interprætatus:& ſecutus eſt præter cæteros Aennius.Ab Euchemero aũt & mores & ſepulturæ demonſtrantur deorũ. Vtrũ igitur hic confirmaſſe uidetur religiõem:aut penitus totam ſuſtuliſſe.omitto Eleuſinã ſanctam illam & auguſtã:ubi iniíciantur gentes orarum ultimæ.Prætereo ſamothraciam:eaq; quæ lemni nocturno aditu occulta coluntur ſilueſtribus ſepibus denſa: qbus explicatis ad rationẽq; reuocatis:rerum magis natura cognoſcitur q̃ deorũ.Mihi qdem Democritus ẽt uir magnus imprimis:cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit: nutare uidetur in natura deorũ. Tum.n.cenſet imagines diuinitate prædítas ineſſe uniuerſitati rerum:tum principia menteſq; quę ſunt in eodem uniuerſo deos eſſe dicit:tum aíantes imagines quæ uel prodeſſe nobis ſolent:uel nocere:tum ingentes quaſdã imagines:tantaſq;:ut uniuerſum mundum complectantur extrinſecus:q̃ quidẽ oía ſunt pría Democriti q̃ Democrito digniora:Quis.n.iſtas imagines compræhendere aío poteſt: quis admirari:quis aut cultu aut religione dignas iudicare:Epicurus uero ex aís hoium extraxit radicitus religionem:quũ diis imortalibus & opem & gratiam ſubſtulit. quũ .n.optimam & præſtantiſſimam naturam dei dicat eſſe:negat is idem eſſe in deo gratiã tollit:id quod maxime proprium eſt optimæ præſtantiſſimæq; naturæ.quid.n.eſt melius:aut quid præſtantius bonitate & beneficentia:qua quum carere deum uultis:neminem deo nec deum nec hominem carum:neminem ab eo amari neminem dílígí uultis.Ita fit ut non modo homines a deis:ſed ipſi dei inter ſe ab aliis alii negligantur.Quãto ſtoici melius:qui a uobis repræhenduntur: cenſẽt etiam ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos.Nihil eſt enim uirtute amabilius:quam qui adeptus erit:ubicunque erit gentium a nobis dílígetur. Vos autem quid mali datis: quum imbecillitatem gratificationem & beniuolentiam ponitis: Vt enim omittam uim & naturam deorum:ne homines quidem cenſetis niſi imbecilli eſſent benificos & benignos fuiſſe:Nulla eſt caritas naturalis inter bonos. Carum ipſum uerbum ẽ amoris: ex quo amicitiæ nomẽ eſt ductum:quam ſi ad fructum noſtrum referemus non ad illius commoda quem dílígimus.nõ erit iſta amicitia:ſed mercatura quædam utilitatem ſuarum Prata & arua & pecudum greges díliguntur iſto modo:q; fructus ex eis capiuntur.hominum caritas & amicitia gratuita eſt.Quanto igitur malis deorum:qui nulla re egentes ſunt: & inter ſe dílígunt:& hominibus cõſulunt:quod ni ita ſit:quid ueneramur:qd precamur deos.Cur ſacris põtifices:cur aruſpiciis augures præſunt. Quid optamus a diis imortalibus.qd̃ mouemus.At etiã liber eſt Epicuri de ſanctitate.Ludímur ab hoíe non tam faceto q̃ adſcribendi licentiam libero.quæ.n.põt eſſe ſanctitas. ſi dii humana

nõ curant? Q uæ aũt animãs natura nihil curans: Verius est igitur illud nimirum: qđ familiaris oium nostrum Possidonius disseruit in libro qnto de natura deorũ: nulloesse deos Epicuro uideri: quæq; iis de diis imortalibus dixerit inuidiæ detestãdę gratia dixisse. Neq;.n.tam desipiens fuisset: ut homunculis similem deum fingeret liniamentis dũtaxat externis: non habitu solido: membris hois præditum oibus: usu membrorum ne minimo quidem: exilem quendam atq; plucidum: nihil cuiq; tribuentem: nihil gratificantem: oio nihil curantem: nihil agentẽ: quæ natura primum nulla esse põt: idq; in deis Epicurus re tollit: oratione reliquit deos. Deinde si maxime talis est deus: ut nulla gra nulla hoium caritate teneatur ualeat. Q uid.n. dicam propitius sit: Esse.n. propitius põt nemini quoniam ut dicitis ois imbecillitate est & gratia & caritas.

M. Tullii Ciceronis de natura deorum liber secundus.

Q Væ quum Cotta diaisset. tũ uelleius ne ego inqt incautus: q cum academico & eodẽ rhetore congredi conatus sũ. Nã neq; indisertũ academicũ ptimuisse: nec sine ista philosophia rhetorẽ q̃uis eloquẽtẽ. Neq;.n. flumie conturbor inaniũ uerborũ: nec subtilitate sententiarum: si oronis est siccitas. Tu at Cotta utraq; re ualuisti: corona tibi & iudices defuerunt: sed ad ista alias. Nunc luciliũ si ipsi cõmodum ẽ: audiamus. Tum Balbus eundẽ inquit mallẽ audire Cottam: dum qua eloquẽtia falsos deos sustulit: eadẽ ueros inducat. Est.n. & philosophi & põtifícis & Cottæ: de diis imortalibus hr̃e non errantẽ & uagã ut academici: sed ut nr̃i stabilẽ certãq; sniam. Nã contra Epicurũ satis supq; dictũ est: sed hẽo audire tu ipse cotta qd sẽtias: An inqt obtitus es qđ initio dixerim: facilius me talibus præsertim de rebus qd non sentirẽ: q̃ qd sentirem posse dicere. Q uod si haberẽ aliquid: qđ liqueret: tñ te uicissim audire uellẽ quũ ipse tã multa dixisse. Tum Balbus geram tibi morẽ: & agam q̃ breuissime potero &.n. conuictis Epicuri erroribus lõga de mea disputatione detracta oro est. Oino diuidunt nr̃i totã istam de diis immortalibus quæstionẽ in ptes quatuor: primũ docent esse. Deinde quales sint. Tũ mundum ab his adminístrari. Postremo cõsulere eos rebus humãis: Nos aũt hoc sermõe quæ priora duo sunt sumamus: tertiũ & quartũ quia maiora sunt puto esse in aliud tps differẽda. Mínime uero inquit Cotta: nã & ociosi sumus: & iis de rebus agimus quæ sunt ẽt negociis anteponẽda. Tũ lucilius ne egere qdẽ uideẽ inqt oro ne prima pars. Q uid.n. põt esse tã aptum: tamq; pspicuum: quũ cælum suspexius: cælestiaq; cõtemplati sumus: q̃ esse aliquod numen præstantissime mentis: quo hæc regãtur. Q uod ni ita esset: q potuisset assensu oium dicere Ennius: Aspice hoc sublime candens: quem inuocant oẽs Iouem. Illum uero & Iouem & domiatorem rerum: & oia nutu regentem: & ut idem Ennius: patrem diuumq; hoium q;: & præsentem ac præpotentem deum: quod qui dubitet haud sane intelligo cur non idem solus sit: an nullus sit q dubitare possit. quid.n. est hoc loco euidentius: Q uod nisi cognitum compræhensũq; animo haberemus: non tam stabilis opinio pmaneret: nec confirmaretur diuturnitate temporis: nec una cũ sæculis ætatibusq; hoium inueterare potuisset. Eteni uidem9 cæteras opiniones fictas atq; uanas diuturnitate extabuisse. Q uis.n. hyppocẽtaurũ fuisse aut chimerã putat: quæ ue anus tã excors iueniri põt: quæ illa quæ quõdã credebãt apud inferos portenta extimescat: Opinionum.n. commenta delet dies: naturæ iudicia

confirmat: Itaq; & in nostro populo & in cæteris deorum cultus religionumq; sanctitates existunt in dies maiores atq; meliores: idq; euenit non temere nec casu: sed q; p̃sentiam sæpe diui sui declarat: ut apud regillum bellũ latinorũ: quũ. A. posthumius dictator cũ Octauiano Manilio tusculano prælio dimicaret i nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare uisi sunt: & recentiore memoria iidem tyndaridæ p̃sem victũ nunciauerunt. p. n. uacienus auus huius adolescentis: quũ e præfectura reatina romã ueniẽti noctu duo iuuenes cũ equis albis dixissent regẽ persem illo die captũ: senatui nũciauit. Et primo quasi temere de re. p. locutus in carcerẽ coniectus est. Postea Paulo litteris allatis quum idem dies constitisset: & agro a senatu & uacatione donatus est. Atq; ẽt quũ ad fluuiũ sagram crotoniatas locri maximo prælio deuicissent: eo ipso die auditã esse eã pugnam ludis olympiæ memoriæ proditum est. Sæpe faunorũ uoces exauditæ: sæpe uisæ & formæ deorũ quennis aut non habetẽ aut impiũ: deos præsentes esse confiteri coegerunt. Prædictiones uero & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarãt: nisi hoibus ea quæ sint ostendi: monstrari: portendi: prædici: ex quo illa ostenta: mõstra: portẽta: prodigia dicuntur? Quod si ea ficta credimus licentia fabulorũ Mopsum Tiresiam Amphiaraum Calchantẽ helenum: quos tamen augures ne ipæ quidem fabulæ asciuisset: si res oio repudiarent: ne domesticis quidem exemplis docti numen deorũ cõprobauimus: Nihil nos. P. Claudii bello punico primo temeritas mouebit: qui ẽt per iocũ deos irridens: quum caueã liberati pulli non pascerentur: mergi eos in aquã iussit ut biberent: qm̃ esse nollent: qui risus classe deuicta multas ipsi lachrimas: magnam. r. p. clades attulit. Quid collega eius iunius eodem bello: nõ ne tempestate classẽ amisit quũ aspiciis non peruisset? Itaq; P. Claudius a populo cõdẽnatus est. Iunius necem sibi ipse consciuit. C. Flamminiũ Celius religione neglecta cecidisse apud trasimenũ scribit cũ magno. r. p. uulnere. Quorum exitio intelligi potest: eorum impiis rem. p. amplificatã qui religionibus paruissent. Et si conferre uolumus nostra cum externis: cæteris rebus aut pares: aut etiam inferiores repiemur: religione. i. cultu deorum multo supiores. An Actii neuii lituus ille quo ad inuestigandum suẽ regiones uineæ terminauit: contemnẽdus est: Crederem nisi eius augurio rex Hostilius maxia bella gessisset: sed negligẽtia nobilitatis augurii disciplina omissa: ueritas auspiciorum spreta est species tm̃ retenta. Itaq; maxime. r. p. partes in his bellis: quibus. r. p. salus cõtinetur: nullis auspiciis administrantur: nulla pennia seruanẽ: nulla ex acuminibus nulli uiri uocanẽ ex quo i p̃cto testamẽta perierunt. Tum. n. bella genere nostri duces incipiunt: quũ auspicia posuerunt. At uero apud maiores tanta religionis uis fuit: ut quidam impatores ẽt seipsos dis immortalibus capite uelato uerbis certis pro. r. p. deuouerent. Multa ex sibylinis uaticinationibus: multa ex aruspicũ responsis commemorare possum: qbus ea confirmãtur: quæ dubia nemini debent esse. Atqui & nostrorum augurum & hetruscorum & haruspicum disciplinam. P. Scipione. C. figulo consulibus: res ipsa p̃bauit: quos quũ Ti. gracchus eos iterũ recrearet primus rogatorũ ut eos rettulit ibidẽ & repente mortuus Gracchus quũ comitia nihilominus pegisset remq; illam in religionẽ populo uenisse sentiret: ad senatum rettulit: senatus quos assoleret referẽdum cẽsuit. haruspices introducti responderunt non fuisse iustum commitiorũ rogatorem. Tum Gracchus ut e patre audiebã icẽsus ira ita ne uero ego nõ iustus: q & cõsul rogaui & augur & auspicator: Annuos tusci & barbari auspiciorũ. p. r. ius tenetis: & iterp̃tes eẽ cõmitiorũ potestis. Itaq; tũ illos exire iussit. Post ãt ex p̃untia lras ad collegiũ misit: se cũ legeret libros recordatũ

esse uitio sibi tabernaculū captum fuisse in hortos Scipionis. Quod quū pomeriū postea intrasset habendi senatus cā: in redeundo quū idē pomeriū transiisset: auspicari eēt oblitus. Itaq; uitio creatos consules esse augures rē ad senatum: senatus abdicarent cōsules abdicauerūtq;. Quærimus exempla maiora: Vir sapientissimus atq; haud scio an oīum præstantissimus peccatum suum quod celari posset: confiteri maluit: q̄ hærere in r.p. religionē. Consules summū impium statim deponere: q̄ id tenere punctū tpis contra religionē: magna augurū auctoritas. Quid aruspicū ars: non ne diuia: hæc innumerabilia ex eodē genere q uideat: nōne cogatur confiteri deos esse: quorum interptes sunt eos ipsos esse certe necesse est: deorū aūt interprætes sunt: deos igitur esse fateamur. At fortasse non oīa eueniunt: quæ prædicta sunt: ne ægri q̄dem: quia non oēs conualescunt idcirco ars nulla medicina est. Signa ostenduntur a diis rerum futurarum: in his si q̄ erraverunt: non deorum natura: sed hoīum coniectura peccauit. Itaq; inter oēs omnium gētium summa constat. Omnibus. n. re innatum est: & in aīo quasi insculptum esse deos. Quales sint uarium est: esse nemo negat. Cleanthes quidem noster quatuor de causis dixit in animis hoīum informatas deorum esse notiones. Primam posuit ea de qua mō dixi: quæ orta esset ex præsensione rerum futurarum. Alteram: quam ceperimus ex magnitudine commodorum quæ pcipiuntur cæli temperatione: fœcunditate rerum terrarum: aliarumq; commoditatum complurium copia. Tertiam: quæ terreret aios fulminibus: tempestatibus nimbis: niuibus: gradinibus: uastitate pestilentia: terræmotibus & sæpe fremitibus: lapideisq; imbribus & guttis hymbrium quasi cruentis: tum lapidibus aut repentinis terrarum hiatibus: tum præter naturam hoīum: pecudumq; portentis: tum facibus uisis cælestibus: tū stellis his: quas græci Cometas: nostri crinitas uocant: quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ: tū sole geminato: quod & ex patre audiui Tuditano & Aquilio Consulibus euenerat: quo q̄dem anno. P. africanus sol alter extinctus est: quibus exterriti hoīes: uim quandā eē cælestem & diuinam suspicati sunt. Quartam causam esse: eamq; uel maximam inæquabilitatem motus conuersionem cæli: solis: lunæ: syderūq; oīum distinctionem: utilitatē pulchritudinem: ordinem: quarum rerum aspectus ipse satis iudicaret non esse fortuita. Vt si quis in domū aliquam aut i gymnasium aut in forū uenerit: quum uideat oīum rerum rationē: modum: disciplinam: nō possit ea sine causa fieri iudicare: sed esse aliquē intelligat: qui præsit & cui pareat: multo magis in tantis motibus: tantisq; uicissitudinibus tā multarūrerū atq; tantarū ordinibus: in q̄bus nihil unq̄ immensa & infinita uetustas: mentita sit: statuat necesse ē ab aliqua mēte tātos naturæ motus: gubernari. Chrysippus quidem q̄q̄ acerrimo ingenio: tamen ea dicit ut ab ipsa natura didicisse: non ut ipse repperisse uideatur: Si. n. inquit est aliquid in rerum natura: q̄d hoīs mens quod ratio quod ius: quod potestas humana efficere non possit: est certe id quod illud efficit hoīe melius: Atqui res cælestes: oēsq; hæ quarum est ordo sempiternus ab hoīe confici non possunt: Est igitur id quo illa conficiuntur hoīe melius: id autem quid potius dixerim q̄ deum: largitate fundit ea: ferarum ne an hoīum causa gignere uidetur. Constat autem quæ gignit ex sese: perfectiores habere naturas: q̄ ea quæ ex iis efferantur. Oīum aūt rerum quæ natura administrantur seminator: & sator: & parens ut ita dicam atq; educator. & altor est mundus. oīaq; sicut membra & partes suas nutricat & continet. Quod mundi partes natura administrantur necesse est mundū ipsum natura administrari. cuius quidem administratio nihil habet in se quod repræhendi possit. Exiis enī naturis

quæ erãt quod effici optimũ potuit effectũ é. Doceat ergo aliquis potuisse melius sed nemo unq̃ docebit: & si quis corrigere aliquid uolet: aut deterius faciet: aut id qd fieri nõ potuit: desiderabit. Quod si omnes mũdi partes ita cõstitutæ sunt ut neq; ad usum meliores potuerũt esse: neq; ad speciẽ pulchriores: uideamus utrũ ea fortuita sint: an eo statu: quo cohærere nullo modo potuetint: nisi sensu moderãte diuinaq; prouidẽtia. Si ergo meliora sũt ea: quæ natura: q̃ illa quæ arte profecta sũt: nec ars effici quicq̃ sine ratione: nec natura quidẽ rationis expers ẽ habẽda. Quid igitur cõuenit signũ aut tabulã pictam: quũ aspexeris scire adhibitã esse artẽ: quũq; procul sursum nauigiũ agi uideris nõ dubitare quin id ratione atq; arte moueatur: aut quum solarium uel descriptum aut ex aqua comtẽplere itelligere. declarari horas arte nõ casu: mũdum autem: qui & has ipsas artes & earum artifices & cuncta complectatur: cõsilii & rationis esse expertẽ putare. Quod si in scythiam aut in britanniã spheram aliquis tulerit hãc quã nuper familiaris noster effecit Possidoñius: cui9 singulæ conuersiones idem efficiũt in sole & in luna & in quinq; stellis errãtibus: quod efficitur in cælo singulis dieb9 & noctibus: qs in illa barbarie dubitet quin ea sphera sit perfecta ratione: hi aũt dubitãt de mũdo ex quo & oriũtur & fiunt omnia: casu ne ipse sit effectus: an necessitate aliqua: an ratiõe. an mẽte diuina. Et Archimebẽ arbitrãtur plus ualuisse in imittandis spheræ conuersionibus: q̃ natura in efficiendis: præsertim quũ multis partibus sint illa perfecta. quã hæc simulata solertius. Atq; ille apud actium pastor: qui nauem nunq̃ ante uidisset: ut procul diuinum & nouum uehiculum argonautarũ ex alto conspexit: primo admirãs & perterritus hoc modo loquitur. Tanta moles labitur fremebũda ex alto ingẽti sonitu & strepitu: præ se undas euoluit: uertices ui suscitat. ruit prolapsa: pelagus respgit. ꝓfluit ita dũ interruptũ credas nimbũ uolueri dum quod sublime uentis expulsũ rapi saxũ aut procellis: uel globosos turbines existere ictos undis cõcursãtibus: ni quas terræ stres pontus strages cõcier. aut forte Triton fuscina euertẽs specus subter radices penit9 undãte uenire freto molẽ ex profũdo saxeã aut cælũ eruí. Dubitat primo quæ sit ea natura quã cernit ignotam: idemq; iuuenibus uisis: auditoq; nautico cantu sicut iciti atq; alacres ostris perfremunt delphini. Item alia multa: silua melo consimilẽ ad aures cantũ & auditum refert. Ergo ut hic primo aspectu inane quiddam: sensuq; uacuũ se putat cernere: post autem signis certioribus quale sit id de quo dubitauerat: incipit suspicari: sic philosophi debuerunt: si forte eos primus aspectus mũdi cõturbauerat: postea quũ uidissent motus eius finitos & æquabiles: omniaque ratis ordinibus moderata: immutabiliq; cõstantia: intellígere ineſſe aliquem nõ solum habitatorem in hac cælesti ac diuina domo sed etiam rectorem & moderatorem & tanq̃ architectum tanti operis: tantiq; muneris Nũc aũt mihi uidẽtur ne suspicari qdẽ: quata sit admirabilitas cælestiũ rerũ atq; terræ strium. Principio. n. terra sita in media parte mũdi circũfusa undiq; est hac animabili spirabiliq; natura: cui nomen est aer: græcum illud quidem sed perceptum iam tamen usu a nostris: tritum est enim pro latino. Hunc rursus amplectitur immensus æher: qui cõstat ex altissimis ignibus: Mutuemur hoc quoq; uerbum: dicaturq; tam æther latine q̃ dicitur aer: & si interpretatur Pacuuius hoc quod memoro nostri cælũ: gratii peribẽt æthera: quasi uero non grauis hoc dicatur: At latine loquitur: si quidem nos nõ quasi græce loquentẽ audiamus. Docet idẽ alio loco graiugena: de isto aperit ipsa oratio sed ad maiora redeamus. Ex æthere igitur innumerabiles flammæ syderũ existunt: quorũ est princeps sol: omnia clarissima luce collustrans multis partibus maior atq; amplior:

q̄ terra uniuersa: deinde reliqua sydera magnitudinibus imensis: Atq; hi tanti ignes tāq; multi non modo nihil nocent terris: rebusq; terrestribus: sed ita prosūt: ut si mota loco sint coflagrare terras necesse sit: a tātis ardoribus moderatione & tēperatione sub lata. Nec ego non mirer esse quenq̄: qui sibi pſuadeat corpora quædā sollida: atq; indi uidua ui & grauitate ferri: mundūq; effici ornatissimū & pulcherrimū ex eorū corporū concursione fortuita. Hoc q existimat fieri potuisse: non intelligo cur non idē putet: si i numerabiles unius & uiginti formæ litterarū uel aureæ uel quales libet aliquo cōiiciā tur posse ex his i terrā excussis annales Ennii ut deinceps legi possint effici: qđ nescio an ne i uno quidē uersu possit tātū ualere fortuna. Isti āt quēadmodū asseuerāt: ex corpu sculis nō colore: nō qualitate aliq̄: quā poetoteta græci uocāt nō sensu p̄ditis sed cōcur rētibus temere atq; casu mundū esse perfectū. Vel inuberabiles potius in oi pūcto tē poris alios nasci: alios interire. Q uod si mūdum efficere pōt concursus athomorū: cur porticū cur tēplū: cur domū cur urbē nō potest: quæ sunt minus operosa: & multo qui dē faciliora: Certe ita temere de mūdo efficiūt mihi nōunq̄ hūc admirabilē cæli ornatū: q locus est pxim⁹: suspexisse uideant. Præclare ergo Aristoteles si essent iquit qui sub terra sēper habitauissēt bonis & illustribus domicilijs: q̄ essēt ornata signis atq; pictu ris istructaq; rebus his oibus: quibus abundant hi: q beati putantur: nec tñ exissēt un q̄ supra terram: accepissēt autē fama & auditione esse quoddā numē & uim deorū: de inde aliquo tēpore patefactis terræ faucibus ex illis abditis sedibus euadere in hæc lo ca q̄ nos incolimus: atq; exire potuissent: quum repente terram & maria: cælūq; uidis sent: nimbiū magnitudinē: uentorumq; uim cognouissent: asp exissentq; solem: eius q; tum magnitudinem pulchritudinem tū etiam efficientiā cognouissent: q; is diē effi ceret: toto cælo lucæ diffusa: quū autem terras nox opacasset: tum totum cælum cer nerent astris distinctū: & ornatum: lunæq; luminum uarietatem: tum crescentis: tum senescentis. eorumq; omniū ortus & occasus: atq; in omni æternitate ratos: innumebi lesq; cursus: quæ quum uiderent: profecto & esse deos: & hæc tanta opera deorum es se arbitrarentur: Atq; hæc quidem ille. Nos autem tenebras cogitemus tantas: quan tæ quondam eruptione ethneorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur: ut per biduum nemo hominem homo agnoscceret. Q uum autem tertio die sol illuxisse tum ut reuixisse sibi uiderentur. Q uod si hoc idem ex æternis tenebris contingeret: ut subito lucem aspiceremus: quænam species cæli uideretur? Sed assiduitate quoti diana & consuetudine oculorum assuescunt animi: neq; admirantur: neq; requirunt rationes earū rerum quas semper uident: perinde quasi nouitas nos magis q̄ magnitu do rerum debeat ad exquirēdas causas excitare. Q uis enim hunc hominem dixerit: qui quum certos cælimotus: tam ratos astrorum ordines: tamq; omnia inter se connexa & apta uiderit: neget in his ullam inesse rationē: eaq; casu fieri dicat: quæ quanto consilio gerantur: nullo consilio assequi possumus: An quum machinatione aliqua moueri ali quid uidemus. ut speram ut horas ut alia permulta: non dubitamus quin illa opera sint rationis: quum autem impetū cæli cum admirabili celeritate moueri uerticq; uideamus constantissime conficientem uicissitudines anniuersarias cū summa salute & conserua tione rerū omnium: dubitamus quin ea nō solū ratione fiant sed etiā excellenti diuinaq; ratione. Licet enim iam remota subtilitate disputandi oculis quodammodo cōtempla ri pulchritudinem rerum earum: quas diuina prouidentia dicimus constitutas. Ac prin cipio terra uniuersa cernatur locata in media sede mūdi solida & globosa & undiq; ipsa

in sese nutibus suis conglobata: uestita floribus: herbis. arboribus: frugibus. quorum omniū incredibilis multitudo insatiabili uarietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas perēnitates: liquores perlucidos: omniū ripparū uestitus uiridissimos. speluncarū cauas altitudines: saxorum asperitates: impendentium montium altitudines: immensitatesq; camporum. Adde etiam recōditas auri argentiq; uenas: infinitamq; uim marmoris. Quæ uero & q̄ uaria genera bestiarū uel cicurū uel ferarū? qui uolucrū lapsus atq; cātus: qui pecudū pastus. quæ uita siluestriū? Quid iam de hominū genere dicam qui quasi cultores terræ cōstituti nō patiuntur eā nec immanitate beluarū efferari: nec stirpiū asperitate uastari: quorūq; operibus agri: insulæ. littoraq; collucēt distincta tectis & urbibus: quæ si ut animis sic oculis uidere possemus: nemo cunctā intuēs terrā de diuina ratione dubitaret. At uero quāta maris est pulchritudo: quæ species uniuersi quæ multitudo & uarietas insularū quæ amēitates orarū & littorū. quot genera quāq; disparia partim submersarū partim fluitātium innātium beluarū: partim ad saxa natiuis testis inhærētiū. Ipsum autē mare sic terrā appetēs littoribus eludit ut una ex duabus naturis cōflata uideat: & ex inde mari finitimus aer die & nocte distinguitur. Is cū fusus & extēnuatus sublime fertur: tum aūt cōcretus in nubes cogitur. humoreq; colligens terrā auget imbribus: tum effluens huc & illuc uentos efficit. Idē annuas frigorum & ealorū facit uarietas. idemq; & uolatum alitū sustinet: & spiritus ductus alit & sustentat animātes. Restat ultimus & a domiciliis nostris altissimus omnia cingens & coercens cæli cōplexus: qui idem æther uocatur. extrema ora & determinatio mūdi in quo quum admirabilitate maxima igneæ formæ cursus determinatos definiunt ex quibus sol cuius magnitudine multis partibus terra superatur. circū eam ipsam uoluitur isq; oriēs & occidēs diē noctemq; cōficit: Et modo accedēs. tū aūt recedēs binas in singulis annis reuersiōes ab extremo cōtrarias facit quarū interuallo tū quasi tristitia quadā cōtrahit terrā: tū uicissim lætificat: ut cū cælo hilarata uideatur. Luna aūt quæ ē ut ostēdūt mathematici maior q̄ dimidia pars terræ: hisdē spaciis uagat' qbus sol. Sed tū congrediēs cū sole. tum digrediens & eam lucē quā a sole accipit. mittit in terras & uarias ipsa lucis mutationes. Atq; ēt tū subiecta atq; opposita soli radios eius & lumē obscurat: tum ipsa incidens in umbrā terræ quū est ex regione solis interpositu interiectuque terræ repēre deficit: hisdēq; spatiis hæ stellæ quas uagas dicimus circū terrā ferūtur: eadēq; modo oriūtur & occidūt quorū motus tū incitātur: tū retardātur: sæpe etiā insistūt. quo spectaculo nihil potest admirabilius eē nihil pulchrius. Sequitur stellarū inhærētiū maxima multitudo quarū ita descripta distinctio ē. ut ex nota figurarū similitudine nomina inuenerint. Atq; hoc loco me intuēs: utar inquit carminibus Arati. eis quæ a te admodū adolescētulo cōuersa ita me delectāt qa latina sūt ut multa ex iis memoriā teneā. Ergo ut oculis assidue uidem⁹ sine ulla mutatiōe aut uarietate: cætera labunt' celeri cælestia motu. Cū cæloq; simul noctesq; dieſq; ferunt'. Quorū cōtēplationē nullius expleri pōt animus naturæ cōstantiā uidere cupiētis. Extremusq; adeo duplici de cardine uertex dicitur esse polus: hūc circū arctoæ duæ ferūtur: nunq̄ occidētes. Ex his altera apud græcos cynosura uocatur: altera dicitur esse helice. cuius quidē clarissimas stellas totis noctibus cernimus. Quas nostri septem solīti uocitare triones Paribusq; stellis similiter distinctis eundē cæli uertica lustrat parua cynosura. Hac si dūt duce nocturna fenices in alto. Sed prior illa magis stellis distincta refulget. Et late prima cōspectima nocte uidetur. Hæc uero parua est: sed nautis usus in hac est. Nam

quid de hominū

sol

Luna

curſu interiore breui conuertitur orbe. Et quo ſit eatum ſtellarum admirabilior aſpectus. Has inter uelut irapido cum gurgite flumē: Toruus draco ſerpit ſubter ſupraq; reuoluens Seſe cōficienſq; ſinus ex corpore flexos: Eius cū totius eſt præclara ſpecies imprimis ſuſcipienda eſt figura capitis atq; ardor oculorum. Huic nō una modo caput ornās ſtella relucet: Verū tēpora ſunt duplici fulgore notata: Et rucibuſq; oculis duo feruida lumina flagrat: Atq; uno mentum radiāti ſydere lucet: Obſtipūq; caput tereti ceruice reuulſum: Obtutū in cauda maioris figere dicas. Et reliquū quidē corpus draconis totis noctibus cernimus. Hoc caput hic paulū ſeſe ſubitoq; recundit: Ortus ubi atq; obitus partim miſcetur in ana. Id autem caput attingēs defeſſa uelut merētis imago uertitur: quā quidem græci eugonoſiam uocāt: genibuſq; nixa feratur: Hic illa exi mio poſita eſt fulgore corona. Atq; hæc quidem a tergo: propter caput autem anguitenēs: Q uē claro perhibēt offuſcum nomine grai: Hic p̄ſſu duplici palmarū cōtinet anguem: Atq; eius ipſe manet religatus corpore toto. Nam uirum mediū ſerpēs ſub pectora cingit. Ille tamē nitēs grauite. ueſtigia ponit: Atq; oculos urget pedibus: pectuſq; repēte: Septentriones autem ſequar. Arthophylax uulgo qui dicitur eſſe boetes: Q uod quaſi themone adiunctam præ ſe quatit arctum. Deniq; ſequuntur huic & enī boeti ſubter præcordia fixa uidetur. Stella micās radiis acturus nome claro: Cuius ſubiecta fert: Sphæricum illuſtre tenēs ſplēdenti corpore uirgo. Atq; ita demetita ſigna ſunt: ut in tātis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat. Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti: Subiectus media eſt cācer. pedibuſq; tenetur. Magnus leo tremulā quatiens e corpore flāmā. Auriga ſub leua geminorū obductus pte feretur. Aduerſū caput huic helice truculēta tuetur. At capra leuum humerū claro optinet: tumq; ſequuntur Verū hæc eſt magno atq; illuſtri p̄dita ſigno. Contra cæli exiguum iaciūt mortalibus ignē: cui9 ſub pedibus Corniger eſt ualido cōnexus corpore taurus. Eius coput ſtellis conſperſum eſt frequētibus: has græci ſtellas hyadas uocitare cōſueuerunt a pluendo hym. n. eſt pluere: Noſtri itnpite ſucculas: quaſi a ſuib9 eēnt nō ab imbrib9 nominatę: Minorē aūt ſeptentrionē Cepheus paſſis palmis terga ſubſequitur: Namq; ipſū ad tergū cynoſura uertitur arcti. Hunc antecedit obſcura ſpecie ſtellarū caſiopea. Hæc aūt illuſtri uerſatur corpore propter. Andromada fugiens aſpectum mœſta parētis: Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti: Summū contingit caput aluo ſtellaq; iungens: Vna tenet duplices communi lumine formas: Aeternū ex aſtris cupiēs connectere modum: Exin contortis aries cum cornibus hæret. Q uē propter piſces: quorū alter paulū p̄labitur ante: Et magis horriferis aquilonis tangitur auris. Ad pedes andromade Perſeus deſcribitur. Q uē ſūma regione aquilonis flamina pulſant: Cuius propter leuū genu uergilias tenui cū luce uidebis. Inde fides poſita leuiter & cōuexa uidetur. Inde eſt ales uis lato ſub tegmine cæli: Capiti aūt equi proximat aquarii dextra: totuſq; deinde aquarius: Tū gelidū ualido de pectore frigus anhelās: Corpore ſemifero magno capricornus in orbe: Q uē quū ppetuo ueſtiuit lumine titā: Brumali flectēs cōtorquet tēpore currū. hic āt aſpiciť: Seſe emergēs oñdit ſcorpi9 alte: Poſteriore trahēs plexū in corpis arcū. Q uē ppter nitēs pennis cōuoluiť ales. At ppter ſe aquilā ardēti cū corpe portat. Deinde delphinus: Exinde orion obliquo corpe nitēs: quē ſubſequēs: Feruidus ille canis ſtellarū luce refulget. Poſt lupus ſubſequiť curriculū nūq; defeſſo corpore ſedās. At cāis ad caudā ſerpēs ꝓlabiť argo: Hāc aries tegit & ſquāoſo corpe piſcis Fluminis illuſtris tangentē corpore rippas: quē longe ſerpentem & manentē aſpicies:

uius illi nomine

procero q̄ uincla uidebis: Q uæ retinent pisces caudarū a parte locata. Inde nempe cernes ꝓpter fulgentis acumē Arā: quā flatu permulcet spiritus austri: propter quæ cēturus: Cædit equi partis ꝓperās submergere cetis: Hic dextram porrigens quadrupes: qua iusta tenet̄ Tendit: & illustrē truculētus cædit ad arā. Hic sese infernide partibus erigit hydra: Cuius lōge corpus est fusum: In medioq̄ sinu fulgens cratera relucet Extremā nitēs plumato corpore coruus. Rostro tēdit & hic geminis ē ille sub ipsis Ante canē: prochion graio qui noīe fert̄. Hæc omnis descriptio syderū atq̄ hic tātus cæli ornatus ex corporibus huc & illuc casu & temere cōcurrantibus potuisse effici cuiq̄ sano uideri potest? At uero quæ alia natura mēte & rōnis exps hoc efficere potuit: q̄ non mō ut fierēt: rōne eguerūt: sed intelligi qualia sint sine summa ratione nō possunt: Nec uero hæc solū admirabilia: sed nihil maius: q̄ q̄ ita stabilis est mūdus: atq̄ ita cohæret ad pmanēdū: ut nihil ne excogitari quidē possit aptius. Omnes enī partes eius undiq̄ medīū locū capessentes nitunt̄ æqualiter: maxime aūt corpora inter se iuncta permanēt: quū quasi quodā uinculo circūdata colligantur: quod facit ea natura: quæ per omnem mūdum omnia mente & ratione conficiens funditur: & ad medium rapit: & conuertit extrema. Q uo circa si mundus globosus est. ob eāq̄ causam omnes eius partes undiq̄ æquales ipsæ per se atq̄ inter se continentur: contingere idem terræ necesse ē: ut omnibus eis partibus in medium uergētibus. Id autem medium infimum in spera est: nihil interrumpat: quo labefactari possit tanta contentio grauitatis & ponderum: Eademq̄ ratione mare quum supra terram sit: medium tamen terræ locum expetens: congloba tur undiq̄ æqualiter: neq̄ redundat unquam: neq̄ effunditur. Hinc aūt continens aer fertur ille quidem leuitate sublimi: sed tamen in omnes partes se ipse fundit. Itaque & mari cōtinuatus & iūctus est: & natura fertur ad cælū: cuius tenuitate & calore tēperatus uitalē & salutarē spiritū præbet animātibus: quē complexa summa pars cæli quæ æthera dicitur: & suum retinet ardorē tenuem: & nulla admixione concretū: & cum aeris extremitate cōiungit̄. In æthere aūt astra uoluuntur: quæ & se nixu suo globata cōtinēt: & forma ipsa figuras & sua momēta substētant: sūt enī rotūda quibus formis ut ante dixisse uideor: minime noceri pōt. Sunt autē stellæ natura flameæ: quo circa terræ maris aquarū uaporibus alunt̄ his qui a sole exagris tepefactis: & ex aquis excitāt̄: quibus altæ renouatæq̄ stelle atq̄ omnis æther effūdat eadē: & rursum trahunt in idē nihil ut fere intereat: aut admodum paulum: quod astrorū ignis & ætheris flamma cōsumat. Ex quo euēturum nostri putant id: de quo Panecium adubitare dicebant: ut ad extremum omnis mundus ignoscere t: quum humore cōsumpto: neq̄ terra ali posset: neq̄ remearet aer. cuius ortus aqua omni ex hausta eē nō posset. Ita relinqui nihil prēterignem aquo rursum animāte ac deo renouatio mundi fieret: atq̄ idem ornatus oriet̄ur. Nolo in stellarum ratione multus uobis uideri: maximeq̄ earum quæ errare dicūtur: quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus: ut quum summa Saturni refrigeret: media Martis incendat. his interiecta Iouis illustret & temperet. Infraque Martī duæ soli obediant: ipse sol mundum omnem sua luce compleat: ab eoq̄ luna illuminata grauiditates & pertus afferat: maturitatesq̄ gignēdi. Q uæ copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem: coaugumentatio naturæ quem non cōmouet. Hunc horum nil nunquam reputauisse certo scio. Age ut a cælestibus rebus ad terrestres ueniamus: quid est in his: in quo non naturæ ratio intelligentis appareat? principio eorum quæ gignuntur ex terra stirpes & stabilitatē dant iis quæ susti-

nent:& ex terra succũ trahũt:quo alantur ea quæ radicibus cõtinẽtur: obducũturq; li bro aut cortice trũci:qua sint a frigoribus & a caloribꝰ tutiores. Iã uero uires sic clauí culis ad minicula tãq; manibus apphendũt:atq; ira se erigũt ut animãtes:quin etiã a ca ulibus brassicisq; si populati sint ut apestiferis:& nocẽtibus refrugere dicũtur:nec eos ulla ex parte cõtingere:Animãtiũ uero quãta uarietas est:quãta ad eã rẽ uis:ut in suo quæq; genere pmaneãt:Q uarũ aliæ coriis tectæ sũt aliæ uillis uestitæ:aliæ spinis hir suræ:Pluma alias:alias squama uidemus obductas:alias esse cornibꝰ armatas:alias ha bere effugia pẽnarũ:pastũ aũt animãtibus natura largu & copiose eũ qui cuiq; aptus e rat cõperauit. Enumerare postõ ad eũ pastũ capessendũ cõficiendũq; quæ sit infiguris animãtiũ:& q̃ solers subtilisq; descriptio partũ:q̃q; admirabilis fabrica mẽbrorũ. Om nia enĩ quæ quidẽ intus inclusa sunt:ita nata atq; ita locata sunt:ut nihil eorũ supuaca neũ sit:nihil ad uitã detinẽdã nõ necessariũ. Dedit aũt eadẽ natura beluis & sensũ & ap petitũ ut alterũ conatũ haberẽt ad naturales pastus capessẽdos:altero secernerẽt pesti fera a salutaribus. Iã uero alia animalia gradiendo alia serpendo ad pastũ accedũt: uo lando:alia nãdo cibũq; ptim oris hiãtu & dẽtibus ipsis capessunt:ptim unguiũ tenaci tate arripiunt ptim aduncitate rostrorũ:alia fugunt:alia carpũt:alia uorant:alia mãdũt Atq; etiã aliorũ eas & humilitas:ut cibum terræstrem rostris faeile contingant:Q uæ autẽ altiora sunt ut anseres ut cygni ut grues ut cameli:adiuuãtur ꝑ ceritate collorum Mãus etiã data elephãtis:quia ꝓpter magnitudinẽ corporis difficiles aditus habebãt ad pastũ. At quibus bestiis erat is cibus:ut alius generis escis uescerẽtur: aut uires ma tura dedit:aut celeritas data ẽ:quibus dã ẽt machinatio quædã atq; solertia ut in arane olis. Aliæ quasi rete texũt:ut si qd inhæserint cõficiãt: aliæ aũt ex iopinatio obseruãt: & si qd incidit arripiũt:idq; cõsumũt. Pina uero(sic enĩ græce dicit)duabus grãdibus patula cõchis quũ parua squilla societatẽ coit cõperãdi cibi. Itaq; pisciculi parui in cõ cham hiantẽ innatauerint:tum admonita a squilla pina morsu cõprimit cõchas sic dissi millimis bestiolis communiter cibus quæritur. In quo admirãdum est tongressu:nec aliquo inter se an iam inde ab ortu naturæ congregatæ sint. Est etiã admiratio non nul la in bestiis a quatilibus:his quæ gignũtur in terra ueluti crocodilli: fluuiatilesq; testu dines,quædamq; serpentes ortæ extra aquam:simul hac primum niti possunt: aquam persequũtur. Q uin etiam anatum oua gallinis sæpe supponimus:ex quibus pulli or ti primum alũtur ab iis ut a matribus:a quibus excluſi fortiq; sunt:deide eas relinquũt & effugiũt:sequentes quum primum aquam,quasi naturalem domum uidere potue runt: tantam ingenuit in animantibus conseruandi sui natura custodiam. Legi etiam scriptum esse auem quãdam:quæ platalea nominaretur:etiam sibi cibum quærere ad uolantem ad eas naues:quæ se in mari mergerent:quæ quum emersissent:piscemq; ce pissent:usq; eo premere earum capita mordicus: dum captũ amitterẽt: id qd̃ ipsa inua dere. Eademq; hæc auis scribitur cõchis se solere complere:easq; quum stomachi calo re cõcoxerint euomere:atq; ita eligere exiis quæ sunt esculẽta. Ranæ aũt marinæ dica tur obruere sese arena solere:& moueri ꝓpe aquã:ad q̃s quasi adescã pisces quũ acces serint cõfici a ranis atq; cõsumi. Miluo ẽ quoddã bellũ naturale cũ coruo: ergo alter al teri ubicũq; nactus ẽ oua frangit. Illud uero ab Aristotele aĩaduersũ. a quo pleraq; uis potest nõ mirari. Grues quũ loca calidiora petẽtes maria transmittũt:triãguli efficere formã:eius aũt summo angulo aer ab iis aduersus pellitur:deinde sensim ab utroq; la tere tanq̃ remis:ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli:quam efficiũt

grues:ea tanq̃ a puppi uentis adiuuatur:ea æque in tergo præuolãtium colla & capita reponũt. Quod quia ipse dux facere nõ potest:quia nõ habetur ubi nitatur: reuolat ut ipse quoq; quiescat. In eius locũ succedit ex iis quæ assequitur.eaq; uicissitudo in omni cursu cõseruatur.Multa eiusmodi proferre possum.sed genus ipsum uidetis. Iã uero illa ẽt notiora quãto se opere custodiant bestiæ ut in pastu circũspectent.ut in cubilib9 delitescãt.Atq; illa mirabilia:q; ea quæ nuper ideſt paucis ante sæculis medicorũ ingeniis reperta sunt:uomitione canis purgare aluos ibes ægyptiæ curant Auditũ est pantheras:quæ i barbaria uenẽata carne carperẽtur.remediũ quoddã habere:quo ut esset usæ nõ morerẽtur.Capras autem in creta feras quum essent cõfixæ uenenatis sagittis hærbã quærere quæ dictamus uocaretur:quam quũ gustauissent sagittas excidere dicũt ex corpore.Ceruæq; pauloante ptũ perpurgãt se quadã hærbula:quæ seselis dicitur. Iã illa cernimus:ut cõtra metum & uim suis se armis queq; defendat:cornibus tauri:apri dentibus:morsu leones:aliæ fuga:aliæ occultatione tutantur. Atramẽti effusione sepiæ:torpore torpedines:multæ etiã insectantes odoris intolerabili fœditate depelluãt. Vt uero ppetuus mũdi esset ornatus: magna adhibita cura est a prouidentia deorum ut sp essent & bestiarum genera & arborũ omniumq; rerum:quæ altæ aut radicibus a terra aut stirpibus cõtinerẽtur: quæ quidẽ oia eam uim se minis habẽt in se:ut ex uno plura generẽtur:idq; semen inclusum est in intima parte earũ baccarũ quæ ex quaq; stirpe fundũtur:iisdẽq; seminibus & homines affatim uescũtur:& terræ eiusdẽ generis stirpiũ renouatione complentur.Quid loquar quãta ratio in bestiis ad perpetuam cõseruationẽ earũ generis appareat? Nã primũ aliæ mares aliæ fœminæ sunt:qd ppetuitatis causa machinata natura ẽ. Deinde partes corporis & ad ꝓcreandũ & ad cõcipiendum aptissimæ:& in mari & in fœmina commiscẽdorum corporum miræ libidines Quũ autem in locis semẽ insendit:rapit omnem fere cibum ad sese:eoq; septum fingit animal. Quod quum ex utero elapsum excidit: in iis animantibus quæ lacte aluntur: omnis fere cibus matrũ lactescere incipit:eaq; quæ pauloãte nata sunt:sine magistro duce natura mãmas appetũ: earũq; ubertate saturantur. Atque ut intelligamus nihil horum esse fortuitum:& hæc omnia eẽ prouidæ solertisq; naturæ: quæ multipliees fœtus procreant ut sues ut canes. his mammarum data est multitudo: quas eadẽ paucas habent hæ bestiæ:quæ pauca gignũt:Quid dicam quantus amor bestiarum sit in educãdis custodiendisq; iis:quæ procreauerint usq; ad eum finẽ:dum possunt se ipsa defendere? Et pisces ut aiunt oua quum genuerũt relinquunt:facile enim illa aqua & sustinẽtur:& fœtum fundunt: Testudines autem & crocodillos dicũt:quum in terra partum ediderint obruere oua:deinde discedere ita nascuntur & educãtur ipsa per sese: Iam gallineæ aues q; reliquæ & quietum requirunt ad pariẽdum locum:& cubilia sibi nidosq; constituunt:eosq; q̃ possunt mollissime substernũt.ut q̃ facillime oua seruentur:ex quibus pullos quum excluserũt ita tuentur:ut & pennis foueant,ne frigore lædantur:& si est calor soli se opponant. Quum autem pulli pennulis uti possunt: tum uolatus eorũ matres ꝓsequũtur.reliqua cura liberãtur. Accedit etiã ad nõ nullorũ animãtiũ & earũ rerũ quas terra gignit conseruationẽ & salutem:hominũ etiã solertia & diligentia. Nã multæ & pecudes & stirpes sunt q̃ sine procuratione hominũ saluæ esse non possunt. Magnæ etiam opportunitates ad cultum hominum atq; abũdantiam aliæ in aliis locis reperiũtur. Aegyptum nilus irrigat: & quum tota æstate obrutam oppletamq; tenuerit:tum recedit mollitosq; & oblimatos agros ad serẽdũ relinqt: Mesopotamiã fertilẽ

efficit eufratres: in quã quot annos q̃ſi nouos agros inuehit? Indus uero qui ẽ omnium
fluminũ maximus: nõ aqua ſolũ agros lætificat & mitigat: ſed eos ẽt conſerit. Magnã
eni uiſeminum ſecũ frumẽti ſimiliũq; dicitur deportare. Multaque alia in aliis locis cõ
memorabilia proferre poſſũ multos fertiles agros alios aliorũ fructuũ. Sed illa quãta
benignitas naturæ: q̃ tam multa ueſcendũ tam uaria & iocũda gignit? Neq; ea uno tẽ
pore ani: ut ſemper & nouitate delectemur & copia. Quã tẽpeſtiuos aũt dedit q̃ ſalu-
tares nõ modo hominũ: ſed etiã pecudũ generi iiſdemq; omnibus quæ oriũtur ex terra
uentos etheſias: quorũ flatu nimii tẽperãtur calores. Ab iiſdem etiã maritimi curſus ce
leres & certi dirigũtur. Multa prætereũda ſunt. & tamẽ multa dicũtur. Enumerari eni
nõ poſſũt fluminũ opportunitates: æſtus maritimi multũ accedẽtes & recedens mon-
tes ueſtiti atq; ſilueſtres: ſalinæ ab ora maritima remotiſſimæ: medicamẽtorũ ſalutariũ
pleniſſimæ terræ: artes deniq; inumerabiles ad uictũ & ad uitã neceſſariæ. Iã diei no
ctiſq; uiciſſitudo cõſeruat aiantes: tribuẽs aliud agẽdi r̃ps: aliud q̃ſcẽdi. Sic undiq; oĩ
rõne cõcluditur: mẽte cõſilioq; diuina omnia in hoc mũdo ad ſalutem omniũ conſerua
tionemq; admirabiliter adminiſtrari. Sin quæret quiſpiã: cuiuſnam cauſa tãtarũ rerũ
molitio facta ſit: arborũ ne & hærbarum: quæ quãq̃ ſine ſenſu ſunt: tamẽ a natura ſuſti
nentur? At ut quidem abſurdũ eſt. An beſtiarum? Nihilo probabilius deos mutarũ &
nihil intelligentium cauſa tm̃ laboraſſe. Quorũ igitur cauſa q̃s dixerit effectũ eſſe mũ
dum? eorum. ſ. animantium: quæ ratione utũtur. Hi ſunt dii & hoies: quibus profecto
nihil eſt melius. Ratio eſt. n. quæ præſtet omnibus. Ita fit credibile: deorum & hoiũ
cauſa factum eſſe mundum: quæq; in eo mundo ſint oĩa. Faciliuſq; intelligitur a diis i-
mortalibus hominibus eſſe prouiſum: ſi erit tota hominis fabricatio perſpecta. omniſq;
humanæ naturæ figura atq; perfectio. Nam quum tribus rebus animantium uita te-
neatur: cibo: potione: ſpiritu: adhæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum: quod adiun
ctis naribus ſpiritu augetur. dentibus autem in ore conſtructis mãditur. atq; ab his ex
tenuetur & mollitur cibus. Eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas: intimi aũt con-
ficiunt: qui genuini uocantur: quæ confectio etiam a lingua adiuuari uidetnr. Linguã
autem ad radices eius hærẽs excipit ſtomachus quo primũ illabuntur ea q̃ accepta ſunt
oris utraq; ex parte cõſillas attingens palato extremo atq; intimo terminat: Atq; iis agi
tationibus & motibus linguæ quum depulſum & quaſi detruſum cibũ accepit: depel
lit. Ipſins autem partes quæ ſunt infra quam id deuoratur dilatãtur: quæ autem ſupra
contrahuntur. Sed quum aſpera arteria: ſic enim a medicis appellatur: hoſtium habe-
at adiunctum linguæ radicibus paulo ſupra quã ad linguam ſtomachus annectitur
eaq; ad pulmones uſq; pertineat: excipiatq; animam: eam quæ ducta ſit ſpiritu: ea-
dẽq; a pulmõibus reſpiret & reddat: tegiturq; quaſi opculo: qđ ob quam cauſam da
tum eſt? niſi quod ſi in eam cibi forte incidiſſent ſpiritus impeditur? Sed quum alui na
tura ſubiecta ſtomacho cibi & potio nis ſit receptaculum: pulmones autẽ & cor extrin
ſecus ſpiritũ adducant: in aluo multa ſunt mirabiliter effecta: quæ cõſtãt fere ex neruis
Eſt autem multiplex & tortuoſa: arcet que & continet ſiue illud aridum eſt ſiue humi
dũ quod recipit: ut id mutari & concoqui facile poſſit: eaq; tũ aſtringitur. tũ relaxatur:
atq; omne quod accepit cogit & confundit ut facile & calore quem multum habet ex
terendo cibo: & præterea ſpiritu omnia cocta atque confecta in reliquum corpus diui
dantur: In pulmonibus autem ineſt raritas quædam & aſſiduis ſpongiis mollitudo ad
hauriendum ſpũm aptiſſima: qui tum ſe contrahunt aſpirantes: tum ſe ſpiritu dilatant

ūt frequenter ducatur cibus animalis: quo maxie alūtur animantes. Ex intestinis aūt aluo secretus reliquo cibo sucus is quo alimur ꝑ meat ad iecur: ꝑ quas dā a medio intestio usq; ad portas iecoris. Sic. n. appellant ductas & directas uias: q̄ ptinent ad iecur: eiq; adhærent: atq; inde aliæ ptinentes sunt: ꝑ quas cadit cibus a iecore dilapsus ab eo cibo quum est secretabilis: eiq; humores q ex renibus: profundunt relíqua se in sanguinem uertunt: ad easdem partes iecoris confluunt: ad quas oēs eius ptinent: per quas lapsus cibus in hoc ipso loco in eam uenam quæ caua appellatur: cōfunditur. perq; eam ad cor confectus iam coactusq; perlabitur. A corde aūt ī totum corpus distribuitur ꝑ uenas ad modum multas: in oēs partes corporis ptinentes. Q uemadmodum aūt reliquiæ libri propellantur tum astringentibus se intestinis tum relaxantibus: haud sane difficile dictu est: sed tamen prætereundum est: ne quid habeat iniocunditatis oratio. Illa potiꝰ explicetur incredibilis fabrica naturæ. Nam quæ spiritu in pulmones aīa ducitur: ea calescit primum ab ipso spiritu: deinde coagitatione pulmonum: ex eaq; pars redditur respirando: pars concipitur cordis parte quadā quē uentriculū cordis appellāt: cui similis alter adiunctus est: in quem sanguis a iecore ꝑ uenam illam cauā influit. Eo modo ex his partibus & sanguis ꝑ uenas in oē corpus diffunditur: & spiritus ꝑ arterias. Vtræq; aūt crebræ multæq; toto corpore intextæ uim quandam incredibilem artificiosi operis diuiniq; testantur. Q uid dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles cōmissuras habent: & ad stabilitatem aptas: & ad artus finiendos accommodatas: & ad motum & ad oēm corporis actionem? Huc adde neruos: a quibus artus continentur: eorumq; in implicationem corpore toto pertinentem. qui sicut uenæ & arteriæ a corde tractæ & ꝑfectæ in corpus oē dueuntur. Ad hanc prouidentiam naturæ tam diligentem tamq; solertem adiungi multa possunt: ex quibus intelligitur quantæ res hoibus a diis q̄q; eximiæ tributæ sunt: qui prius eos humo excitatos celsos & rectos constituit: ut deorum cognitionem cælum intuentes capere possent. Sunt. n. ex terra hoies non ut incolæ & habitatores. sed quasi spectatores superarum rerum atq; cælestium: quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet: Sensus aūt interprætes ac nuncii rerum ī capite tanq̄ in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Nam oculi tanq̄ speculatores altissimū locū obtinēt: ex quo plurima cōspicientes: fūgant suo munere. Et aures quū sonū recipere debeant: q natura ī sublime ferē: recte ī altis corporū partibus collocatæ sunt. Itēq; nares eo q̄ oīs odor ad superiora fertur recte sursum sūt: Et q̄ cibi & potionis iudiciū magnū earū ē: nō sine causa uicinitatē oris secutæ sūt. Iā gustatꝰ q sentire eorū qbus uescimur genera debēt: hitat ī ea pte oris q̄ esculentis & poculētis iter natura patefecit. Tactus aūt toto corpore æquabiliter fusus est: ut oēs ictus oēsq; minimos & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Atq; ut in ædificiis architecti auertunt ab oculis naribusq; dominorum: ea quæ profluentia necessario tetri essent aliquid habitura; sic natura res similes procul emendauit a sensibus. Q uis uero opifex ꝓter naturam: qua nihil potest esse calidius: tantam solertiam persequi potuisset in sensibus? quæ primum oculos membranis tenuissimis uestiuit & sepsit: quas primum perlucidas fecit: ut pereas cerni posset: firmas autem ut continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles: ut & declinarent siquid noceret: & aspectum quo uellent facilem conuerterent. Aciesq; ipsa qua cernimus. quæ pupilla uocatur: ita parua est ut ea quæ nocere possint facile uitet. Palpebræque quæ sunt tegmenta oculorum mollissimæ tactu ne læderent aciē aptissime factæ, & ad claudendas pupillas: ne quid icideret

& ad apiendas:idq; prouidit ut identidem fieri posset cũ maxia celeritate.Munitæ sunt palpebræ tanq̃ uallo pilorum:quibus & apertis oculis si q̃d icideret repelleretur:& sõno cõniuentibus quum oculis ad cernendum non egeremus:ut qui tanq̃ inuoluti quiescerent. Latent præterea utiliter,& excelsis undiq; partibus sepiũtur.Primum.n.supiora supcilis obducta sudorem a capite & frõte defluentem repellũt.Genæ deinde ab inferiore parte,tutantur subiectæ leuiterq; eminentes. Nasus ita locatus est ut quasi murus oculis iteriectus esse uideatur.Auditus aũt semper patet:eius.n.sensu etiam dormientes egemus.A quo quum sonus est acceptus:ẽt ex somno excitamur.Flexuosum iter habet:ne q̃d intrare possit:si simplex & directum pateret.Prouisum ẽt:ut siqua minima bestiola conaretur irrumpere:in sordibus auriũ tanq̃ in uisco inhæresceret.Extra aũt imminent quæ appellantur aures:& tegendi causa factæ tutãdiq; sensus:& ne adiectæ|uoces laberentur atq; errent: priusq̃ sensus ab his pulsus esset:sed duros & quasi corneolos habent introrsus multisq; conflexibus:quod his naturis relatus amplificat' sonus: Quo circa & in fidibus testudine resonatur aut cornu:& ex tertuosis locis & inclusis referuntur ampliores.Similiter nares:quæ semper pp necessarias utilitates patent:cõtractiores habent introitus:ne quid in eas quod noceat possit peruadere:humoremq; semper habent ad puluerem multaq; alia depellenda non inutilẽ.Gustatus præclare sept9 est:ore.n.continetur:& ad usum apte & ad incolumitatis custodiam:oisq; sensus hoium multo antecellit sensibus bestiarum.Primum.n.oculi in his artibus:quarum iudicium est oculorum in pictis fictis celatisq; formis:in corporum ẽt motione atq; gestu multa cernunt,subtilius:colorum ẽt & figurarum tum uenustatem atq; ordinem & ut ita dicã decen iam oculi iudicant.Atq; etiam alia maiora: nam & uirtutes & uitia cognoscunt iratum:propitium:lætantem:dolentem:fortem:ignauum:audacem:timidumq; cognoscunt.Auriumq; item est admirabile quoddam artificiosumq; iudiciũ quo iudicatur & in uocis & in tibiarum neruorumq; cantibus uarietas sonorum:interualla:distinctio:& uocis genera permulta canorum:fuscum:lene:asperum:graue:acutum flexibile : durũ quæ hoium solum auribus iudicantur.Nariũq; item & gustandi & aperte tãgendi magna iudicia sunt.Ad quos sensus capiendos & perfruendos plures ẽt q̃ uellem artes reptæ sunt.Perspicuum est.n.quo compositiones unguentorum:quo ciborum conditiões quo corporum lenocinia processerint.Iam uero aium ipsum:mentemq; hois:ratiõem: consilium prudentiam:qui non diuina cura perfecta esse perspicit.His ipsis rebus mihi uidetur carere:de quo dum disputarem:tuam mihi dari uelim Cotta eloquentiã.Quo.n.tu illa modo diceres:quanta primum intelligentia:deinde consequentium rerum cũ primis coniunctio & comprehensio esset in nobis:ex quo uidelicet quid ex quibusq; rebus efficiatur:idq; ratione concludimus:singulasq; res diffinimus:circunscripteq; complectimur:ex quo scientia intelligitur quam uim habeat:qualis sit:qua ne in deo quidẽ est res ulla præstantior.Quanta uero illa sunt:quæ uos academici infirmatis : quod & sensibus & aio:ea quæ extra sunt percipimus atq; comprehendimus. Ex quibus collatis inter se & cõperatis artes quoq; efficimus:partim ad usum uitæ.partim ad oblectationem necessarias. Iam uero domina rerum (ut uos soletis dicere) eloquendi uis q̃ est p̃clara q̃q; diuina quæ primũ efficitur ut ea quæ ignoramus dicere eloquendi uis q̃ est docere possimus:deide hac coartamur:hac psuademus:hac cõsolãur afflictos hac deducimus pterritos a timore:hac gestiẽtes cõprimius:hac cupiditates iracũdiasq; restrigim9 hæc nos iuris,legũ urbiũ societate deuixit hæc a uita imãi & fera segregauit,ad usũ

aũt orationis incredibile est: nisi diligenter attenderis: quanta opera machinata natura sit. Primũ. n. a pulmõibus arteria usq; ad nos intimum pertinet. p quam uox principiũ a mente ducens: pcipitur & funditur. Deinde in ora sita lingua est finita dentibus: ea uocem immoderate ꝓfusã fingit & terminat: quæ sonos uocis distinctos & præssos efficit quum & ad dentes & ad alias partes pellit oris. Itaq; plectri similẽ linquã nostri solent dicere: cordarũ dentes: nares cornibus: his qui ad neruos resonãt in cantibus. Quã uero aptas q̃q; multarum artium ministras manus natura homini dedit? Diogenum. n. cõtradictio facilis: facilisq; porrectio ꝓp moles cõmissuras artus nullo in laborat. Itaq; ad porrigendũ fingendum ad sculpendum ad neruorũ eliciendos sonos ac tibiarũ apta manus est admotione digitorũ. Atq; hæc oblectatõis illa necessitatis: cultus dico agrorum extinctionesq; tectorum: tegumenta corporũ uel texta uel suta: oẽmq; fabricam aeris & ferri: ex quo intellígitur adinuenta aio ꝓcepta sensibus adhibitis opificum manibus: oĩa nos consecutos: ut uestiti ut tecti ut salui esse possimus: urbes muros domicilia delubra haberemus. Iam uero opibus hoĩum. i. manibus cibi etiam uarietas inuenitur & copia. Nam & agri multa ferunt manu quæsita: quæ uel statim consumant̃: uel mandentur cõdita uetustati: & præterea uescimur bestiis & terrenis & aquatilibus & uolatilibus: partim capiendo: partim alendo. Efficimus ẽt domitu nostro quadrupedũ uectiones: quorum celeritas atq; uis nobis ipsis affert uim & celeritatem. Nos onera q̃busdam bestiis: nos iuga imponimus: Nos elephantorũ acutissimis sensibus: nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. Nos ex terræ cauernis ferrũ elicimus rẽ ad colendos agros necessariam. Nos æris argenti auri uenas penitus abditas inuenim⁹ & ad usum aptas: & adornatum decoras. Arborum aũt confectione omniq; materia & culta & siluestri: partim ad calefaciendũ corpus igni adhibito: & ad mitigandum cibũ ũtitur: partim ad ædificandum: ut tectis septi frigora caloresq; pellamus. Magnos uero usus affert ad nauigia facienda: quorũ cursibus suppeditantur oẽs undiq; ad uitam copiæ: quasq; res uiolentissimas natura genuit eorum moderationem nos soli habem⁹ maris atq; uentorum ꝓp nauticarum rerum scientiam: plurimisq; maritimis rebus fruimur atq; utimur: Terrænorum item cõmodorum ois est in hoie dominatus: nos campis nos montibus fruimur. nostri sunt amnes nostri lacus: nos fruges serimus nos arbores: nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus: nos flumina arcemus: dirigimus auertimus: nostris deniq; manibus in rerum natura quasi alteram naturam effice re conamur. Quid uero hoĩum ratio? non in cælum usq; penetrauit: soli. n. ex animantibus nos astrorum ortus: obitus: cursusq; cognouimus: ab hoĩum genere finitus est dies mensis annus defectiones solis & lunæ cognitæ prædictæq; in oẽ posterum tempus: q̃ quantæ: quando futuræ sint. Quæ contuens aius accipit ab his cognitionem deorum ex qua oritur pietas: cui coniuncta iustitia est: reliquæq; uirtutes ex quibus uita beata existit par & similis deorũ nulla alia re nisi imortalitate: quæ nihil ad beneuiuendum pertinet cedẽs cælestibus. Quibus rebus expositis satis docuisse uideor hois natura quanto oẽs anteiret aiantes ex quo debet intelligi nec figuram situmq; membrorum nec ingenii mentisq; uim talem efficit potuisse fortuna. Restat ut doceam atq; aliq̃n peroremomnia quæ sunt in hoc mundo quibus utantur homines: hominum causa facta esse & parata. Principio ipse mundus deorum hoĩumq; causa factus est: quæq; in eo sunt: ea parata ad fructum hoĩum & inuenta sunt. Est enim mundus quasi communis deorum atq; hominum domus aut urbs utrorumq;: soli enim ratione utentes iure ac lege

uiuunt. Vt igitur athenas & lacedemonem atheniẽsium lacedæmoniorumq; causa putandum est ciuitates conditas esse: oiaq; quæ sunt in his urbibus eorum populorum recte esse dicuntur: sic quæcunq; sunt in omni mundo deorum atq; hoium putanda sunt; Iam uero circuitus solis & lunæ reliquorumq; syderumq; q̃q̃ ẽt ad mundi cohærentiã pertinent tamen & spectaculum hoibus præbent. Nulla est. n. insatiabilior species: nulla pulchrior & ad rationem solertiamq; præstantior. Eorum. n. cursus demetiti maturitates temporũ & uarietates mutationesq; cognouimus: quæ si hoibus solis nota sunt: hoium esse facta causa iudicandum est. Terra uero fœta frugibus & uario leguminum genere quæ est maxima. Etenim si dii non sunt: quid esse potest in rerũ natura hoie melius: in eo. n. solo ratio est. qua nihil põt esse præstantius. Esse aũt hoiem qui nihil in oi muudo melius esse q̃ se putet: desipientis arrogantiæ est. Ergo est aliq̃d melius. Est igit̃ profecto deus. An uero si domũ magnã pulchramq; uideris: non possis adduci: ut etiã si dominum nõ uideas: muribus illam & mustelis ædificatã putes? Tantum ornatũ mõdi tantam uarietatem pulchritudinemq; rerum cælestium: tantam uim & magnitudinem maris atq; terrarum: si tuum ac non deorum immortalium domicilium putes: nõne plane desipere uideare? An ne hoc quidem intelligimus omnia supera esse meliora? terram autem esse infimam. quam crassissimus circunfundat aer: ut ob eam ipsam cãm quod etiam quibusdam regionibus atq; urbibus cõtingere uidemus hæbetiora ut sint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam: hoc idem generi humano euenerit q; in terra: hoc est in crassissima regione mundi collocati sint: & tamen ex ipsa hoium solertia esse aliquam mentem: & etiam quidem acriorem & diuinam existimare debem? Vnde. n. hanc homo arripuit: ut apud Xenophontem Socrates: Quin & humorem & calorem qui est fusus in corpore: & terrenã ipsam uiscerum soliditatem animum deniq; illum spirabilem si quis quærat unde habemus: apparet q; aliud a terra sumpsimus aliud ab humore aliud ab igne aliud ab aere eo: quem spũm dicimus. Illud aũt quod uincit hæc oia: rationem dico: & si placet pluribus uerbis: mentem: consilium: cogitatõem prudentiã: ubi inuenimus? unde sustulimus? An cætera mundus habebit oia: hoc unum quod plurimum est non habebit? Atqui certe nihil oium rerum melius est mundo nihil præstabilius: nihil pulchrius: nec solum nihil est: sed ne cogitari q̃dẽ quicq̃ melius põt. Et ratione & sapientia nihil est melius: necesse est hoc ineesse in eo quod optimũ esse cõcedimus. Quid uero tanta rerũ consentiẽs: conspirans: cõtinuata cognitio quem nõ coget ea quæ dicuntur a me comprobari? Posset ne uno tpe florere: deinde uicissim horrere terra: aut tot rebus ipsis se immutãtibus solis accessus: id sceſſusq; solstitiis brumisq; cognosci aut æstus maritimi fretorumq; angustiæ ortu aut obitu lunæ cõmoueri: aut una totius cæli conuersione cursus astrorum dispares conseruari. Hoc ita fieri oibus inter se continentibus mundi partibus profecto nõ possent: nisi ea uno diuino & cõtinuato spiritu contineretur. Atq; hæc quũ uberius disputantur & fusius: ut mihi est in aio facere facilius effugiũt academicorũ calumniã: Quum autem ut zeno solebat breuius angustiusq; concluduntur: tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut profluens amnis aut uix aut nullo modo: Concluſa aũt aqua facile corrũpitur: sic orationis flumine reprehensoris uitia diluuntur. Angustia autẽ cõclusæ orationis nõ facile se ipsa tutatur: hæc enĩ quæ dilatantur a nobis: zeno sic premebat. Quod ratione utitur id melius est: q̃ id q̃d ratione nõ utitur: nihil autem mundo melius ratione igitur mundus utitur. Similiter effici potest sapientẽ esse mundũ: similiter beatum; similiter æternũ:

omnia.n.hæc meliora sunt q̃ ea quæ sunt his carentia:nec mũdo quic q̃ melius: ex quo officiet esse mundũ deũ. Idemq; hoc modo nullus sensu carẽtis pars aliqua põt esse sentiens:mundi aũt partes sentientes sunt:nõ igit caret sensu mũdus. Pergit idem & urget angustius. Nihil inqt quod animi quodq; rõnis est expers:id generare ex se põt animãtem compotemq; rationis:mundus aũt generat animantes compotesq; rationis: aians est igitur mundus compotesq; rationis. Idemq; similitudine ut sæpe solet rationem cõclusit hoc modo. Si ex oliua modulate canentes tibiæ nascerentur non dubitarem qn esset in oliua tibicini quædam scientia. Quid si platani fidiculas ferrent numero sonantes: idem.n.censeres in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensq; iudicetur:quum ex se procreat animantes atq; sapientes? Sed qm̃ cæpi secus agere atq; initio dixeram:negaram.n.hanc primam partẽ egere oratione:qd esset oibus perspicuum deos esse.tamen id ipsum rationibus physicis.i.naturalibus confirmari uolo. Sic.n. res se habet:ut oia quæ alant & quæ crescant:contineant in se uim caloris sine qua neq; ali possent neq; crescere. Nam omne quod est calidum & igneum:cietur & agitur motu suo:quod autem alitur & crescit:motu quodam utitur certo & æquabili:qui q̃diu remanet in nobis:tandiu sensus & uita remanet:Refrigerato aũt & extincto calore occidimus ipsi & extinguuntur. Quod quidem cleanthes his etiam argumentis docet:quanta uis sit caloris in omni corpore. Negat.n.ullum esse cibum tam grauem:quin is die & nocte concoquatur:cuius.n.in reliquiis ineat calor his quas natura respuerit. Iam uero uenæ & arteriæ micare non desinũt quasi quodam igneo motu:animaduersumq; sæpe est:quum cor animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret:ut imitaretur igneã celeritatem. Omne igitur quod uiuit siue animal sine terra æditum: id uiuit pp inclusũ in eo calorem:ex quo intelligi debet eam caloris naturam uim habere in se uitalem per oẽm mundum pertinentem. Atq; id facilius cernemus toto genere hoc igneo quod oia trahat:subtilius explicato.oẽs igitur partes mundi tangam:quæ maximo calore fultæ sustinentur:quod primũ in terrena natura perspici potest. Nam & lapidum conflictu atq; ictu elici ignem uidemus:& recenti fossione terram firmare calentem:atq; ẽt ex puteis iugibus aquam calidam trahi:& id maxime fieri tpibus hibernis:q; magna uis terræ cauernis cõtineatur caloris:eaq; hyeme sit densior:ob eamq; causam calorem insitũ in terris cõtineat arctius:longa ẽ oratio:multæq; rationes:quibus doceri possit oia quę terra cõcipit semina:quæq; ipsa ex se generata stirpibus infixa cõtineat:ea tempatiõe caloris oriri & augescere. Atq; aquæ etiam admixtum esse calorem:primum ipe liquor:tũ aquæ declarat effusio:quæ neq; cõclaciaret frigoribus: neq; niue pruinaq; cõcresceret nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa diffunderetur. Itaq; & aquilonibus reliquisq; frigoribus adiectis durescit humor:& idem uicissim mollitur tepefactus & tabescit calore:atq; ẽt maria agitata mentis ita tepescunt:ut intelligi facile possit in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. Nec.n.ille externus & aduenticius habendus est tepor:sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod nostris quoq; corporibus contingit cum motu atq; exercitatione recalescunt. Ipse uero aer qui natura est maxime frigidus:minime est expers caloris: Ille uero & multo quidem calore admixtus est:ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum.n.quasi uapor quidem aer habendus est. Is autem existit motu eius caloris qui aquis cõtinetur:quam similitudinem cernere possumus in his aquis:quæ efferuescũt subditis ignibus. Iam uero reliqua quarta pars mũdi:ea & ipsa tota natura feruida est:& cæteris naturis oibus salutarẽ imptit &

uitalem calorem:ex quo concluditur quum oẽs mundi partes ſuſtineantur calore:mũ dum etiam ipſum ſimili pariq; natura in tanta diuturnitate ſeruari:eoq; magis quod in telligi debet calidum illud atq; igneum ita in oi ſuſum eſſe natura:ut in eo ſit procrean di uis & cauſa gignendi:a quo animantia oia & ea quorum ſtirpes terra continentur & naſci ſit neceſſe & augeſcere. Natura eſt igitur quæ contineat mundum omnem: eũq; tueatur:& ea quidem non ſine ſenſu atq; ratione. omnem.n. naturam neceſſe eſt:q; non ſolitaria ſit neq; ſimplex:ſed cum alio iuncta atq; connexa habere aliquem in ſe princi patum:ut in hoie mentem:in belua quiddam ſimile mentis unde oriantur rerum appe titus. In arborum aũt & earum rerum quæ gignantur ex terra radicibus ineſſe pricipa tus putatur. Principatum aũt id dico:quod græci egemonicon uocant:quo nihil quoq; genere nec poteſt nec debet eſſe præſtantius. Itaq; neceſſe eſt illud etiam in quo ſit to tius naturæ principatus:eſſe oium optimum:oiumq; rerum dominatu & poteſtate di gniſſimum. Videmus aũt in partibus mundi:nihil eſt.n. in omni mundo:qd non pars uniuerſi ſit:ineſſe ſenſum atq; rationem. In ea parte igitur:in qua mundi eſt principatus hæc ineſſe neceſſe eſt:& acriora quidem atq; maiora. Quo circa ſapientem eſſe mundũ neceſſe eſt:naturam q; eam quæ res oẽs complexa teneat:pfectione rationis excellere: eoq; deum eſſe mundum:oẽm q; uim mundi diuina natura contineri. Atq; mũdi ille fer uor purior plucidior nobiliorq; multo ob eaſq; cauſas aptior ad ſenſus commouendos: quam hic noſter calor:quo hæc quæ nota nobis ſunt retinentur & uigent. Abſurdum ẽ igitur eſt dicere:quum hoies beſtiæq; hoc calore teneantur:& propterea moueantur & ſentiant mundum eſſe ſine ſenſu:qui integro & libero & puro eodemq; acerrimo & no biliſſimo ardore teneatur:præſertim quũ is ardor: qui eſt mundi non agitatus ab alio neq; externo pulſu:ſed p ſe ipſe ac ſua ſponte moueatur. Nam quid poteſt eſſe mundo ualentius:quod pellat atq; moueat calorem eum:quo ille teneatur? Audiamus.n. Pla tonem quaſi quendam deũ philoſophorũ:cui duos placet eſſe motus unũ ſuum alterũ externum:eſſe aũt diuinius quod ipſum ex ſe ſua ſponte moueatur:q̃ quod pulſu agite tur alieno. Hunc aũt motum in ſolis animis eſſe ponit:ab hiſq; principiũ motus eſſe di ctũ putat:Quapropter qm̃ ex mundi ardore motus omnis oritur:is aũt ardor non alie no impulſu:ſed ſua ſponte mouetur:animus ſit neceſſe eſt:ex quo efficitur aiantem eſſe mundum. Atq; ex hoc quoq; intelligi poterit in eo ineſſe itelligẽtiã q; certe eſt mũdus melior q̃ illa natura. Vt.n. nulla pars eſt corporis noſtri:quæ nõ minor ſit q̃ noſmetipſi ſumus:ſic mundum uniuerſum pluris eẽ neceſſe ẽ q̃ partem aliquã uniuerſi. Quod ſi ita eſt:ſapiens mũdus ſit neceſſe ẽ. Nam ni ita eſſet hoiem qui eſt mundi pars:qm̃ rõnis eſt particeps:pluris eſſe q̃ mundum oẽm oportet. Atq; ẽt ſi a primis ichoatiſq; naturis ad ultimas perfectaſq; uolumus procedere ad deorum naturam ueniamus neceſſe eſt Prima.n. animaduertimus a natura ſubſtineri ea quæ gignantur ex terra: quibus natu ra nihil tribuit amplius:q̃ ut ea alendo atq; augendo tueretur. Beſtiis autem motum & ſenſum dedit:& cum quoddam appetitu acceſſum ad res ſalutares:a peſtiferis receſ ſum:hoc homini amplius: q; addidit rationem qua regerentur animi appetius. qui tũ remitterentur. tum continerẽtur. Quartus autem gradus & altiſſimus eorum:qui na tura boni ſapienteſq; gignuntur:quibus a principio inaſcitur ratio recta conſtanſque quæ ſupra hominem putanda eſt. deoq; tribuenda ideſt mũdo:in quo neceſſe eſt perfe ctam illã atq; abſolutã ineſſe rationem. Neq; eni dici poteſt illa rerum inſtitutione nõ eſſe aliquid extremũ atq; perfectum. Vt enim in uite ut in pecude niſi quæ uis obtigit

Videm⁹ naturā ſuo quodā itinere ad ultimū puēire: atq; ut pictura & fabrica cæteræq; artes habēt quēdam abſoluti operis effectū: ſic in omni natura ac multo etiam magis neceſſe eſt abſoluí aliquid ac perfici. Etenim cæteris naturis multa externa quo minus perficiātur poſſunt obſiſtere: uniuerſam aūt naturā nulla res poteſt impedire: propter qđ omnes naturas cohibet & cōtinet. Quo circa neceſſe eſt eſſe illum quartum & altiſſimum gradum: quo nulla uis poſſit accedere: is autem eſt gradus: in quo rerū omniū natura ponitur: quæ quoniā talis eſt ut præſit oībus &: eā nulla res poſſit ipedire neceſſe eſt intelligentē eſſe mundū & qdem etiā ſapiētem. Quid autē eſt inſcitius: q̄ eā naturam quæ omnes res ſit complexa: nō optimā dici: aut quum ſit optima: nō primū animantē eſſe: deinde rationis & cōſilii cōpotem: poſtremo ſapientē? Qui enim aliter pōt eſſe optima. Neq; enim ſtirpiū ſi ſimilis ſi aut beſtiarū: optima putanda ſit potius q̄ deterrima: nec uero ſi rationis particeps: nec ſit tamen a principio ſapiens: nō ſit deterior mundi potius q̄ humana cōditio. Homo enī ſapiēs fieri poteſt: mūdus aūt ſi in æterno præteriti tēporis ſpatio fuit inſipiens: nunq̄ profecto ſapientiā cōſequetur: ita erit homine deterior. Quod quoniam abſurdū eſt: & ſapiēs a principio mūdus & deus habēdus eſt. Neq; enim eſt quicq̄ aliud præter mundum. quo nihil abſit: quodq; undiq; aptū atq; perfectū expletum q; ſit oībus ſuis numeris & partibus. Scite enī Chryſippus ut clypei cauſa in uolucrū uaginā autē gladii: ſic præter mundum cætera omnia aliorū cauſa eſſe generata. Vt eas fruges atq; fructus quos terra gignit animantiū cauſa: animātes aūt hominum ut equū uehendi cauſa: arandi bouem: uenādi & cuſtodiendi canem: ipſe autem homo ortus eſt ad mūdum cōtemplandum & imitādum in nullo perfectus: ſed eſt quædam particula perfecti: ſic mūdus quoniam omnia complexus eſt: nec eſt quicq̄ quod nō inſit in eo: pfectus undiq; eſt. Quid igitur poteſt ei deeſſe: quod eſt optimū: Nihil autem mente & ratione melius: ergo hæc mundo deeſſe nō poſſunt. Bene igitur idem Chryſippus qui ſimilitudines adiūgens omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora: ut in equo q̄ in equuo in cane q̄ in catulo: in uiro q̄ in puero. Itē q; in omni mūdo optimum ſit id in perfecto aliquo atq; abſoluto eſſe debere. Eſt autem mūdo nihil pfectius: nihil uirtute melius: igitur mūdi eſt propria uirtus. Nec uero natura hominis perfecta eſt & efficitur tamen in homine uirtus. Quāto igitur in mundo facilius: eſt ergo in eo uirtus: ſapiens igitur eſt: & propterea deus. Atq; hac mundi diuinitate perſpecta tribuēda eſt ſyderibus eadem diuinitas: quæ ex nobiliſſima puriſſimaq; ætheris parte gignūtur. Neq; ulla præterea ſunt admixta natura: totaq; ſunt calida atq; perlucida ut ea quoq; rectiſſima & animantia eſſe ſentire atq; intelligere dicantur. Atq; ea quidē tota eſſe ignea duorū ſenſuum teſtimonio cōfirmari Cleātes putat tactus & oculorū. Nam ſolis candor illuſtrior eſt q̄ ullus ignis: quippe qui imenſo mūdo tam longe late q; colluceat: & is eius tactus eſt nō ut tepefaciat ſolum: ſed etiam ſæpe cōburat: quorū neutrum faceret niſi eſſet igneus. Ergo inquit quū ſol igneus ſit: oceaniq; alatur humoribus: qa nullus ignis ſine paſtu aliquo poſſit permāere. neceſſe eſt aut ei ſimilis ſit igni quem habemus ad uſum atq; ad uictū: aut ei qui corporibus animantiū cōtinetur. Atq; hic noſter ignis quē uſus uitæ requirit cōfector eſt & cōſumptor: idēq; quocunq; in uaſit cūcta diſturbat ac diſſipat. Cōtra ille corpeus uitalis & ſalutaris oīa cōſeruat: alit auget: ſuſtinet. ſenſuq; afficit. Negat ergo eē du biū horū igniū ſol utri ſimilis ſit quū is quoq; efficiat ut oīa floreāt: & in ſuo quæq; genere pubeſcāt. Quare quū ſolis ignis ſimilis eorū igniū ſit: q̄ ſunt in corpibus aiantiū ſolē quoq; aiantē eē oportet: & qdē reli-

quã astra: quæ oriant' in ardore cælesti: q; æther: uel cælũ noiatur. Q uũ igit' aliorũ aiantiũ ortus in terra sit: aliorũ in aqua; in aere aliorũ: absurdũ esse Aristoteli uidetur i ea pte quæ sit ad gignẽda aiantia aptissima animal gigni nullũ putare. Sydera autẽ æthereũ locũ obtinẽt. qui quoniã tenuissimus sit. & semp agitatur & uiget. necesse est q; animal in eo gignat': idemq; sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse. Q uare quũ in æthere astra gignãtur: cõsentaneũ est in his sensum inesse & intelligẽtiã. ex quo efficit' in deorum numero astra esse ducẽda. Etenĩ licet uidere acutiora ingẽia & ad intelligẽdũ apti ora eorũ: qui terras incolant eas: in q̃bus aer sit purus ac tenuis: q̃ illorũ q utãtur crasso cælo atq; cõcreto. Q uin etiã cibo quo utare interesse aliq̃d ad mẽtis aciẽ putãt. Probabile est igitur præstantẽ intelligẽtiam in syderibus esse: quæ & ætheream partẽ mundi incolant. & marinis terrenisq; humoribus: lõgo interuallo extenuatis alantur. Sensum autem astrorum atq; intelligentiã maxime declarat ordo eorũ atq; cõstantia. Nihil est enim quod ratiõe & numero moueri possit sine cõsilio: in quo nihil est temeratiũ: nihil uariũ. nihil fortuitũ. Ordo autẽ syderũ & in omni æternitate cõstantia: neq; naturã significat: est enĩ plena rationis neq; fortunã. quæ amica uarietati cõstantiã respuit. Sequitur ergo ut ipsa sua spõte suo sensu ac diuinitate moueat'. Nec uero Aristoteles nõ laudandus in eo. q; omnia quæ mouẽtur: aut natura moueri cẽsuit aut ui aut uolũtate. Moueri autẽ solem & lunã & sydera omnia: quæ autẽ natura mouerẽtur: hæc aut pondere deorsum aut leuitate in sublime ferri. quorũ neutrũ astris cõtingeret; ppteria q; eorũ motus in orbẽ circũferretur. Nec uero dici potest ui quadam maiore fieri: ut cõtra naturam astra moueãtur. Q uæ enim potest maior esse. Restat igitur ut motus astrorũ sit uoluntarius. quæ qui uideat: nõ indocte solum: uerũ etiã impie faciat si deos esse neget Nec sane multũ interest. utrum id neget: an eos omni procuratiõe atq; actione priuet. Mihi enim q̃ nihil agit: esse omnino non uidetur. Esse igitur deos ita perspicuũ est: ut id q̃ neget: uix eũ sanæ mẽtis existimẽ. Sane restat: ut qualis eorũ natura sit consideremus in quo nihil est difficilius q̃ a cõsuetudine oculorũ aciẽ mẽtis abducere. ea difficultas i duxit & uulto impitos & similes philosophos impitorũ: ut nisi figuris hominũ cõstitutis nihil posset de diis immortalibus cogitare. Cuius opiniõis leuitas cõfutata a Cotta nõ desyderat opinionẽ meã. Sed quũ talẽ eẽ deũ certa notiõe animi præsentiamus primũ ut sit animãs. deinde ut oĩ natura nihil ea sit præstantius: ad hãc præsentionẽ notionem q; nostrã nihil uideo qd̃ potius accõmodem. q̃ ut primũ hunc ipsũ mũdum: quo nihil fieri excellẽtius põt: animãtem esse & deũ iudicẽ. Hic q̃ uolet Epycurus iocetur homo nõ aptissimus ad iocãdũ: minimeq; respiciẽs patriã: & dicat se nõ posse intelligere: qualis sit uolubilis & rotũdus deus: tamẽ ex hoc quod etiam ipse ꝓbat: nunq̃ me mouebit. Placet enim illi esse deos. quia necesse sit præstãtẽ esse aliquam naturã: qua nihil sit melius: mũdo autẽ certe nihil est melius: Nec dubiũ quin qd̃ animãs sit habeatq; sensum rationẽ & mentẽ. id sit melius q̃ id qd̃ his careat. Ita efficitur animantẽ sensus mẽtis rationis mundũ esse cõpotẽ: qua rõne deũ esse mundũ cõcludit'. Sed hęc paulopost facilius cognoscent' ex his rebus ipsis: q̃s mũdus efficit. Interea Velleĩ nolĩ quæso ꝓterferre uos plane exptes eẽ doctrinæ. Conum tibi ais & chilindrum & piramidem pulchriorẽ quã spæram uideri. nouum ẽt oculorum iudicium habetis Sed sint ista pulchriora dũtaxat aspectu: quod mihi tamen ipsum non uidetur. Q uid enim pulchrius ea figura: quæ sola omnes alias figuras complexa continet quæque nihil asperitatis habere: nihil offensionis potest: nihil incisum angulis: nihil anfractibus: nihil eminens: nihil lacu

nosum: quũq; duæ formæ præstãtes sint ex solidis globis. sic enim sphærã interpretari placet, ex planis autẽ circulus aut orbis: qui cyclus græce dicitur: his duabus formis cõtingit solis: ut omnes earum partes sint inter se simillimæ: a medioq; tãtum absit extremũ quãtum idẽ a summo. quo nihil fieri potest aptius. Sed si hoc nõ uidetis: quia nunq; eruditũ illũ puluerẽ attigistis: An ne hoc phisici quidẽ intelligere potuistis: hãc æqualitatẽ motus cõstantiam q; ordinũ in alia figura nõ potuisse seruari. Itaq; nihil potest esse indoctius: q̃ quod a uobis affirmari solet. Nec enim hũc ipsum mundũ pro cerro rotundũ esse dicitis. Nam posse fieri ur sit alia figura innumerabilesq; mũdos: alios alia rũ esse formarũ: quæ si bis bina quid essent didicissent: Epicurus certe nõ diceret. Sed dũ plato quid sit optimũ iudicat: cæli palatũ ut ait. Ennius nõ suspexit. Nam quũ duo sint genera syderũ: quorũ alterũ spaciis immutabilibus ob ortu ad occasum cõmeans: nullũ unq̃ cursus sui uestigiũ inflectat: Alterũ autẽ cõtinua cõuersione sui hisdẽ spaciis curslbusq; cõfecta. Ex utraq; re & mũdi uolubilitas: quæ nisi in globosa forma eẽ nõ posset & stellarũ rotũdi ambitus cognoscũtur: primusq; sol qui astrorũ optinet principatum ita mouetur: ut quũ terras larga luce cõpleuerit: easdẽ modo his: modo illis partibus opacet. Ipsa enim umbra terræ soli officiẽs: noctẽ efficit. Nocturnorũ aũt spatiorũ eadẽ est æqualitas quæ diurnorũ. Eiusdẽq; solis tum accessus modici tũ recessus: & frigoris & caloris modũ tempant. Circuitus. n. solis orbiũ. v. defectib9 &. lx. &. ccc. q̃r ta fere dici pte addi cõuersionẽ cõficiunt annuã. Inflectens aũt sol cursum tũ ad septẽtriões tũ ad meridiẽ: æstates & hyemes efficit: & ea duo tẽpora. quorũ alterũ hyemi se nescẽti adiũctũ ẽ alterũ æstati. Ita ex q̃tuor tẽporũ mutatiõib9 oĩum quæ terra mariq; gignunt. initia causæq; ducunt. Iã solis annuos cursus spatiis mẽstruis luna cõsequit cuius tenuissimũ lumẽ facit ꝓximus accessus ad solẽ digressus autẽ lõgissimus quisq; plenissimũ. Neq; solũ eius species ac forma mutatur tũ crescẽdo tũ defectib9 in initia recurrẽdo. sed etiã regio: quæ tũ ẽ aqlonalis: tum australis. In luna quoq; cursu ẽ & bruma quædã & solstitii similitudo. multaq; ab ea manãt & fluũt: q̃bus & animãtes alãtur augescãtq; & pubescãt maturitatẽq; assequãtur quæ oriũtur ex terra: Maxie uero admirabiles sunt motus earũ quinq; stellarũ. quæ falio uocant errãtes. Nihil eni errat qđ in oĩ æternitate cõseruat ꝓgressus & regressus reliquosq; motus cõstãtes & ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis. quas dicimus: qa tũ ocultant: tũ rursus apiuntur: tum abeũt. tum recedũt: tum antecedũt. tum aũt subsequũtur: tũ celerius mouẽt tum tardius. tũ omnino ne mouent quidẽ: sed ad quoddã tẽpus isistunt. quarũ & disparibus motionibus magnũ annũ mathematici noiauerũt: q tũ efficitur. quũ solis & lunę & quinq; errãtiũ ad eandẽ inter se compationẽ cõfectis oĩum spatiis est facta cõuersio; Quæ q̃ longa sit. magna quæstio est: esse uero certã & diffinitã necesse est. Nã ea quæ Saturni stella dicit: fanõq; a græcis noiatur. quæ a terra adest plurimũ. xxx. fere annis cursum suũ cõficit in quo cursu multa mirabiliter efficiẽs: tũ antecedẽdo: tũ retardãdo: tũ uesptinis tẽporibus delitescẽdo. tũ matutinis rursum se aperiẽdo: nihil immutat sempiternis sæculorũ ætatib9: quin eadẽ hisdẽ tẽporibus efficiat. Infra aũt hãc ꝓpius a terra. Iouis stella fert quæ phæton dicit: ea quæ eundẽ. xii. signorũ orbẽ annis. xii. cõficit: easdemq; quas Saturni stella efficit in cursu uarietates hinc aũt ꝓximũ inferiorẽ orbẽ tenet pyrois: quæ stella Martis appellat: eaq;. iiii. &. xx. mẽsib9. vi. ut opinor dieb9 minus eundẽ lustrat orbẽ q̃ quæ superiores. Infra hãc autẽ stella Mercurii ẽ: ea stilbon appellatur a græcis: quæ anno fere uertẽte signiferũ lustrat onbem. neq; a sole longius

unq̃ unius ſigni interuallo diſcedit: tũ anteuertens: tũ ſubſequens. Infima eſt quinq; errãtiũ terræq; ꝓxima ſtella Veneris: q̃ phoſphoros græce: lucifer latine dicitur: quũ antegreditur ſolem: quũ ſubſequit' aũt heſperos. Ea anno curſum cõficit: & latitudinẽ luſtrãs ſigniferi orbis & longitudinem: qđ idẽ faciũt ſtellæ ſupiores: neq; unq̃ a ſole duorum ſignorum interuallo lõgius diſcedit tũ antecedẽs ſubſequens. Hanc igitur in ſtellis cõſtãtiam: hanc tantã: tã uariis curſibus in omni æternitate cõuenientiam tẽporum nõ poſſum intelligere ſine mẽte. ratione: cõſilio. Q uæ quũ ſyderibus ineſſe uideamus nõ poſſumus ea nõ in deorũ numero reponere. Nec uero hæ ſtellæ: quæ inerãtes uocãtur: nõ ſignificãt eandem mentẽ atq; prudentiam: quarũ eſt quotidiana conueniens cõſtanſq; cõuerſio. Nec habẽt æthereos curſus neq; cælo inhærentes: ut pleriq; dicũt phiſicæ rationis ignari. Nõ eſt enim ætheris ea natura: ut ui ſua ſtellas cõplexa cõtorqueat Nã tennis ac ꝓlucẽs & æquabili calore ſuffuſus æther nõ ſatis ad ſtellas cõtinendas uidetur. Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrãtes ab ætherea cõiunctione ſecretam & liberatam. Earũ autẽ perennes curſus atq; perpetui cum admirabili incredibiliq; cõſtantia declarant: in his uim & mentem eſſe diuinã: ut hæc ipſa qui non ſentiat deorum uim habere: is nihil omnino ſenſurus eſſe uideatur. Nulla igitur in cælo nec forma nec temeritas nec erratio nec uanitas ineſt. Contraq; omnis ordo. ueritas: ratio. conſtantia. Q uæq; his uacant: ea mẽtita & falſa plena q; erroris eunt circũ terras infra lunam: quæ omnium ultima eſt interriſq; uerſanẽ. Cæleſtẽ ergo admirabilẽ ordinẽ incredibilemq; cõſtãtiã. ex qua eſt cõuerſatio & ſalus oium omnis: oritur: q̃ uacare mẽte putat: ipſe mẽtis expers habẽdus eſt. Haud ergo ut opinor errauero: ſi a principe inueſtigandæ ueritatis huius diſputationis principiũ duxero. Zeno igitur naturã ſic diffinit: ut eã dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendũ ꝓgredientẽ uia. Cenſet enim artis maxime ꝓpriũ eſſe creare & gignere: quodq; in operibns artiũ noſtrarum manus efficiat. id multo artificioſus naturã efficere: ideſt ut dixi ignẽ artificioſum magiſtrũ artiũ reliquarẽ. Atq; hac quidẽ ratione omnis natura artificioſa eſt: quod habet quaſi uiam quãdã & ſectã quã ſequatur. Ipſius uero mũdi q omnia cõplexu ſuo coercet & cõtinet: natura nõ artificioſa ſolũ ſed plane artifex ab eodẽ zenon dicit' cõſultrix & prouida utilitatum oportunitatumq; omnium: Atq; ut cæteræ naturæ ſuis ſeminibus quæq; gignũtur. augeſcunt: cõtinent: ſic natura mũdi omnes motus habet uolũtarios. conattuſq; & appetitiões quas hormas græci uocãt: & his cõſentaneas actiões ſic adhibet: ut noſmetipſi: q animis mouemur & ſenſibus. Talis igit' mẽs mũdi quũ ſit. ob eamq; cauſam ꝓuidentia appellari recte poſſit: græce enĩ ꝓnoea dicitur: hæc potiſſimũ ꝓuidet. & in his maxime eſt occupata. Primum ut mũdus q̃ aptiſſimus ſit ad permanẽdũ: deinde ut nulla re egeat. maxime autẽ ut in eo eximia puichritudo ſit: atq; ois ornatus. Dictũ eſt de uniuerſo mũdo dictũ ẽt eſt de ſyderibus: ut iam ꝓpemodũ appareat multitudo nec ceſſantiũ deorũ. nec ea quæ agãt moliẽtiũ cũ labore opoſo ac moleſto. Nõ. n. uenis & neruis & oſſibus cõtinẽtur: nec eſcis nec potiõib9 ueſcunt': ut aut nimis acres aut minus cõcretos hũores colligant. Nec his corporib9 ſunt: ut aut caſus aut iectus extimeſcãt: aut morbos metuãt ex defatigatiõe mẽbrorũ. Q uæ uerẽs Epicurus monogrãmos deos & nihil agẽtes commẽtus eſt. Illi aũt pulcherrima forma prædit' puriſſimaq; in regiõe cæli collocati ita ferunt' moderãturq; curſus: ut ad oia cõſeruãda & tuẽda cõſenſiſſe uideãt'. Multę ãt alię naturæ deorũ ex magnis beneficiis eorũ nõ ſine cã & a græciæ ſapiẽtiſſimis & maiorib9 noſtris conſtitutæ noiatæq; ſunt. Q uicq̃d enim magnã utilitatẽ generi afferret huma

no:id nō ſine diuina bonitate erga hoies fieri arbitrabant. Itaq; tū illud qđ erat a deona tum.nomine ipſius dei nuncupabant. Vt quū fruges cererē appellamus:uinum autē li berū.Ex quo illud Terentii.Sine cerere & libero friget uenus. Tum autē res ipſa in qua uis ineſt maior aliqua ſic appellatur: ut ea ipſa uis nominetur deus. ut fides ut mens: quas in capitolio dedicatas uidemus ꝓxime a. M.æmilio ſcauro:ante autem ab Attilio calatino erat fides cōſecrata. Vides uirtutis templum.uides honoris à. M. marcello ren nouatū:quod multis ãte annis erat bello ligultico a Q uinto maximo dedicato. Q uid opis? quid ſalutis.quid cōcordiæ:libertatis:uictoriæ:quarum omnium rerum quia uis erat tanta ut ſine deo regi non poſſet:ipſa res deorum nomen obtinuit. Q uo ex genere cupidinis & uoluptatis & lubētinæ ueneris uocabula cōſecrata ſunt:uitioſarum rerum neq; naturaliū: quāq; Velleius aliter exiſtimat: ſed tamen ea ipſa uitia naturam uehe mētius ſæpe pulſant. Vtilitatē igitur magnitudine cōſtituī ſunt ei dii:q utilitates quas que gignebāt.Atque his quidē noibus quæ pauloāte dicta ſunt quæ uis ſit: in quoque declaratur deo. Suſcepit autem uita hominum conſuetudoq; communis:ut beneficiis excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tollerent.hinc.Hercules. hinc Caſtor & Pollux.hinc Aeſculapius:hinc liber etiã:hūc dico liberū Semele natū.nō eū quē noſtri maiores auguſte ſancteq; liberū cū Cerere & libera cōſecrauerūt:qđ quale ſi ex mini ſteriis intelligi pōt.Sed q; ex nobis natos liberos appellamus: iccirco cerere nati noīati ſūt liber & libera:qđ in libera ſeruāt in libero nō: Itē hic ēt Romulū:quē quidā eē. Q ui rinū putāt: quorū quū remanerēt ai atq; æternitate fruerētur: dii ritæ ſunt habiti quū & optimi eſſent & æterni. Alia uero ex ratione & quidē phyſica magna fluxit multido deorū q induti ſpecie humana fabulas poetis ſuppeditauerūt:hoium autē uitā ſupſtiti one omni referſerūt. Atq; hic locus a zenone tractatus poſta Cleāte & Chryſippo plu ribus uerbis explicatus eſt. Nā uetus hæc opinio græciā oppleuit: ſcilicet exceptū Ce liū a filio Saturno. Vinctū aūt Saturnū ipſum a filio Ioue:phyſica ratio nō inelegās in cluſa eſt in ipias fabulas. Cæleſtē enim altiſſimā ætherāq; naturā ideſt igneā:quæ ꝑ ſe ſe oia gigneret.uacare uoluerūt ea ꝑte corpis:quæ cōiūctione alterius egeret ad ꝓcreā dum. Saturnum autē eū eſſe uoluerūt q curſum & cōuerſionē ſpaciorū ac tēporū cōti neret:q deus græce id ipſū nomē habet. Cronos.n.dicitur:qđ eſt idē ſpatiū tēporis.Sa turnus aūt eſt appellatus q; ſaturaretur annis ex ſe enī natos comediſſe fingitur ſolit? qa cōſumit ætas tēporū ſpatia:anniſq; præteritis in ſaturabiliter expletur. Vinctus eſt aūt a Ioue ne īmoderatos curſus haberet:atq; ut eū ſyderū uiclis alligaret:ſed ipſe Iup piter ideſt iuuans pater:quē cōuerſis caſibus appellamus a iuuādo Iouē a poetis pater diuum q; hominū dicitur:a maioribus autē noſtris optimus maximus:& quidem ante optimus ideſt beneficētiſſimus q̄ maximus:qa maius eſt certeq; gratius ꝓdeſſe omni bus:q̄ opes magnas habere. Hunc igit Ennius ut ſupra dixi nūcupat ita dicens. Aſpice hoc ſublime cādens quē inuocāt omnes Iouem. Planiuſq; alio loco idē Cui quod in me eſt:execrabor hoc.quo lucet quicquid eſt. Hunc etiam augures noſtri quum dicūt Io uem fulgentē.tonantem:dicunt enim in cælo fulgente & tonante. Euripides autem ut multa præclare ſi hoc breuiter. Vides ſublime fuſum īmoderatum æthera:qui terrā tenero circumiecto amplectatur? hunc ſummum habeto diuum:hunc perhibeto Iouē Aer autem ut ſtoici diſputant interiectus inter cælum & mare Iunonis nomine conſe cratur:quæ eſt ſoror & coniunx Iouis & ſimilitudo eſt ætheris & cum eo ſumma con-

iunctio. Effeminarunt autem eum. Iunonique tribuerunt: quo nihil est eo mollius: Sed Iunoue a iuuando credo nominata. Aqua restabat & terra: ut eent ex fabulis tria regna diuisa. Datu est igit Neptuno altero Iouis ut uolut fratri maritimu omne regnu nomenq; productu ut Portunus a porta: sic Neptunus a nando: paulu primis litteris immutatis. Terrena aut uis ois atq; natura Diti patri dedicata est: q diues ut apud græcos Pluton qa & recidat oia in terras: & oriuntur ex terris. Cui proserpina qd græcoru nomen est: ea eni est quæ prosephone græce noiatur: qua frugu semen ee uolut absconditaq; quæri a matre fingut. Mater aut est a gerendis frugibus Ceres taq; geres casuq; prima littera itide mutata ut agræcis: na ab illis quoq; demeter qsi gemeter nominata est: Iam q magna uerteret Mauors: Minerua aut quæ uel minueret uel minaretur. Quuq; in oibus rebus uim haberet maxima: prima extrema principe in sacrificando Ianu esse uoluerut: qd ab eundo nome est dictu: ex quo trasitiones puiæ Iani: foresq; in liminibus pfanaru ædium ianuæ noiantur. Na Vestæ nome a græcis: ea est eni quæ ab illis hæstia dicitur. Vis aut eius ad aras & focos ptinet. Itaq; in ea dea: quæ est rerum custos intimaru: ois & precatio & sacrificatio externa est: nec loge absunt ab hac ui. dii penates siue a penu ducto nomine: est. n. omne quo uescutur homines penus: siue ab eo q penitus insidet: ex quo et penetrales a poetis uocatur. Ia Apollinis nome est græcu que sole esse uolut. Diana aut & luna eande ee putat: quu sol dictus sit. uel qa solus ex oibus syderibus est tantus uel qa quu e ortus obscuratis oibus solus apparet. Luna a lucendo noiata sit eade est: n. lucia. Itaq; ut apud græcos Diana eaq; lucifera: sic apud nostros Iunone lucina in pariendo inuocat: quæ eade Diana omniuaga dicitur. no a uenando: sed q in septe numerate taq; uagantibus Diana dicta qa noctu qsi die efficeret. Adhibet aut ad partus. q, ii matu rescut aut septe nonuq; aut ut plerunq; noue lunæ cursib9: q qa mesa spatia cofician mes noiantur. Cocineq; ut multa Thimæus: q quu in historia dixisset. q nocte nat9 Alexander esset: eade Dianæ ephesiæ tplu deflagrauisset: adiuxit minie id ee mirandu: q, Diana quu in partu olympiadis ad ee uoluisset: adfuisset domo. Quæ aut dea ad res oes uenire: Venere nri noiauerut. atq; ex ea potius uenustas q uen9 ex uenustate. Videtis ne igit ut a physicis reb9 bene atq; utiliter inuetis tracta ro sit ad cometitos & fictos deos quæ res genuit falsas opiniones erroresq; turbulentos & supstitones pene aniles. Et forme .n. nobis deoru & ætates & uestit9 ornatusq; noti sunt. Genera pterea: coiugia. cognationes oiaq; traducta ad similitudine imbecillitatis humanæ. Nam & pturbatis ais induc unt. Accipimus. n. deoru cupiditates. ægritudines: iracudias: nec uero ut fabulæ ferut dii bellis præliisq; catuerut: nec solu ut apud Homeru quu duos exercit9 cotrarios alii dei ex alia parte defenderet: sed et ut cu titanis ut cu gigantib9 sua ppria bella gesserut: Hæc & dnr & eredunt stultissime: & plea sut futilitatis sumæq; leuitatis. Sed rn his fabulis spretis ac repudiatis: deus ptines p natura cuiusq; rei: pterras Ceres: p maria Neptun9 alii p alia potuert itelligi: q qles q; sunt: quoq; eos noie cosuetudo nocupauerit: hos deos uenerari & colere debem9. Cult9 aut deoru e optim9: ide q castissim9 atq; sactissim9: plenissimusq; pietatis: ut eos sp pura itegra icorrupta & mete & uoce uenerem ur No. n. philosophi solu. uerum etia maiores nri supstitione a religione sepauerut. Na q totos dies precabat & imolabat. ut sibi sui liberi supstites eent: supstitiosi sunt appellati: qd nome patuit postea latius. Qui aut omnia quæ ad cultu deoru pertinere diligenter retractarent: & tanq; relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo: ut eligentes ex eligen

dotanq̃ a deligẽdo deligẽtes: ex itelligẽdo itelligẽtes. His. n. i uerbis oib⁹ ieſt uis legẽ di eadẽ q̃ i religioſo: ita tactũ ẽ i ſupſtitioſo: alterũ uitii nomẽ: alterũ laudis. At mihi uideor ſatis & eẽ deos: & q̃les eẽnt oñ diſſe. Proximũ eſt ut docꝛ deorũ ꝓuidẽtia mundũ admiſtrari Magnus ſane locus ẽ: & a ueſtris cotta uexatus: ac nimirũ uobiſcũ oẽ certa men ẽ. Nã uobis Velleius notũ eſt: quẽadmodũ qcq̃ dicaẽ. Veſtra. n. ſolũ legitis ueſtra amatis cæteros cã incognita condẽnatis: uelut a teipſo heſterno die dictũ eſt: anũſati dicã ꝓnoeã a ſtoicis induci. i. ꝓuidentiã. Quod eo errore dixiſti: qa exiſtimas ab his ꝓuidentiã fingi: quaſi quandã deã ſingularẽ: quæ mundũ oẽm gubernet & regat: ſed id p̃ciſe dicitur: ut ſi qs dicat athenienſiũ. r. p. cõſilio regi deſit ariopagi. Sic quũ dicimus ꝓuidentia mundũ adminiſtrari: deeſſe arbitror deorũ. plene aũt & pfecte ſic dici exiſtimato ꝓuidentia deorũ mundũ adminiſtrari. Ita ſalẽ iſtũ quo caret uꝛa nazio in irridendis nobis nolitote cõſumere. Et me hercle ſi me audiatis: ne expiamini qdem: nõ decet: nõ datum eſt: nõ poteſtis. Nec uero hoc in te uno cõuenit moribus domeſticis ac noſtrorũ hoium urbanitate limato: ſed quũ in reliquos ueſtros tũ i eum maxie: q iſta pepit hoiem ſine arte ſine litteris: inſultantẽ in oẽs: ſine acumine ullo ſine auctoritate ſine lepore Dico igitur ꝓuidentia de[illegible] mundũ & oẽs mundi partes & initio cõſtitutas eſſe: & oĩ tpe adminiſtrari: eãq̃ diſputatõem tres in ptes nr̃i fere diuidũt: quarũ pria pars eſt: q̃ ducit᷑ ab ea rõne q̃ docet eſſe deos: quo cõceſſo confitendũ eſt eorũ cõſilio mundũ adminiſtrari Secunda eſt ãt quæ docet oẽs res ſubiectas eſſe naturæ ſentienti: ab eaq̃ oĩa pulcherrime geri: quo cõſtituto ſequitur ab aiantibus principiis eſſe generatã. Tertius eſt locus: q ducit᷑ ex admiratõe rerũ cæleſtiũ atq̃ terræſtriũ. Primũ igitur aut negandũ eſt eſſe deos: qd & Democritus ſimulacra imagies iducens quodã pacto negat: aut qui deos eſſe concedãt, his fatendum eſt eos aliq̃d agere: idq̃ præclarũ Nihil eſt ãt p̃clarius mũdi adminiſtratõe: deorum igitur cõſilio adminiſtratur. Quod ſi aliter eſt: aliq̃d ꝓfecto ſit neceſſe eſt eſſe melius & maiore ui p̃ditum q deos: quale idcũq̃ eſt: ſiue in aiata natura: ſiue neceſſitas ui magna incitata: hæc pulcherrima opa efficiens quæ uidemus. Non ẽ igitur natura præpotens neq̃ excellens ſiquidem ea ſubiecta eſt ei uel neceſſitati uel naturæ: qua cælũ maria terræq̃ regantur: nihil eſt ãt p̃ſtantius deo: ab eo igitur neceſſe eſt mundũ regi. Nulli igitur eſt naturæ obediens aut ſubiectus deus: oẽm ergo regit ipſe naturã. Etenim ſi concedimus intelligentes eſſe deos: concedimus ẽt prouidentes & rerum q̃dẽ maximarũ. Ergo utrũ ignorẽt q̃ res maxie ſint: quoq̃ e mõ tractãdæ & tuẽdæ animum nõ habent: qua tantas res ſubſtineant & gerant. At & ignoratio rerũ aliena naturę deorum eſt: & ſuſtinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in maieſtate deorum: ex quo efficitur id qd uolumus: deorum prouidentia mundũ adminiſtrari. Atq̃ neceſſe eſt quum ſint dii: ſi modo ſint: ut profecto ſunt: aiantes eſſe nec ſolum animantes: ſed rationis compotes: inter ſeq̃ quaſi ciuili conciliatione & ſocietate coniunctos: unũ mundũ ut cõmunem. r. p. atq̃ urbẽ aliquã regentes ſequitur ut in his ſit eadẽ quæ in genere humão ratio: eadẽ ueritas utrobiq̃ ſit eadẽq̃ lex q̃ eſt recti p̃ceptio prauiq̃ depulſio. ex quo intelligit᷑ prudentiã quoq̃ & mentẽ a deis ad hoies pueniſſet: ob eamq̃ cãm maiorũ inſtitutis mens fides uirtus concordia conſecratæ & publicæ dedicatæ ſunt. Quæ q cõuenit penes deos eſſe negare: quũ eorũ auguſta & ſãcta ſimulacra ueneremur? Quod ſi ieſt in hoium genere mens fides uirtus cõcordia: Vñ hæc in terram niſi a ſupin defluere potuerunt? Quũq̃ ſint in nobis cõſiliũ ratio prudẽtia: neceſſe

est deos hæc ipsa hre maiora: nec hre solũ: sed ẽt his uti i maximis & optimis rebus. Nihil aũt esse nec maius nec melius mundo necesse est: ergo eũ deorũ consilio & ꝓuidẽtia administrari. Postremo quũ satis docuerimus hos esse deos quorũ insignẽ uim & illustrem faciẽ uideremus solẽ dico & lunã & uagas stellas & inerrantes: & cælũ & mũdũ ipsũ & earũ rerũ uim quæ ĩessent in oi mundo cũ magno usu & cõmoditate generis hũani: efficitur oĩa regi diuina mente atq; prudentia. Ac de prima qdem parte satis dictum est. Sequtur ut doceã oĩa subiecta naturæ: eaq; ab ea pulcherrime regi. Sed quid sit ipa natura explicandum est añ breuiter: quo facilius id qđ docere uolumus: intelligi possit. Nãq; alii naturã esse censent: uim quandã siue ratõem cientẽ motus in corpibus necessarios. Alii aũt uim participẽ rationis atq; ordinis tanq̃ uia ꝓgredientem: declarantẽq; quid cuiusq; rei cã efficiat: qd sequatur. cuius solertiã nulla ars: nulla manus: nemo opifex conseq possit imitando. Seminis. n. uim esse tantã: ut id q̃q̃ sit pexiguũ: tñ si incident in concipientẽ comprẹhendentẽq; naturã: nactũq; sit naturã: qua alí augeriq; possit ita fingat & efficiat in suo qcq; genere: partí ut tm̃ mõ p stirpes alantur suas partim ut moueri ẽt & sentire & appetere possint & ex sese símilia sui gignere. Sunt aũt q oĩa naturæ noíe appellent: ut Epicurus: q ita diuidit: oĩum quæ sint naturã esse corpora & inane: quæq; his accidant. Sed nos quum dicimus natura cõstare: administrariq; mundũ nõ ita dicius ut glebã aut fragmentũ lapidis: aut aliqd eiusmodi nulla cohærendi natura: sed ut arborẽ ut aíal: in qbus nulla temeritas sed ordo apparet: & artis quædã símilitudo. Quod si ea quæ a terra stirpibus cõtinent̃ arte naturæ uiuunt & uigent: ꝓfecto ipsa terra eadem ui cõtinetur arte naturæ: qppe quæ grauidata seminibus oĩa pariat & fundat ex sese: stirpes amplexa alat & augeat: ipsaq; alatur uicissim a supis externisq; naturis. Eiusdẽq; expirationibus aer alitur & æther & oĩa supa: ita si terra natura teneẽ & uiget: eadẽ non ĩ reliquo mundo est. Stirpes terræ inhærent: aíantes aũt aspiratõe aeris substinẽtur: ipseq; aer nobiscũ uidet: nobiscũ audit: nobiscũ sonat. Nihil. n. eorũ sine eo fieri põt: quin ẽt mouetur nobiscum. Quacunq;. n. imus quacunq; mouemur: uidẽt quasi locum dare & cedere: quæq; in medium locum mundi q est infimus & quæ a medio in supum: quæq; conuersione rotunda circum medium feruntur: ea continente mũdi efficiunt unãq; naturã. Et cũ quatuor sint genera corpum: uicissitudine eorum mundi cõtinuata est natura. Nã ex terra aqua: ex aqua oritur aer: ex aere æther: deinde retrorsum uicissim ex æthere aer: ex aere aqua: ex aqua terra infima: sic naturis his ex qb⁹ oĩa cõstãt sursũ deorsũ ultro citroq; cõmeãtibus mundi partiũ coniunctio continẽt̃ q aut sẽpiterna sit necesse est hoc eodẽ ornatu quẽ uidemus: aut certe ꝑdiuturna ꝑmanẽs ad longinquũ & imensũ pene tps quorũ utrũuis ut sit: seqt̃ mũdũ natura adminístrari: Quæ: n. classiũ nauigatio: aut q̃ istructio exercit⁹? aut rursus ut ea q̃ natura efficit. cõferãus. q̃ ꝓcreatio uitis. aut arboris. q̃ porro aíantis figura. cõfirmatioq; mẽbrorũ tãtã naturæ solertiã significat: quã ipse mũdus? Aut igit̃ nihil ẽ qđ sentiẽte natura regat̃ aut mundũ regi cõfitendũ ẽ. Eteni q reliquas naturas oẽs earũq; semia cõtineat: q põt ipe nõ natura administrari? ut siqs dẽtes & pubertatẽ natura dicat existere: ipsũ ãt hoiem cui ea existãt nõ cõstare natura nõ itelligat: ea q̃ ferat aliqd largitate fũdi ea ferarum: ne anhoíum cã gignere uĩ: Quid de uitib⁹ oliuetisq; dicã: quarũ ubertími: latissimiq; fruct⁹ nihil oĩo ad bestias ptinẽt. Neq;. n. serẽdi neq; colẽdi nec tẽpestiue demetẽdi ꝓcipiẽdiq; fructus: neq; cõdẽdi ac reponendi ulla pecudum scia est: earũq; omnium rerum homi-

num ēst & usus & cura. Vt fides igitur & tibias eorū causa factas dicendū est: q illis uti possunt: sic ea quæ diximus solis confitendū est esse parata qui utūt. Nec siquæ bestiæ furantur aliqd: ex his aut rapiūt: illarū quoq; cā ea nata esse dicemus. Neq;.n. hoies murium aut formicarū causa frumentū condunt: sed cōiugiū & liberorū & familiarū suarū Itaq; bestiæ furtim ut dixi fruunt; dñi palā & libere. hoium igitur causa eas rerum copias cōparatas fatendū est: Ni forte tanta ubertas & uarietas pomorū: eorūq; iocundus non gustatus solū sed odoratus ēt & aspectus dubitatōem affert: qn hoibus solis ea natura donauerit: tm̄q; abest: ut hæc bestiarū ēt cā parata sint: ut ipsas best as hoium gra generatas esse uideamus. Quid.n. oues aliud afferunt: nisi ut earū uillis confectis atq; contextis hoies uestiantur: q quidē neq; ali neq; substentari: neq; ullū fructū edere ex se sine cultu hoium & curatōe potuissent. Canū uero tā fida custodia: tanq; amans dñorum adulatio: tantūq; odiū i externos & tā incredibilis ad inuestigandū sagacitas nariū tanta alacritas i uenando: qd significat aliud. nisi se ad hoium cōmoditates esse generatos: Quid de bobus loquar: quorū ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata: ceruices ātnatæ ad iugū: tū uires humerorū & latitudines ad aratra extrahenda: q̄bus quū terræ subigerent fissione glebarū ab illo auido genere ut poetæ loquunt uis nulla unq̄ afferebatur: Ferrea tū uero ples exorta repente est. Ausa funestū prima est fabricarier ensern: Et gustare manu uinctum domitūq; iuuencū. Tanta putabatur utilitas pcipi ex bobus: ut eorū uisceribus uesci scelus haberet. Longū est mulorū pseq utilitates & asinorū: q̄ certe ad hoium usū paratæ sunt. Sus uero qd hēt pter escā: cui qdem ne putresceret aīam ipsā pro sale datā dicit esse Chrysippus: qua pecude: q erat ad uescendū hoibus apta: nihil genuit natura fœcūdius. Quid multitudinē suauitatēq; pisciū dicā: quid auiū: ex q̄bus tanta pcipitur uoluptas: ut interdum pnoea nra Epicurea fuisse uideat. Atq; hæ non capent qdem nisi hoium rōe atq; solertia: q̄q̄ aues quasdā & alites & oscines ut nri augures appellant rerū augarandarū cā esse natas putamus. Iā uero imanes & feras beluas nāciscimur uenando: ut & uescamur his & exerceamur i uenando ad similitudinē bellicæ disciplīæ: & utamur domitis & cōdocefactis ut elefantis multaq; ex earū corpibus remedia mortis & uulneribus eligamus: sicut ex q̄busdā stirpibus & herbis: quarum utilitates longinq tpis usu & piclitatione pcipimus. Totam licet animis tanq̄ oculis lustrare terrā: mariaq; oia cernere: iā spacia frugifera atq; imensa camporum uestituscq; densissimos mōtium pecudum pastus: tū incredibili cursus maritimos celeritate. Nec uero supra terrā: sed ēt in intimis eius tenebris plurimarū rerū latet utilitas: quæ ad usum hoium orta ab hominibus solis iuenitur. Illud uero qd uterq; uestrum fortasse arripiet ad repræhendendum Cotta: quia Carneades libenter in stoicos inuehebatur: Velleius: quia nihil tam irridet Epicurus: q̄ prædicatōem rerum futurarum. Mihi uidetur uel maxime confirmare: deorum prouidentia cōsuli rebus humanis. Est.n. profecto diuinatio: quæ multis locis rebus tpibus apparet: tum in priuatis: tum maxime publicis. Multa cernunt aruspices: multa augures p̄uident: multa oraculis declarantur: multa uaticinationibus: multa somniis: multa portentis: quibus cognitis multis sæpe res hoium sententia atq; utilitate partæ: multa ēt pericula depulsa sunt. Hæc igitur siue uis siue ars siue natura ad scientiam rerum futurarum homini profecto est: nec ab alio alicui: q̄ a diis immortalibus data: quæ singula uos forte non mouent: uniuersa certe tamen inter se connexa atq; coniuncta mouere debebunt. Nec uero uniuerso genere hominū solum sed etiā singulis a diis immortalibus cōsul & pro

uideri ſolet. licēt.n. contrahere ſocietatem generis humāi: eamq; gradatim ad paucioreſ poſtremo deducere ad ſingulos: Nam ſi oibus hoibus qui ubiq; ſunt: quacunq; i ora ac parte terrarū: ab huiuſce terræ quam nos incolimus cōtinuatione diſtantiū deos conſu lere cenſemus ab has cās: quas ante diximus: his quoq; hoibus conſulunt: qui has nobiſ cum terras ab oriēte ad occidentē colunt. Sin āt conſulunt: qui quaſi magnā quandā in ſulam incolunt: qua nos orbem terre uocamus: ēt illis conſulunt: qui partes eius iſulæ tenent europā aſiā africā. Ergo & earū partes diligunt ut romā: arhenas: ſpartā: Rho dum: & earū urbiū ſepati ab uniuerſis ſingulos diligunt: ut Pyrrhi bello Curriū Fabri cium corruncanū: primo punico Calatinū Duelliū Metelliū Lutaciū: ſecūdo Maximū Marcellū Africanū: poſt hos Paulū Graccū Catonē patrumue memoria Scipionē Leli um: multoſq; præterea & noſtra ciuitas & græcia tulit ſingulares uiros: quorū neminē niſi iuuante deo talē fuiſſe creditū eſt. Q uæ ratio poetas maxīe Homerū ipulit: ut prin cipibus heroū Vlyxi Diomedi Agemēnoni Achilli certos deos diſcriminū & piculorū comites adiungeret. Præterea ipſorū deorū ſæpe p̄ſētiæ: quales ſupra cōmemorauī: de clarant ab his & ciuitatibus & ſingulis hoibus conſuli: quod qdem intelligit' ēt ſignifi cationibus rerū futurarum: quæ tū dormientibus: tum uigilantibus portendunt'. Mul ta præterea oſtentis: multa i extis admonētur: multiſq; rebus aliis quas diuturnus uſuſ ita notauit: ut arte diuinationis efficeret. Nemo igitur uir magnus ſine aliquo afflatu di uino unq̄ fuit. Nec uero ita refellendū eſt: ut ſi ſegetibus uel uinetis cuiuſq̄ tempeſtas no cuerit: aut ſiquid ex uitæ cōmodis caſus abſtulerit: eū cui quid horū acciderit: aut in uiſum deo: aut neglectū a deo iudicemus. Magna dii curant: parua negligūt: magnis āt uiris proſpe eueniunt ſemp oēs res. Si qdē ſatis a noſtris & a principe philoſophiæ So crate dictū eſt de ubertatibus uirtutis & copiis. Hæc mihi feræ in mentem ueniebāt q̄ dicenda putarem de natura deorū. Tu āt Cotta ſi me audias eandem cām agas: teq; & principē ciuē putes & pontificē eſſe cogites. Et qm̄ in utranq; partem uobis licet diſpu tare: hanc potius ſumas: eamq; facultatem differendi quam tibi a rhetoricis exercitati onibus acceptam amplificauit academia potius huc conferas. Mala.n. & impia conſue tudo eſt contra deos diſputandi: ſiue ex aīo id fit ſiue ſimulate.

M. Tulii. Ciceronis de natura deorum liber tertius.

Q Væ quū Balbus dixiſſet: tū arrideṅs Cotta ſero inqt mihi Balbe p̄cipis q̄d defendā. Ego.n. te diſputante qd contradicerē mecū ipſe meditabar: neq; tā refellendi tui cā: q̄ ea quæ minus intelligebā requrendi. Q uū āt ſuo cuiq; iudicio ſit utendū: difficile factu eſt me id ſentire qd tu uelis. Hic Velleius Neſcis inqt quāta cū expectatōe Cotta ſin te auditurus: Iocundus.n. Balbo nr̄o ſermo tuus contra Epicurū fuit. Præbebo igit' me tibi uiciſſim attētū contra ſtoicos auditorē ſpo.n. ut ſoles bn̄ paratū uēire. Tū Cotta ſi mehercule inqt Vellei: neq;.n. mihi parr̄ cū lucilio eſt ac tecū fuit: Q ui tādē inqt ille? Q uia mihi ur̄ Epicurus ueſter de diis imor talibus non magnope pugnare: tm̄ mōnegare deos eſſe non audet: ne quid inuidiæ ſu beat aut criminis. Q uū uero deos nihil agere nihil curare confirmat: mēbriſq; humāis eſſe p̄ditor: ſed eorū mēbrorū uſū nullū hre: ludere ur̄: ſatiſq; putare ſi dixerit eē quādā beatā naturam & æternam. A Balbo autem anima duertiſti credo q̄ multa dicta: quāq; etiam ſi minus uera: tum apta inter ſe & coherentia. Itaq; cogito ut dixi non tam refel lere eius rationem: q̄ ea quæ minus intellexi requirere: Q uare Balbe tibi permitto re

ſpõdere ne mihi malis de ſingulis rebus quærẽti ex te ea q̃ parũ accepi: an uniuerſã audire oratiõẽ meã. Tum Balbus: ego uero ſiquid explanari tibi uoles rñdere malo. Sin me interrogare nõ tã intelligẽdi cauſa q̃ refellendi: utrũ uoles faciã: uel ad ſingula q̃ requires ſtatim reſpõdebo: uel quũ pararis ad omnia. Tum Cotta optime inqt: quãobrẽ ſic agamus: ut nos ipſa ducit oratio. Sed anteq̃ de re: pauca de me. Nõ enĩ mediocriter moueor auctoritate tua Balbe: orationeq; ea: quæ me in porãdo cohortabat: ut memi niſſem me & Cottã eſſe & pontificẽ. Quod eo credo ualebat: ut opiniones quas a maioribus accepius de diis imortalibus: ſacra cerimonias religioneſq; defenderem. Ego uero eas defendã ſemp: ſemp; defendi: nec me ex ea opinione: quã a maioribus accepi de cultu deorũ imortaliũ ullius unq̃ oratio aut docti aut indocti mouebit. Sed quũ de religione agitur: Corruncanũ uel Scipionẽ uel Scæuolã pontifices maximos: non zenonẽ aut Cleantẽ aut Chryſippõ ſequor: habeoq; Cleliũ augurem eundẽq; ſapientem: quẽ potius audiã dicentẽ de religione: illa ratione nobili: q̃ quenq̃ principẽ Itoicorũ. Quũq; oĩs populi romani religio in ſacra & auſpicia diuiſa ſit: tertiũ adiunctum ſit: ſi qd prædictionis eã ex portentis & monſtris ſibyllæ interp̃tes aruſpiceſq; monuerunt: harum ego religionũ nullã unq̃ contẽnẽdã putaui: mihiq; ita pſuaſi Romulũ auſpiciis: Numã ſacris conſtitutis fundamenta ieciſſe noſtræ ciuitatis: q̃ nunq̃ ꝓfecto ſine ſũma placatõe deorum imortaliũ tanta eſſe potuiſſet. Habes Balbe quid Cotta: qd pontifex ſentiat. Fac nunc ergo itelligã qd tu ſentias: a te. n. philoſopho rõnem accipe debeo religionis: maioribus aũt noſtris ẽt nulla ratione reddita credere. Tũ Balbus quã igitur a me rationẽ inquit Cotta deſyderas? Et ille quadriptita inqt fuit diuiſio tua. Primũ ut uelles docere deos eſſe. Deinde quales eſſent. Tũ ab his mundũ regi. Poſtremo cõſulere eos rebꝰ humanis. Hæc ſi recte memini ptitio fuit: Rectiſſime inqt Balbus: ſed expecto qd reqras Tũ Cotta primũ quicq; uideamus inqt: & ſi id eſt primũ quod inter oẽs niſi admodum impios conuenit: mihi qdem exaĩo exire non põt eſſe deos: Id tñ quod mihi pſuaſum eſt eſſe deos auctoritate maiorũ cur ita ſit nihil tu me doces. Quid eſt inqt Balbus ſi tibi pſuaſũ eſt cur a me uelis diſcere: Tũ Cotta qa ſic aggrediar inqt ad hanc diſputatiõnẽ: quaſi nihil unq̃ audierim de diis imortalibus nihil cogitauerim. Rudẽ me & integrum diſcipulum accipe: & ea quæ reqro doce. Dic igitur iquit quid requiras: Ego ne? Primũ illud: Cur quid perſpicuum in iſtam partem nec egere quidẽ oratione dixiſſes: qd eſſet perſpicuum & inter omnes conſtare de eo ipſo tam multa: dixeris. Quia te quoq; inqt animaduerti Cotta ſæpe quum in foro diceres q̃ plurimis poſſe argumentis onerare iudicem: ſi modo eam facultatem tibi daret cauſa: atq; hoc idem & philoſophi faciunt: & ego ut potui feci. Tu autem quid quæris ſimiliter facis ac ſi me roges: Cur te duob9 cõtuear oculis & non altero contuear: quum idem uno aſſequi poſſim. Tum cotta q̃ſimile iſtud ſic inquit: tu uideris. Nam ego neq; in cauſis ſi quid eſt euidens de quo inter oẽs conueniat argumentari ſoleo. Perſpicuitas. n. argumentatione leuatur: nec ſi id facerẽ in cauſis forenſibus idem facerem in hac ſubtilitate ſermonis. Cur contuereris aũt altero oculo cauſa non eſſet: quum idem obtutus eſſet amborum & quum rerum natura: quam tu ſapientem eſſe uis duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluiſſet. Sed quia non conſyderabas tam eſſe id perſpicuum q̃ tu uelis: propterea multis argumentis deos eſſe docere uoluiſti. Mihi. n. unũ ſatis erat: ita nobis maiores nr̃os tradidiſſe: Sed tu auctoritates cõtẽnis ratione pugnas. Patere igit̃ rõnẽ meã cũ tua rõe contẽdere. Affers hæc oĩa argumenta cur dii ſint: rẽ q̃ mea ſnia minime dubiã argumẽ

tando dubiã facis. Mandaui. n. memoriæ non numerũ ſolum: ſed ẽt ordinẽ argumẽtorũ tuorũ. Primũ fuit quũ cæ lũ ſuſpexiſſemus: ſtati nos itelligere eſſe aliquod numen: quo hæc regant. Ex hoc illud ét. Aſpice hoc ſublime candes: quẽ inuocant oẽs. Iouẽ. Q uaſi uero q ſq̃ noſtrũ iſtũ potius q̃ capitolinũ Iouẽ appellet: ut hoc ꝓſpicuũ ſit: cõſtetq; inter oẽs eos eſſe deos: quos tibi Velleius multiq; præterea ne aiantes qdẽ eſſe cõcedãt. Gra ue ét argumentũ tibi uidebat: q; opinio de ꝺiis imortalibus & oium eſſet & quotidie cre ſceret. Placet igitur tantas res opinione ſtultorũ iudicari uobis. ꝓſertim q illos inſanos eſſe dicatis. At. n. ꝓſentis uidemus deos ut apud regillũ Poſtumius: in ſalaria Vacien? neſcio qd ét delocrorũ apud ſagrã ꝓlio: Q uos igitur tu Tyndaridas appellabas. i. hoies hoie natos: & quos Homerus q recens ab illorũ ætate fuit: ſepultos eſſe dicit lacedæmo ne eos tu cãteriis albis nullis calonibus obuiã Vacieno ueniſſe exiſtias: & uictoriã. p. r. Vacieno potius hoi ruſtico q̃. M. catoni qui tũ erat princeps nũciauiſſe. Ergo & illud in ſilice: quod hodie apparet apud regillũ tanq̃ ueſtigiũ ungulæ Caſtoris equi credis eſſe. Non ne maius illud credere quod probari poteſt aios præclarorũ hoium quales iſti tyn daridæ fuerũt diuinos eſſe & æternos: qua eos q ſemel cremati eſſẽt eqtare: & i acie pu gnare potuiſſe? Aut ſi hoc fieri potuiſſe dicis: doceas oportet quo mõ nec fabellas aniles proferas. Tũ lucilius an tibi inqt fabellæ uidentur? Non neab Aulo poſtumio ædẽ Ca ſtori & Polluci in foro dedicatã? Non ne ſenatus cõſultum de Vacieno uides? Nã de ſa gra græcorũ etiam eſt uulgare prouerbium: quæq; affirmant certiora eſſe dicunt q̃ illa quæ apud ſagram. His igitur auctoribus non ne debes moueri? Tũ Cotta Rumoribus inquit mecum pugnas Balbe: ego autem a te rationes requiro: Sequuntur quæ futura ſunt: effugere. n. nemo id poteſt: quod futurum eſt. Sæpe autem ne utile eſt quidem ſci re quid futurum ſit: miſerum eſt. n. nihil proficientem angi: nec habere ne ſpei quidem extremum & tamen commune ſolatium: præſertim quum uos iidẽ fato fieri dicatis oĩa: quod autem ſemper ex omni æternitate uerum fuerit id eſſe fatum. Q uid igitur iuuat: aut quid affert ad cauendum ſcire aliquid futurum: quum id certe futurum ſit? Vnde porro iſta diuinatio: quia inuenit fiſſum iecoris: quis cornicis cantum notauit: quis for tes: quibus ego credo. Nec poſſum Actii neuii: quem commemorabas lituum contem nere. Sed qui iſta intellecta ſunt a philoſophis debeo adiſcere: præſertim quum iſti plu rimis de rebus diuinis mentiuntur: At medici quoq; ita. n. dicebas ſæpe enim fallũtur: Q uid ſimile medicina cuius ego ratõem uideo & diuinatio: quæ unde oriatur non intel ligo. Tu aũt etiam Deciorum deuotionibus placatos deos eſſe cẽſes. Q uæ fuit eorum tanta iniquitas: ut placari. p. r. non poſſent: niſi uiri tales occidiſſent: Cõſilium illud im peratorum fuit: quod græci ſtrategema appellant. Sed eorũ impatorum: qui patriæ cõ ſulerent: uitæ non parcerent. Rebantur. n. fore: ut exercitus impatorem equo incitato ſe in hoſtes imittentem perſequeretur id quod euenit. Nam fauni uocem eqdem nunq̃ audiui: tibi ſi audiuiſſe te dicis credam: & ſi faunus omnino quid ſcit neſcio. Non igitur adhuc quantum quidem in te eſt Balbe intelligo dos eſſe: quos equidem credo eẽ: ſed nihil docent ſtoici. Nam Cleãthes ut dicebas quatuor modis formatas in aĩs hoiũ pu tat deorum eſſe nationes Vnus is modus eſt de quo ſatis dixi; q eſt ſuſceptus ex præſẽ ſione rerum futurarum Alter ex pturbationibus tempeſtatũ & reliqs motibus. Terti? ex cõmoditate rerũ quas ꝓcepimus & copia. Q uartus ex aſtrorũ ordine celeſtiq; cõſtã tia. De ꝓſenſione diximus: de pturbatõibus cæleſtibus & maritimis & terrenis non poſ ſumus dicere: quum ea fiant non eſſe multos qui ea metuant; & a diis imortalibus fieri

atq; mortuũ: ut eũ uis q̃ dã abstraxisse a sẽsu mẽtis uideret. Obiiciũt ẽt sæpe formæ q̃ re ab se nullæ sunt: speciẽ aũt offerũt: qd cõtigisse Brẽno dicit eiusq; gallicis copiis quũ fano Apollinis delphici nefariũ bellũ itulliſſet. Tũ eni ferũt ex oraculo hæc fatã eẽ pythiã: Ego ꝓuidebo rẽ istã & albũ uirgies. Ex quo factũ ut & uiderẽt uirgies ferre arma cõtra: & niue gallorũ obrueret exercit9: Aristotelles qdẽ eos ẽt q ualitudis uitio furerẽt: & Melãcolici dicerent censebat habere aliqd in ais ꝑsagiẽs atq; diuinũ Ego ãt haud scio an nec cardiacis hoc tribuẽdũ sit: nec freneticis. Animi eni itegri nõ uitiosi corpis est diuiatio quã q dẽ eẽ re uera hac stoicorũ ratione cõcludit. Si sũt dii: neq; añ declarat hoib9 quæ futura sũt aut nõ diligũt hoies: aut qd euẽturũ sit ignorãt aut existimãt nihil interesse hoium scire qd sit futurũ. aut nõ cẽset esse suæ maiestatis ꝓsignificare hoibus quæ sũt futura: aut ea ne ipsi quidẽ dii significare possũt. At neq; nõ diligũt nos. Sũt eni benefici generiq; hoium amici neq; ignorãt ea q̃ ab ipsis cõstituta & designata sũt: neq; nostra nihil interest scire ea quæ euẽtura sũt: erim9. n. cautiores si sciemus: neq; hoc alienũ ducũt maiestate sua nihil est eni beneficẽtia ꝑstãtius: neq; nõ possũt futura: ꝑnoscere. Nõ igit sũt dii: nec significãt futura. Sũt aũt dii: significãt ergo: & si nõ significãt: nullas uias dãt nobis ad significatiõis scientiã frustra eni significarẽt: nec si dãt uias: nõ ẽ diuinatio: est igit diuiatio: hac rõne & Chrysippus & Dyogenes & Antipater utit. Q uid est igit cur dubitãdũ sit: quin sint ea quæ dispu tauí ueriſſima: si ratio ineſſe facit si euẽta: si populi: si natiões: si græci: si barbari: si maiores ẽt nostri: si dẽiq; hoc sẽper ita putatũ est: si sũmi philosophi: si poetæ: si sapiẽtiſſimi uiri. q res publicas cõstituerũt: q urbes cõdiderũt. An dũ bestiæ loquãt expectam9. hoium cõsẽtiẽte auctoritate cõtẽti nõ sumus. Nec uero quicq̃ aliud affert: cur ea quæ dico diuinãdi genera nulla sint: nisi qd difficile dictu uidet: quæ cuiusq; diuinatiõis ratio quæ cã sit. Q uid eni habet aruspex cur pulmo incisus etiã in bonis extis dirimat tps: & ꝓferat diẽ. Q uid augur: cur a dextra coruus: a siniſtra cornix faciat ratũ Q uid astrologus qd stella: cur stella Iouis aut Vẽeris cõiũcta cũ Luna ad ortus puerorũ salutaris sit: Saturni Martisue cõtraria. Cur aũt deus dormiẽtes nos mõeat: uigilãtes negligat. Q uid deide causæ sit: cur Cassãdra furẽs futura ꝓspiciat. Priãus sapiẽs hoc idẽ facere nõ queat. Cur fiat quicq; quæris: rectæ oio: sed nõ nunc id agit: fiat nec ne fiat: id quærit. Vt si magnetẽ lapidẽ esse dicã q ferrũ ad se allicíat & trahat: at rõnẽ cur id fiat afferre nequeã: fieri omnino neges: qd idẽ facis i diuiatiõe quã & cernimus ipsi & audiuimus. & legimus & a partibus accepimus neq; añ philosophiã patefactã. quæ nup inuẽta est hac de re cõmunis uita dubitauit. Et postea quã philosophia ꝓcesit. nemo aliter philosophus sẽsit in quo nõ eẽt auctoritas. Dixi de Pythagora de Democrito de Socrate excepi de antiquis præter Xenophanẽ neminẽ. Adiũxi ueterẽ academia peripatheticos stoicos. Vnus dissẽtit Epicurus: Q uid uero hoc turpi9 q̃ qd idẽ nullã cẽset gratuitã eẽ uirtutẽ. Q uis ãt quẽ nõ moueat clariſſimis monumẽtis testata cõsignataq; ãtiqtas. Calchãtẽ augurẽ scribit Homerus lõge optimũ. eumq; ducẽ classicis fuisse. At illũ auspiciorũ credo scia nõ locorũ. Amphiloc9 & Mopsus argiuorũ reges fuerũt sed iidẽ augures iiq; urbes in hora maritrma ciliciæ græcas cõdiderũt Atq; ẽt añ hos Amphiaraus & Tyresias nõ humiles & obscuri: neq; eorũ similes. ut apud Enniũ est q sui quæstus cã facta suscitãt snias. sed clari & ꝑstãtes uiri q auibus & signi admoniti futura dicebãt quorũ de altero etiã apud inferos Homerus ait solũ sape cæteros umbrarũ uagari mõ. Amphiaraũ aũt sic honorauit fama græciæ. deus

ut haberet: atq; ut ab eius solo in quo est hūatus oracula peterēt. Quid asiæ rex Priam⁹ nō ne & Helenū filiū: & Cassādrā filiā diuinātes habebat. Alterū augurīis. Alterā mētis icitatiōe diuina. Quo i genere marcios quosdā fratres nobili loco natos apud maiores nr̄os fuisse scriptū uidem⁹. Quid Polybiæ corithiū nō ne Homerus & aliis multa & filio ad Troiā ꝓficiscēti mortē prædixisse cōmemorat: oio apd ueteres: q re rū potiebant: iidē auguria tenebāt. Vt.n. sape sic diuinare regale ducebāt: ut testis ē nostra ciuitas: in qua & reges augures: & postea priuati eodē sacerdotio prædīti rē.p: religionē auctoritate rexerūt: Eaq; diuiationū rōne i barbaris q̄dem gentibus negle cta est: Siquidē & in Gallia Dyrides sūt: ex quibus ipse diuitiarū heduū hospitē tuū laudatorēq; cognoui: q & naturæ rōnē: quā physiologiā græci appellāt notā esse sibi ꝓfitebat: & parti augurīis. parti cōiectura. quæ eēnt futura dicebat. Et in psis augurāt & diuināt magi: q cōgregāt i fano cōmētādi cā: atq; inter se colloquēdi. Quid ēt iidē uos quondā facere nō is solebatis. nec qsq̄ rex psarū pōt esse: qui non añ magorū disciplinā sciētiāq; pceperit. Licet autē uidere & genera quædā & natiōes huic sciētię deditas. Temelsus in caria est: qa in urbe excellit aruspicū disciplina. Itēq; elis in pelo pōneso familias duas certas hēt ianūdarū unā. Alterā glacidarū aruspicine nobilitate præstātes. In syria Caldei cognitione astrorū: solertiaq; ingeniorū antecellūt. Etruria aūt de cælo tacta sciētissimæ aiaduertit: eadēq; interptat: qd quibusq; oñdatur mō stris atq; portētis. Quo circa bene apud maiores nostros senatus tū quū florebat ipe rium decreuit: ut de principū filiis. vi. singulis ætruriæ populis in disciplinā traderēt ne as tāta ꝓpter tenuitatē hoium a religionis auctoritate abduceret ad mercedē atq; quæstā. Friges aūt & pisidæ & Cylices arabū natio auiū significatiōibus plurimū ob temperāt: qd idē factitatū in umbria accepimus. Ac mihi quidē uident ex locis ipsis quoq; q a qbusq; incolebant: diuinationū opportunitates esse ductæ. Vt enī ægyptii ut Babylonii: in cāporū patentiū æquoribus habitantes: quū ex terra nihil emineret: qd cōtē platiōi cæli officere posset: oēm curā in syderū cōtēplatiōe cognitiōe posuerūt Etrusci āt qd religiōe ibuti studiosus: & crebrius hostias imolabāt: extorū cognitioni se maxime dediderūt: quodq; ꝓpter aeris crassitudinē de cælo apud eos multa fiebāt & qd ob eādē cām multa inusitata parti ex cælo: alia ex terra oriebant: quædā etiā ex hoium pecudumue cōceptu & situ portētorū exercitatissimi iterpretes extiterūt: quo rū quidē uim ut tu soles dicere uerba ipsa prudēter a maioribus posita declarāt. Quia enī ostēdūt: portēdūt mōstrāt: prædicūt: ostēta. portēta mōstra. ꝓdigia dicūt. Arabes aūt & Phryges: & Cylices: q; pastu pecudū maxime utūt cāpos: & mōtes hyeme: & æstate pagrātes: ꝓpterea facilius cantus auiū: & uolatus notauerūt. Eadēq; & Pyside cā fuit: & huic nostræ umbriæ. Tū caria tota præcipueq; telmesses quos ante dixi: q; agros uberrimos maxieq; fertiles incolūt: in qbus multa ꝓpter fœcūditatem fingi gigniq; possūt: i ostētis aiaduertēdis diligētes fuerūt: Quis uero nō uidet i optia quaq; republica plurimū auspicia & reliqua diuinādi genera ualuisse· Quis rex unq̄ fuit qs populus: q nō uteret prædictiōe diuianeq; solū in pace: sed in bello multo etiā magis quo maius erat certamē & discrimē salutis. Omitto nostros q nihil in bello sine extis agūt: nihil sine auspiciis domi habēt. Auspicia externa uideam⁹. Nā & Atheniēses oi bus semp publicis cōsiliis diuinos quosdā sacerdotes: quos mātes uocāt adhibuerūt & lacedæmonii regibus suis augurē assessorē dederūt: itemq; sensibus sic enī cōsilium publicū appellāt augurem interesse uoluerūt: iidemq; de rebus maioribus semp aut

delphis oraculũ:aut ab hamõne aut a dodona putebãt:Lycurgus q̃dẽ q̃ lacedæmõio rũ.R.P.tp̃auit leges ſuas auctoritate apollinis delphici cõfirmauit: quas quũ uellet Lyſander cõmutare eadẽ eſt ꝓhibitus religiõe. Atq; ẽt q̃ p̃erant lacedæmõiis nõ con tenti uigilãtibus curis ĩ paſiphæ fano:q̃d eſt in agro pp̃urbem ſõniãdi cã excubabant qa uera q̃tis oracula ducebãt. Ad nr̃a iã redeo. Quotiens ſenatus decem uiros ad li bros ire iuſſit:nã & quũ duo uiſi ſoles eſſent:& quũ tres lũæ: & quũ faces & quũ ſol nocte uiſus eſſet:& quũ ex cælo fremitus auditus:& quũ cælũ diſceſſiſſe uiſũ ẽ: atq; ĩ eo aĩa duerſi globi. Delata ẽt ad ſenatũ labes agri priuernatis: quũ ad infinitã altitudi nẽ terra diſcediſſet:Apuliaq; maximis terremotib9 cõquaſſata eẽt: q̃bus portẽtis ma gna.p.r.bella p̃nicioſæq; ſeditiões denũciabãt. Inq; his oĩbus reſpõſa aruſpicũ cũ ſy billæ uerſibus cõgruebãt:qd quũ eumis apollo ſudauit capuæ uictoria q̃d ortus An drogini:ñ ne fatale quoddã mõſtrũ fuit:q̃d q̃d fluuius atrat9 ſãguĩe fluxit. Quid quũ ſæpæ lapidũ ſãguinis nõ nũq̃ terræ interdũ quõdã ẽt lactis iber efluxit. Quid quũ in capitolio ictus cẽtaurus ex cælo eſt in auentino portæ:& hoies tuſculi ædes Caſtoris & Pollucis:Romæq; pietatis nõ ne & aruſpices ea reſpõderũt quæ euenerũt:& ſybil læ libris eædẽ reptæ p̃dictiões:ſũt quotiens ſenatus decẽuiros ad libros ire iuſſit quã tis in reb9 quãq̃ ſæpe reſpõſis aruſpicũ paruit:cæciliæq; ſõnio mõ marſico bello tem plũ ẽ a ſenatu Iunoni ſoſpite reſtitutũ:q̃d q̃dẽ ſomniũ Siſenna quũ diſputaſſet mirifi ce ad uerbũ ore cõueniſſe. Tũ inſolenter credo ab Epicuro aliquo iduct9 diſputat ſõ niis credi nõ oportere:idẽ eõtra oſtenta nihil diſputat:exponitq; ini io belli marſici & deorũ ſimulacra ſudauiſſe: & ſãguinem fluxiſſe:& diſceſſiſſe cælũ:& ex occulto audi tas eſſe uoces:quæ p̃icula belli nũciarent:& lanuuii clypeos:q; aruſpicib9 triſtiſſimũ uiſũ eſſet a murib9 eſſe deroſos. Quid q̃d annalib9 habem9 ueienti bello quũ lacus alban9 p̃ter modũ ceruiſſet: ueientẽ quendã ad nos hoiem nobilẽ ꝓfugiſſe:eũq; di xiſſe & fatis q̃ ueientes ſcripta haberẽt ueios capi nõ poſſe:dũ lacus is redũdaret & ſi lac9 emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare ꝓfluxiſſet:p̃nicioſũ.p.r. Sint ãtita eſſet edu ctus:ut ad mare p̃uenire non poſſet:tũ ſalutare noſtris fore. Ex quo illa admirabilis a maioribus albanæ aquæ facta deductio ẽ. Quũ ãt ueiẽtes bello feſſi legatos ad ſena tũ miſiſſẽt:tũ ex his quidã dixiſſe dicit̃:ñ oĩa illũ trãſſugã auſũ eẽ ſenatui dicere. In iiſ dẽ eni fatis ſcriptũ ueientes hr̃e:fore ut breui a Gallis roma caperet̃:q̃d q̃dẽ ſexennio p̃ot ueios captos factũ eſſe uidemus. Sæpe ẽt & in prælĩis fauni audiri & in reb9 turbi dis ueridicæ uoces ex occulto miſſæ eſſe dicũt̃. Cuius generis duo ſũt ex multis exem pla:ſed maxĩa. Nã nõ multo añ urbẽ captã exaudita uox eſt a luco ueſtæ:qui a palatii radice in nouã uiã deuexus ẽ:ut muri & portæ reficerent̃: futurũ eſſe niſi ꝓuiſũ eſſet ut roma caperet̃. Q d̃ neglectũ tũ caueri:poterat poſt acceptã illã maximam cladem explicatũ eſt. Ara eni aio loquenti quã. vii. uidemus aduerſus eũ locũ cõſecrata ẽ:atq; ẽt ſcriptũ a multis eſt quũ terræmotus factus eſſet ut ſue plena ꝓcuratio fieret: uocẽ ab ædẽ Iunonis ex arte extitiſſe:quo circa Iunonẽ illã appellatã monetã. Hæc igit̃ & a diis ſignificata:& a noſtris maioribus ĩdicata cõtẽnimus. Neq; ſolũ deorũ uoces Py thagorei obſeruauerũt:ſed ẽt hoium quæ uocãt oĩa:quæ maiores noſtri qa ualere cẽſe bãt:iccirco oĩbus rebus agẽdis:q̃d bonũ fauſtũ fœlix fortunatũq; eẽt præfabãt̃:reb9 q; diuinis:quæ publice fierẽt ut fauerẽt linguis imperabat̃:inq; feriis ĩperãdis: ut liti bus & iurgiis ſe abſtinerẽt. Itemq; in luſtrãda colonia ab eo q eã deduceret:& quũ im perator exercitum: cenſor populum luſtraret bonis nominibus qui hoſtias ducerent

elígebant. Quod idē in delectu cōsules obseruant ut primus míles fiat bono nomíne: quæ qdē a te scís & consule: & imp. sūma religiōe eē seruata. Prærogatiuā etiā maiores oēs iustorū cōmiciorū esse uoluerūt. Atq; ego exēpla omniū nota ꝓferā. L. paulus cōsul iterū quū ei bellū ut eū rege ꝑsē gereret obtigísset: ut ea ipsa die domū ad uespum rediit: filiolā suā Tratiā: q̄ tū erat admodū pua: osculās aiaduertit trísticulā: Quid est in quit mea Tratia: quid tristis es? Mi pr̄ inqt psa periit. Tū ille arctius puellā cōplexus: accepi omen inqt mea filia: erat autē mortua catella eo noīe. L. Flaccū flāinē marti alē ego audiui quū díceret: Cecília metallā: quū uellet sororis suæ filiā in matrimōiū collocare: exísse i quoddā sacellū ominis capiēdi causa: quod fieri more ueterū solebat. Quū uirgo staret: & cecília in sella sederet: neq; diu ulla uox extitísset: puellam defatigatā pertísse a matertera ut sibi cōcederet paulísper: ut in eius sella reqescéret: illā aūt dixísse: uere mea puella tibi concedo meas sedes: qd̄ omen res cōsecuta est. Ipsa enī breui mortua est: uirgo aūt nupsit: cui cecília nupta fuerat. Hæc posse cōtemni uel etiā rideri præclare intelligo: sed ipsum est deos nō putare quæ ab his significant cōtēnere. quid de auguribꝰ loquor? tuę partes sūt: tuū inquā auspiciorū patrocíniū debet esse: tibi. P. Claudiꝰ augur cōsul nūciauit. a dubitato salutis augurio bellū domesticū tríste ac turbulētum fore: quod paucis post mensibus exortū paucioribus ē a te diebus oppressum. Cui qdē auguri uehemēter assētior: solus enī multorū annorū memoria nō decantandi auguríi: sed diuinādi tenuit dísciplinā: quē irridebāt collegæ tui: eūq; tū pysidā: tū soranū augurē esse dicebant qbus nulla uidebat in auguríis aut aspiciis præsensio ueritatis futuræ: sāpiēter aiebāt ad opinionē iperatorū esse fictas religiōes: qd̄ lōge secus est. Neq; enī iu pastoribus illís: qbus Romulus præfuit: nec in ipso Romulo hæc callidítas esse potuit: ut ad errorē multitudínis religiōis simulacra fingerēt: sed difficultas laborq; díscēdi disertā negligētiā reddidit: malū enī discere nihil i auspiciis: quā quid sit ediscere. Quid est illo auspicio: diuinꝰ qd̄ apd̄ te i Mario ē ut utar potíssimū te auctore? Hic Iouis alíson subito pennata satelles: Arboris e trūco serpētis saucia morsu: Subigit ipsa feris trās figēs unguibus anguē: Semianimū & uaria grauiter ceruice micātē. Quę se torquētē laniās rostroq; cruētas: Iā saciata animos & dures ultra dolores Abiícit efflantē: & laceratū afflígit i unda: Seq; obitu ad solis nitidos cōuertit ad ortus. Hāc ubi ꝑpetibus pēis lapsuq; uolantē Conspexit marius diuini numinis augur: Faustaq; signa suæ laudis redítusq; notauit: Partibus intōuit cæli pater ipse siníštris: Sic aq̄læ clarū firmauit Iuppiter omen. At ille Romulí auguratus pastoralis ñ urbanꝰ fuit nec fictus ad opiniōes impatorū sed a certis acceptꝰ & posteris traditꝰ. Itaq; Rōulꝰ augur: ut apud Enniū ē cū frē ité augure: Curātes magna cū cura: tū cupiētes regni dāt opā símul auspícatio auguio q;. In mōte rēus auspicio se deuouerat: Atq; scdam Solꝰ āt seruat: at Rōulꝰ pulcher i alto Q uærit auētio: seruat genꝰ alte uolātū: Certabāt urbē romā romorā ne uocarēt Oris cura uiris uter eēt ídupator. Expectāt: ueluti cōsul quū mittet signū. Vultoēs auídi spectāt ad carceris oras: Q ua mox emittat pictis ex faucibꝰ eurus. Sic expectabat ppls: atq; ora tenebat. Rebus utrí magni uictoría sit data regni Interea sol albꝰ recessit in ífera noctis. Exín cādída se radiís dedit ita foras lux: Et símul ex alto lōge pulcherrima ꝑpes Leua uolauit auis: símul aureus exoriē sol. Cedūt ter quatuor de cælo corpora sancta: Auiū præpetibus sese pulchrísq; locis dant. Cōspicit inde sibí data romulus esse priora Auspício regni stabilitas scanna solumq;. Sed unde huc digressa est: eodem redeat oratio: si níhil queam disputare quā obrem quicq; fiat: & tātū modo fieri ea quæ cōmemo

raui doceam parum ne Epicuro Carneadíue reſpondeã? Quid ſi ẽt ratio extaẽ artificio ſũ præſenſiõis facilis: diuiæ aũt paulo obſcurior? Quæ,n. extis: quæ fulgoribus, quæ portentis: quæ aſtris p̃ſentiuntur: hæc notata ſunt obſeruatione diuturna. Affert autẽ uetuſtas oĩbus in rebus longinqua obſeruatione incredibilem ſciẽtiam: quę poteſt eſſe etiam ſine motu atq; ipulſu deorũ: quũ quid ex quoq; eueniat. & qd quãq; rem ſignifi-cet crebra aĩaduerſione perſpectũ eſt. Altera diuinatio eſt naturalis ut añ dixi: quæ phyſica diſputãdi ſubtilitate referẽda eſt ad naturam deorum: a qua ut doctiſſimis ſapientiſſimiſq; placuit. hauſtos aĩos & libatos habemus. Quumq; omnia cõpleta & referta ſint ęterno ſenſu & mẽte diuina neceſſe eſt cognitione diuinorũ aĩmorũ aĩos humanos cõmoueri. Sed uigilãtes animi uitæ neceſſitatib⁹ ſeruiũt diſiũgũtq; ſe a ſocietate diuina uiclis corporis impediti. Rarum eſt quoddam genus eorum: qui ſe a corpore auocẽt & ad diuinarũ rerũ cognitionẽ cura omni ſtndioq; rapiant. Horũ ſũt auguria nõ diuini impetus. ſed rationis humanæ. Nã & natura futura præſentit. ut aquarũ fluxiões ut deflagrationẽ futurã aliquãdo cæli atq; terrarũ. Alii aũt i. r. p. exercitati nt de atheniẽſi Solone accepimus oriẽtẽ tyrãnidẽ multo ante ꝓſpiciũt quos prudẽtes poſſumus dicere id eſt ꝓuidẽtes: diuinos nullo modo poſſumus: nõ plus quã mileſiũ Thalẽ: q ut obiurgatores ſuos cõuinceret: oſtẽderetq; etiã philoſophũ ſi ei cõmodũ eſſet pecuniã facere poſſe: omnẽ oleã anteq̃ florere cæpiſſet in agro mileſio coemiſſe dicit. Aduertit fortaſſe quadã ſciẽtia olearũ ubertatẽ fore: Et qdẽ idẽ primus defectionẽ ſolis. quæ Aſtyage regnante facta eſt: prædixiſſe fertur. Multa medici: multa gubernatores: agricole etiam multa præſẽtiũt ſed nullã eorũ diuinationẽ uoco: ne illã qdẽ: qua ab Anaximãdro phyſico moniti lacedemonii ſũt: ut urbẽ & tecta linquerẽt: armatiq; in agro excubarent: q terræmotus inſtaret: tũ quũ & urbs tota corruit: & ex mõte thaygeto extrẽa mõtis q̃ſi pupis auulſa eſt. Ne Pherecidas qdẽ illẽ Pythagoræ magiſter poti⁹ diuin⁹ habebat q̃ phyſicus: q quũ uidiſſet hauſtã aquã de iugi puteo: terræmotus dixit inſtare: Nec uero unq̃ animus hominis natnraliter diuinat: niſi quũ ita ſolutus eſt & uacuus: ut ei plãe nihil ſit cũ corpore: Quod aũt uatibus contingit: aut dormiẽtibus. Itaq; ea duo genera a Dicæarcho probãtur & ut dixi a Cratippo noſtro: ſi ꝓpterea qd ea proficiſcuntur a natura ſint ſumma ſane modo ne ſola. Sin aũt nihil eſſe in obſeruatione putãt: multa tollunt quibus uitæ ratio continetur. Sed quoniã dant aliquid: idq; non paruum uaticinationes cum ſomniis: nihil eſt quod cum his magnopere pugnemus: præſertim quũ ſint qui omnino nullam diuinationem probẽt: Ergo & hi quorum animi ſpretis corporibus euolant atq; excurrunt foras ardore aliquo inflammati: atq; incitati cernunt illa profecto: quæ uaticinãtes pronunciant: multiſq; rebus inflamantur tales animi. qui corporibus nõ inhærent: ut hi qui ſono quodam uocum & phrigiis cãtibus incitant multos nemora ſiluæq; : multos amnes aut maria cõmouẽt: quorũ furibunda mens uidet añ multo quæ ſũt futura. Quo de genere illa ſunt: eheu uidete: iudicauit inclytũ iudiciũ in terra de aſtris aliquis. quo iudicio lacedæmonia mulier furiarũ una aduenit. Eodem enim modo multa a uaticinãtibus ſæpe prædicta ſunt: neq; ſolum uerbis ſed etiam uerſibus quos olim fauni uatesq; canebãt. Similiter Martius & publius uates ceciniſſe dicuntur quo ex genere Apollinis operta prolata ſunt. Credo etiã anhelitus quoſdã fuiſſe terrarũ: q bus inflate mẽtes oracula funderẽt. Atq; hæc quidem uatum ratio eſt: nec diſſimilis ſane ſomniorũ. Nam quæ uigilantibus accidũt uatibus: eadẽ nobis dormiẽtib⁹. Viget enim aĩus in ſõnis liberq; ſẽſibus ab oĩ ipeditiõe curarũ iacente & pene mortuo corpore q qa uixit ab oĩ æternitate uerſatuſq; ẽ cũ innumerabilibus animis omnia quæ in

natura rerũ sunt uidet: si mõ temperatis escis modicisq; potatõibus ita est affectus: ut sopito corpe ipse uigilet. hæc somniantis est diuinatio; hic magna quæ dã exorit' neq; ea naturalis: sed artificiosa sõniorũ antiphonis interptatio: eodẽq; mõ & oraculorũ & uaticinationũ: sunt. n. explanatores: ut grãmatici poetarũ. Nam ut aurũ & argentũ æs ferrũ frustra natura diuina genuisset: nisi eadẽ docuisset quẽadmodũ ad eorũ uenas pueniretur: Nec fruges terræ: baccasue arborũ cũ utilitate ulla generi hũano dedisset: nisi earum cultus & conditões tradidisset: materia qd deinde iuuaret nisi consectionis eius fabricã haberemus: sic cũ omni utilitate quã dii hoibus dederunt ars aliqua cõiuncta est: per quã illa utilitas pcipi possit. Itẽ igitur sõniis: uaticinatõibus oraculis: q; erant multa obscura: multa ambigua explicatões adhibitæ sunt iterptũ. Quõ aũt aut uates aut sõniantes ea uideãt: quæ nusq̃ ẽt tũc sint: magna quæstio ẽ: sed explorata si sint ea: quę añ quæri debeant: sint hæc quæ quærimus faciliora. Continet. n. totã hãc quæstionẽ ea rõ quæ est de natura deorũ: quæ a te secũdo libro est explicata dilucide: quã si obtinemus itabit illud qd̃ hũc locũ continet: de quo agimus esse deos: & eorũ prouidẽtia mũdum administrari: eosdẽ consulere rebus humãis: nec solũ uniuersis: uerũ ẽt singulis. Hæc si tenemus quæ mihi qdem nõ uident' posse cõuelli: pfecto hoibus a diis futura significari necesse est. Sed distinguẽdũ uident' quonã mõ. Nam nõ placet stoicis singulis iecorũ fissis: aut aviũ cãtibus itereſſe deũ: neq;. n. decorũ est: nec diis dignũ: nec fieri ullo pacto põt: sed ita a pricipio inchoatũ esse mundũ: ut certis rebus certa signa pcurrẽt: Alia in extis: alia in auibus: alia i fulgoribus: alia in ostẽtis: alia in stellis: alia in somniantiũ uisis: alia in furentiũ uocibus: ea qbus bene pcepta sũt: hi nõ sæpe fallunt'. Male cõiecta: maleq; iterpretata falsa sũt: non rerũ uitio: sed iterpretũ insciã. Hoc aũt posito atq; cõcesso esse quandã ui diuinã hoium uitã cõtinenẽ: non difficile ẽ: quæ fieri certe uidemus: ea q̃ rõne fiant suspicari. Nã & ad hostiã diligendã põt dux esse uis quædã sentiens: quæ est toto cõfusa mũdo: & tũ ipsũ: quũ imolare uelis extorũ fieri mutatio põt: ut aut absit ali qd aut supsit. Paruis. n. momẽtis multa natura aut affingit. aut mutat aut detrahit. qd̃ ne dubitare possimus. maxio ẽ argumento: qd̃ paulo añ interitũ Cæsaris cõtigit q quũ imolaret illo die quo primũ in sella aurea sedit. & cum purpurea ueste processit. in extis bouis opimi cor nõ fuit. Num igitur censes ullũ animal qd̃ sanguinẽ habeat sine corde esse posse? Qua ille rei nouitate pculsus: quum spurinna diceret timendũ esse ne cõsilium & uita deficeret. earũ. n. rerũ utraq; a corde pficisci postero die caput iecore non fuit. quæ qdem illi portendebantur a diis imortalibus. ut uideret iteritũ nõ ut caneret. Quum igit' hæ partes in extis non repiunt'. sine quibus uictima ulla uiuere nequisset i telligendũ est in ipso imolationis tpe eas partes quæ absint iterisse. Eadẽq; efficit i auibus diuina mẽs ut cũ huc tũ illuc uolẽt alites. tũ i hac tũ i illa pte se occultẽt. tũ a dextra tũ a sinistra pte canãt oscines. Nã si omne aial ut uult ita utit' motu sui corporis prono obliquo supino. mẽbraq; quo uult flectit. contorquet porrigit. contrahit: eaq; añ efficit pene q̃ cogitat: quãto id deo est facilius. cuius nũini pent. oĩa idẽq; mittit & signa nobis eius generis: q̃lia pmulta historia tradidit. quale scriptũ illud uidemus: si lũa paulo añ solis ortũ defeciſſet i signo leõis. fore ut armis Darius & Persæ ab Alexãdro. & Macedonibus prælio uincerentur: Dariusq; moreretur. Et si puella nata biceps esset seditionem in ponulo fore. corruptelã & adulterium domi. Et si mulier leonẽ pepisse uisa esset fore ut ab exteris gẽtibus uinceret' illa res. p. in qua id cõtigisset. Eiusdẽ generis ẽt illud est qd̃ scribit Herodotus Crœsi filiũ quũ esset ifans locutũ. quo oñto regnum patris &

domum sũditus cõcidisse: Caput arsisse Seruio Tullio dormienti: quæ historia ꝑdidit: Vtigit̃ q se tradet ita quieti ꝑpato aio cũ bonis cogitatõibus ad tranqllitatẽ accommodatis certa & uera cernit in sõniis: sic castus aius purusq; uigilãtis & ad astrorum & ad auiũ reliquaiorũq; signorũ: & ad extorũ ueritatẽ est patior. Hoc nimirum ẽ illud: qđ de Socrate accepius q đq; ab ipso i libris socraticorũ sæpe dr̃ esse diuinum quiddã: qđ dæmonion appellat: cui sempipse paruerit: nunq̃ ipellenti: sæpe reuocanti. Et socrates quidem quo quẽ auctorẽ meliorem quærimus: Xenophonti consulenti sequeretur ne Epicurum: postea q̃ exposuit: quæ sibi uidebant̃. & nostrũ qdem inqt humanũ est consiliũ sed de rebus & obscuris & incertis ad Apollinẽ censeo referendũ: ad quem ẽt Athenienses publice de maioribus rebus semp retulerunt. Scriptũ est itẽ quũ Critonis sui familiaris o ulũ alligatũ uidisset: quæsiuisse qd esset. Q uũ aũt ille respondisset in agro ambulanti ramulũ adductũ ut remissus esset i oculũ suũ recidisse: tũ Socrates. Non.n. paruisti mihi reuocanti: quũ uterer qua soleo præsagatõe diuina. Idem ẽt Socrates quum apud duellĩũ male pugnatũ esset lachete: ꝑtore fugeretq; cũ ipso lachete ut uẽtũ ẽi triuiũ eadẽ qua cæteri fugere noluit qbus quærentibus cur non eadẽ uia ꝑgeret: deterreri adeo dixit. Tũ qdẽ ii q̃ alia uia fugerãt: in hostiũ equitatũ inciderũt. Permulta cõiecta sunt ab Antipatro: quæ mirabiliter a Socrate diuinata sũt: quæ ꝑtermittã: tibi.n. nota sũt mihi ad cõmemorãdũ nõ necessaria. Illud tñ eius philosophi magnificũ ac pene diuinum: q; cũ ipiis sententiis dãnatus esset æquissimo aio duxit mori. Neq;.n. domo egredienti: neq; illud suggestũ: i quo cãm dixerat ascendenti signũ sibi ullũ quod cõsuessent adeo quasi mali alicuius ipendẽtis datũ. Equidẽ sic arbitror ẽt si multa fallant eos: qui aut arte aut cõiectura diuinare uideant̃: esse tñ diuinatõem: hoies aũt ut i certis artibus sic in hac posse falli: Põt aũt accidere ut aliquod signũ dubie datũ: ꝑ certo sit acceptum põt aliqd̃ latuisse: aut ipsũ aut qd̃ esset illi contrariũ. Mihi aũt ad hoc de quo disputo ꝑbandũ satis est non mõ plura: sed ẽt pauciora diuine ꝑsensa: & ꝑdicta reperiri. Q uinẽt hoc nõ dubitans dixerĩ: si unũ aliqd ita sit ꝑdictũ præsensũq; ut quũ euenerit: ita cadat ut prædictũ sit neq; in eo qcq̃ casu & fortuitu factũ esse appeat: esse certe diuinationem idq; esset oĩbus confitendũ. Q uo circa primũ mihi ur̃ ut Possidõius facit adeo de quo satis dictũ est: deinde a fato: deinde a natura uis in sõnis diuinandi ratioq; repetenda est. Fieri igit̃ oĩa fato ratio cogit fateri fatũ aũt id appello: quod græci h marmenen idest ordinem seriẽq; causarũ: quũ cã cãm ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens ueritas sẽpiterna. Q uod quũ ita sit: nihil est factũ: quod non futurũ fuerit: eodẽq; modo nihil est futurũ: cuius nõ cãs id ipsũ efficientes natura contineat. Ex quo intelligit̃ ut fatũ sit non id qd̃ superstitiose: sed id quod physice dicitur cã æterna rerũ: cur & ea quæ præterierunt facta sint: & quæ istãt fiant: & quæ sequunt̃ futura sint. Ita fit ut obseruatõe notari possit: quæ res quãcunq; cãm plerũq; cõsequat̃ ẽt si nõ semp. Nã id qdem difficile est affirmare: ea sd ẽ cãs ueristimiles rerũ futurarũ cerni ab iis: q aut ꝑ furorẽ eas aut in quiete uideant: Præterea quũ fato omnia fiant: id quod alio loco ostendetur: si quis mortalis possit esse: qui colligatiõem causarum omnium perspiciat animo: nihil eum ꝑfecto fallet. Q ui enim teneat causas rerum futurarum idem necesse ẽ oĩa teneat: quæ futura sint. Q uod quum facere nemo nisi deus possit: relinquendũ est homini ut signis qbusdam consequentia declarantibus futura præsentiat. Non.n. illa quæ futura sũt subito existunt: sed ẽ quasi rudentis explicatio sic tractio temporis nihil noui efficientis: & primum quicq; replicantis. Q uod & hi uident quibus naturalis diuinatio data est: &

hí qbus cursus rerum obseruãdo notatus ẽ. Q uí & sí causas ipsas nõ cernũt: signa tñ causarũ & notas cernũt: ad qs adhibita mẽoria & dílígẽtia ex mõumẽtis supiorũ efficiẽ ea diuiatio q̃ artificiosa dr extorũ: fulgurũ: oñtorũ: signorũqꝫ cælestiũ. Nõ est igit ut mirãdũ sit eã pñtiri a diuinãtibus: q̃ nũq̃ sint. Sunt.n. oía sed tpe absunt. Atqꝫ ut in sensibus uis ineſt earũ rerũ: q̃ ex his ꝓgignunt: sic í causis cõditæ sũt rex futuræ quas esse futuras aut cõcitata mens aut soluta sõno cernit: aut rõ aut cõiectura pñtit. Atqꝫ ut hí q solís & lũæ relíquorũqꝫ syderũ ortus obitus motusqꝫ cognorũt: quo qcqꝫ tpe eorũ futurũ sit multo añ p̃dicũt: sic q cursũ rerũ euentorũqꝫ cõsequentiã diuturnita te ptracta notauerũt: aut semp aut sí id difficile est plerũqꝫ. Q uod sí ne id qdẽ cõcedit non nũq̃ certe qd futurũ sit ítellígunt. Atqꝫ hæc qdẽ & quædã eiusmodí argumenta cur sit diuiatio dñr a fato: a natura aũt alía quædã rõ est: quæ docet quãta aí uis seiuncta a corpis sensibus: qd maxie cõtingit aut dormiẽtibus aut mẽte ꝓmotis. Vt.n. deorum aí sine oculís sine auribus: sine língua sentíũt ínter se qd qſqꝫ sentíat: ex quo fit ut hoíes ẽt quũ taciti optent alíqd aut moueãr: aut dubitent quín díí illud exaudiãt: sic aí hoíum quũ aut sõnio soluti uacãt corpe: aut mente ꝓmoti p se ipsi líberi ícitati mouẽt cernunt ea: q̃ ꝓmixti cũ corpe aí uídere nõ possunt. Atqꝫ hãc qdem rõnem naturæ difficile est fortasse traducere ad id genus diuinatõis: qd ex pte pfectũ dicímus: sed tñ id quoqꝫ rímat quantũ põr. Possidonius esse censet ínatura signa qnædã rerũ futurarũ Vtí.n. ætos accepius ortũ caniculæ dílígenter quot annís solere seruare cõiecturãqꝫ cape: ut scríbit Põticus Eraclídes: salubrís nean pestílens annus futurus sit. Nã sí ob scurior quasí calígiosa stella extíterit: pigíre & cõcretũ esse cælũ: ut eius aspíratio grauis: & pestílens futura sit. Sín illustrís & plucida stella appuit: significarí cælũ esse nue purũqꝫ: & ꝓpea salubre. Democritus ât censet sapiẽter ístituísse ueteres. ut hostí arũ ímolaturũ ísperẽt exta: quorũ hítu atqꝫ colore tũ salubrítatis: tũ pestílentiæ sígna ꝓcípi: non nnuq̃ ẽt quæ sit uel sterílitas agrorũ: uel fertílitas futura: quæ sí a natura ꝓfecta obseruatio atqꝫ usus agnouit: multa afferre potuit díes: q̃ aíaduertẽdo nota rent ut ílle pacuuianus q̃ ícísí physicus íducit minie naturã rerũ cognoscere uídeat Nã ístí q línguã auíũ ítellígũt. plusqꝫ ex alieno íecore sapíũt quã suo: magis audiẽdũ q̃ auscultãdũ cẽseo. Cur quæso quũ ípse paucis ínterpositis uersibus dícas satís luculẽte: qcqd est hoc oía animat format: alít auget. creat sepelít: recípitqꝫ í se oía: Oíumqꝫ idẽ est pr: in idẽqꝫ eadẽqꝫ oríunt de íntegro: atqꝫ eodẽ occidũt? Q uid est igít: cur quũ domus sit oíum una eaqꝫ cois: quũqꝫ aí hoíum semp fuerínt: futuríqꝫ sínt: cur íí quidẽ quíd ex quoqꝫ eueníat: & qd quãqꝫ rẽ significet pspicere nõ possũt? Hæc habui íquít de díuinatõe quæ dícerẽ: nũc illa testabor nõ me sortílegos: neqꝫ eos q quæstus cã hariolent: nec psychomantiã qdem quíbus appius amícus tuus utí solebat agnoscere nõ ab eodem sancímarsũ augurẽ. nõ uicínos aruspices: nõ de circo astrologos: nõ ísta eos cõiectores: nõ ínterptes sõníorũ. Nã.n. sũt íí aut scía aut arte díuíní: sed supstítiosí uates ípudentesqꝫ harioli: aut inertes: aut ínsaní: aut quíbus egestas ípat: qui sibí semitã nõ sapíunt: alíís monstrant uíam: quíbus díuítías pollícentur: ab his dragmas ípsí petunt de his díuítíís sibí deducant dragmam reddant cætera. Atqꝫ hæc quídem Ennius. qui paucis ante uersibus esse deos censet sed eos curare opinatur quid agat humanum genus Ego autem qui & curare arbitror: & monere etiam ac multa prædicere: leuitate uanitate malícia exclusam díuinatõem probo. Q uæ quum díxísset Q uintus præclare tu quídem in quam paratus.

M.T.C. de diuinatione Liber Secundus.

Værenti mihi multũq; & diu cogitãti quadã re posse ꝑ desse q̃plurimis: ne qñ intermittere cõsulere reip. nulla maior occurrebat: q̃. si optimarũ artiũ uias tradere meis ciuibus: qđ complurib⁹ iã libris me arbitror consecutũ. Nã & cohortari sumus: ut maxie potuimus ad philosophorũ studiũ eo libro: q est inscriptus. Hortensius: Et qđ genus philosophãdi minie arrogãs: maxieq; & cõstans & elegãs arbitraremur quatuor academicis libris oñdimus. quũq; fũdamentũ esset philosophiæ positũ in finibus bonorũ & malorũ: ꝑpurgat⁹ est is locus a nobis qnq; libris: ut qd a quoq; & qd cõtra quemq; philosophũ diceret: itelligi posset: Totidẽ subsecuti libri tusculanarũ disputationũ: res ad beate uiuendũ maxime necessarias apuerũt. Prius. n. est de cõtẽnenda morte. Secũdus de tolerẽdo dolore. De ægritudie leniẽda tertius. q̃rtus de reliqs ai p turbatõibus: Q uitus eũ locũ cõplexus: q totã philosophiã maxie illustrat docet. n. ad beatæ uiuendũ est ad beatę uiuẽdũ uirtutẽ se ipsa esse cõtẽtã. Q uibus reb⁹ æditis tres libri pfecti sũt de natura deorũ i qbus oĩs eius loci q̃stio continet. Q uæ ut plene esset cumulateq; pfecta de diuiatõe igressi sum⁹ his libris scribere: qb⁹ ut est i aio de fato si adiũxerius: erit abũde satisfactũ toti huic quæstiõi. Atq; his libris annumerãdi sũt sex de. r. p. quos tũc scripsimus quũ gubernacula reip. tenebamus: magnus locus philosophiæq; ꝑprius: a Platone: Aristotele: Theophrasto: totaq; ꝑipatheticorũ fãilia tractat⁹ uberrie. Nã qdego de cõsolatõe dicã: q̃ mihi qdẽ ipsi sane aliquantũ medet cæteris: itẽ multũ ꝑfuturã Interiectus ẽt est nup is: quẽ ad nr̃m Atticũ de senectute misimus. Imprimisq; qm̃ philosophia uir bon⁹ efficit & fortis: Cato nr̃ in horũ libro rũ nũero ponend⁹ est. Q uũq; Aristoteles itẽq; Theophrastus excellentes uiri cũ subtilitate tũ copia cũ philosophia dicendi ẽt ꝑcepta cõiũxerit: nr̃i quoq; oratorii libri in eũdẽ librorũ nũerũ referẽdi uident. Ita tres erũt de oratore: q̃rtus Brutus: qntus orator. Adhuc hæc erãt: ad reliq̃ acri tẽdebam⁹ aio sic: pati ut nisi q̃ cã grauior obstitisset nullũ philosophię locũ putaremus: q nõ latinis litteris illustrat⁹ pateret. qđ. n. mun⁹ reip. afferre maius meliusue possum⁹: q̃ si docemus atq; erudius iuuentutẽ his ꝑserti moribus atq; tpibus: qbus ita ꝑlapsa est: ut oĩum opib⁹ refrenãda atq; coercenda sit Nec uero id effici posse cõfido: qđ ne postulãdũ qdẽ est: ut oẽs adolescẽtes se ad hæc studia cõuertãt: pauci utinã quorũ tñ i remp. late patere poterit iduſtria. Eqdẽ ẽt ex his fructũ capio laboris mei: q iã ætate ꝑuecti i nr̃is libris acqescũt: quorũ studio legẽdi meũ scribendi studiũ uehemẽtius ĩ dies icitat: quos qdẽ plures q̃ rebar esse cognoui. Magnificũ illud ẽt Romãisq; hoib⁹ glorioſũ: ut grẽcis de philosophia lr̃is ñ egeãt qđ assequor ꝑfecto si istituta pfecero. Ac mihi qdem explicandæ philosophiæ causã attulit casus grauis ciuitatis: quũ in armis ciuilib⁹ nec tueri meo more remp. nec nihil agere poteram: nec quid potius: quod quidem me dignum esse agere reperiebam. Dabunt igitur ueniam mihi mei ciues: uel gratiam potius habebunt: qđ quum esset i unius ptãte resp. neq; ego me abdidi: neq; deserui: neq; afflixi: neq; ita gessi quasi hoi aut tpibus iratus: neq; porro ita ut adulatus: aut admiratus fortunam sum alterius: ut me meæ pœniteret. Id. n. ipsũ a Platonis philosopbiaq; didicerã: naturales esse conuersiões quasdam rerũp. ut eæ tum a principibus tenerent: tum a populis aliq̃ a singulis. quod quũ accidisset nostræ reip. tũ pristinis orbati muneribus hæc custodia renouare cœpimus: ut & aius molestiis potissimũ reuelaretur & prodessemus ciuibus

nostris: qua re cunq; possemus. In libris enī sententiā dicebamus: concionabamur: philosophiā nobis ꝓ reip. ꝓcuratōe substitutā putabamus. Nūc qm̄ de rep. cōsuli cœpimus: tribuēda est opa reip. uel oīs potius in ea cogitatio & cura ponēda. Tā huic studio relinquendū: quantum uacabit a publico officio & munere. Sed hæc alias pluribus. Nūc ad īnstitutā dīsputatōem reuertamur. Nā quū de diuīatōe Quintus frater ea dīsseruīsset: quæ supiori libro scripta sūt: satisq; ambulatū uideretur: tum in bibliotheca: quæ īlicio est assedim⁹. At ego accurate tu q̄dem inq̄ Quinte: & stoice stoicorum snīam defendīsti: quodq; me maxie delectat: plurimis nris exemplis usus es: & iis q̄dem claris & illustribus. Dicendum est mihi igitur ad ea quæ sunt a te dicta: sed ita nihil at affirmem: quæram oia: dubitans plerunq; & mihi ipse diffidēs Si enī. aliq̄d certi haberem qđ dicerē: ego ipse diuinarē: qui esse diuinatōem nego. Etenī me mouet illud: qđ in primis Carneades quærere solebat: quarūnā rerū diuinatio eēt earū neq; sensibus ꝓciperentur. At eas q̄dem cernimus: audīmus: gustamus: olfacimus: tāgimus. Nunq̄d ergo in his rebus est: quæ ꝓuisione aut ꝓmotōe mētis magis q̄ natura ipsa sentiamus: aut nū nescio q̄ ille diuius si oculis captus sit: ut tyresias fuit possit quæ alba sint: q̄ nigra dicere: aut si surdus sit uarietates uocū: aut modos noscere: Ad nullā igit̄ earū rerū que sensu accipiunt̄: diuinatio adhibet̄: atq ne in his q̄dem rebus: quæ arte tractant̄: diuinatione opus est. Et. n. ad ægros nō uates: aut hariolos sed medicos solemus adducere. Nec uero q̄ tībiis aut fidibus uti uolūt ab aruspicib⁹ accipiunt earū tractatōem: sed a musicis. Eadē in litteris rō est reliqsq; rebus: quarū est disciplina. Num censes qui diuinare dīr posse rīdere: sol maior ne q̄ terra sit: tantus quantus uideatur: Lunaq; suo lumine an solus uratur: Sol lūa quē motū hēat quē. v. Stellæ quæ errare dīr. Nec hæc q̄ diuini hīntur: ꝓfiren̄t se esse dicturos: nec eorū quæ in Geometria describunt̄: quæ uera quæ falsa sint: sūt. n. ea mathematicorū non ariolorū. De illis uero rebus: quæ in philosophia uersant̄: nunq̄d est qđ qsq̄ diuinorū aut rīdere soleat aut consuli: q̄d bonū sit: quid malū: quid neutrū: Sunt. n. hæc propria philosophorū. Quid de officio: nū quis aruspicem cōsulit quēadmodū sit cū parentibus cū fratribus cū amicis uiuendū: quēadmodū utendum pecunia: quemadmodū honore: quēadmodū impio: Ad sapientes hoc nō ad diuinos referrī solēt Quid quæ a Physicis aut dialecticis tractant̄: nūquis eorū diuinare pōt: unus ne mūd⁹ sit an plures: quæ sint initia rerū ex qbus nascunt̄ oia: Physicorū ista prudētia. Quo ūo ātnon mētient̄ dissoluas: quē pseudomenō uocāt: aut quēadmodū soriti resistas: quē si necesse sit latio uerbo licea acerualē appellare: Sed nihil op⁹ ē. Vt. n. ipsa philosophia multa uerba græcorū: sic sorites satis latio sermōe tritus est. Ergo hoc quoq; dialectici dicēt nō diuini. Quid quū quærit̄ q̄ sit optimus reip. status: quæ leges q̄ mores aut utiles aut iutiles: aruspices ne ex etruria arcessent̄: an principes statuent̄ & delecti uiri pīti rerū ciuiliū: Quod si ne earū rerū. q̄ subiectæ sensib⁹ sūt. ulla diuiat o ē nec earū quæ artib⁹ cōtinent̄. nec earū quæ in philosophia dīsserūt̄. nec earū. q̄ in rep. uersant̄: quarū rerū sit nihil ꝓrsus itelligo. Nā aut oium debet eē. aut alīq̄ ei materia dāda ē. in q̄ uersari possit. Sed nec oium diuīatio est ut rō docuit. nec locus nec materia iuenit̄. cui diuinatōem pficere possimus. Videigit̄ an nulla diuīatio. Est q̄dā græcus i hāc snīam uersus. Bñ q cōīiciet uatē hūc phibeto optimū: nū igr̄ aut q̄ tēpestas ipēdat uates meli⁹ cōīiciet q̄ gubernator: aut morbi naturā acuti⁹ q̄ medic⁹ aut belli administratōem prudētius. q̄ impator cōiectura assequet̄? Sed animaduerti Quin

te te caute:& ab iis coniecturis quæ haberent artem aut prudẽtiã:& ab iis rebus q̃ ſẽ ſibus aut artificiis ꝓciperẽt abducere diuinationẽ:eãq; ita diffinire Diuinationẽ eſſe earum prædictionem & præſenſionem:quæ eſſent fortuitæ. Primum eadẽ reuolueris Nã & medici:& gubernatoris:& Impatoris p̃ſenſio eſt rerũ fortuitarũ. Nũ igitur aut aruſpex:aut augur:aut uates quis aut ſomnians melius coniecerit: aut ex morbo euaſurum ægrotũ:aut ex piculo nauẽ:aut ex iſidiis exercitum:q̃ medicus: q̃ gubernator q̃ Impator? Atqui ne illa q̃dem diuinatis eſſe dicebas:uentos aut imbres impendentes q̃buſdam p̃ſentire ſignis in quo noſtra quædam Aratea memoriter a te ꝓnũciata ſunt. Et ſi hæc ipſa fortuita ſunt:plerũq;.n.non ſemp eueniunt:Q uæ eſt igitur aut ubi uerſatur fortuitarum rerum p̃ſenſio:quam diuinationem uocas. Q uæ.n.pręſentiri aut arte:aut rõne aut uſu:aut coniectura poſſunt:ea non diuinis tribuenda putas:ſed pitis. Ita relinquitur:ut ea fortuita diuinari poſſint:quæ nulla nec arte:nec ſapientia ꝓuideri poſſint. Vt ſiqs.M.marcellum illum:q ter cõſul fuit multis annis añ dixiſſet naufragio eſſe piturum diuinaſſet profecto:Nulla.n.arte alia id nec ſapiẽtia ſcire potuiſſet. Talium ergo rerũ:quæ in fortuna poſitæ ſunt præſenſio diuinatio ẽ. Põt ne igitur earũ rerum:quæ nihil hñt rõnis.quare futuræ ſint eſſe ulla præſenſio. Q uid eſt.n.aliud fors:quid fortuna:q̃d caſus:q̃d euentus:niſi quũ ſic aliquid cecidit ſic euenit:ut uel nõ cadere atq; eueniret:uel aliter cadere atq; euenire potuerit. Q ũo ergo id q̃d temere fit cæco caſu & uolubilitate fortunæ præſentiri & prędici põt? Medicus morbum ingraueſcentẽ rõne ꝓuidet inſidias:Impator:tẽpeſtates Gubernator & tñ hi ipſi ſæpe falluntur:qui nihil ſine certa ratione opinantur. Vt agricola quum florem oleæ uidet:baccam quoq; ſe uiſurum putat:non ſine rõne ille q̃dem:ſed non nunq̃ tn fallitur. Q uod ſi falluntur ii:qui nihil ſine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt:q̃d æſtimandum eſt de coniectura eorum q̃ extis:aut auibus: aut oñtis aut oraculis aut ſõniis futura p̃ntiũt:Nũ dũ dico q̃ hæc ſigna nulla ſint. fiſſũ iecoris: corui cantus uolatus aq̃læ:ſtellæ traiectio:uoces furẽtũ:ſortes ſõnia:de q̃buſ ſingulis dicã ſue loco:Nũc de uniuerſis q̃ põt ꝓuideri q̃cq̃ futurũ eẽ:q̃d neq; cãm hẽt ullã neq; notã cur futurũ ſit. Solis defectões itẽq; lunæ p̃dicũt̃ i multos annos ab his q̃ ſyderũ curſus & motus nũeris pſequunt̃:ea p̃dicũt.n.q̃ naturæ neceſſitas defectura eſt. Vidẽt ex cõſtantiſſimo motu lunæ:qñ illa ex regiõe ſolis facta incurrat in umbrã terræ:q̃ eſt meta noctis:ut eam obſcurari neceſſe ſit:qñq; eadem luna ſubiecta atq; oppoſita ſoli nr̃i oculi eius lumen obſcuret:quo in ſigno quæq; errrantium ſtellarũ quoq; tpe futura ſit q exortus quoq; die ſ gni alicuius aut q occaſus futurus ſit. Hæc qui ante dicunt:q̃ rationem ſequantur uides:qui theſaurum inuenturum:aut hæreditatem uenturam dicunt:q̃d ſequuntur:aut in qua rerũ natura ineſt id futurum. q, ſi ea quæ ſunt eiuſdem generis hñt aliquam talem neceſſitatem:q̃d eſt tãdem quod caſu fieri:aut forte fortuna putemus? Nihil.n.eſt tam contrarium rationi. & cõſtãtię q̃ fortuna ut mihi ne in deum q̃dem cadere uideatur. ut ſciat q̃d caſu. & fortuitu futurũ ſit. Si.n.ſit.certe illud eueniet.ſin certe eueniet nulla fortũa ẽ. Eſt aũt fortuna rerum igitur fortuitarum nulla p̃ſio ẽ. Aut ſi negas eſſe fortunã. & cia q̃ fiunt: quæq; futura ſunt ex oĩ æternitate diffinita dicis eſſe fataliter:muta diffinitõem diuinatiõis quam dicebas p̃ſenſionem eſſe rerum fortuitarum. Si.n.nihil fieri põt. nihil accidẽ nihil euenire.niſi quod ab oĩ æternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempe quæ poteſt eſſe fortuna? qua ſublata qui locus eſt diuinationi. quæ a te rerum eſt for-

tuitarum dicta præsentio? quanq̃ dicebas omnia quæ fierẽt: futuraue essent fato cõtine ri. Anile sane & plenũ superstitionis fati nomẽ ipsum: sed tamẽ apud stoicos de isto fato multa dicunt: de quo alias nũc qđ necesse est. Si oĩa fato: qd mihi diuinatio ꝓdest? Q đ enim is q diuinat prædicit: id uero futurũ est: ut ne illud quidẽ sciã quale sit. Q đ Deiota rũ familiarẽ nostrũ ex itinere aquila reuocauit: q nisi reuertisset i eo cõclaui ei cubãdũ fuisset: quod ꝓxia nocte corruit. Ruina igit̃ oppressus esset: at id neq; si fatũ fuerat effu gisset: nec si nõ fuerat in eũ casum incidisset. Q uid ergo adiuuat diuinatio: aut quid est quod me moueãt aut sortes: aut exta: aut nulla pdictio? Si enĩ fatũ fuit classes. P. R. bel lo punico primo alterã naufragio: alterã poenis depressã interire: etiã si tripudiũ solistu mũ pulli fecissent. L. Iunio & P. clodio consu. classes tñ interissent. Sin quum auspiciis obtẽperatũ esset: interituræ classes nõ fuerũt: nõ interierũt fato. Vultis aũt omnia fato nulla igit̃ diuiatio. Q uid si fatũ fuit bello punico secũdo exercitũ. P. R. ad lacũ trãsime nũ iterire? Nũ id mutari potuit si flãminius cõsul his signis: hisq; auspiciis q̃bus pugna re ꝓhibebat̃ paruisset? Certe potuit Aut igit̃ nõ fato iterit exercitus: mutari enĩ fata nõ possunt: aut si fato quod certe uobis ita dicẽdũ ẽ. ẽt si obtẽperasset auspiciis: idẽ aduẽtu rũ fuisset. Vbi est igit̃ ista diuiatio stoicorũ: quæ si fato omnia fiũt: nihil nos admonere põt ut cautiores simus. Q uoquo enĩ modo nos gesserimus: fiet tamẽ illud quod futurũ est. Sin aũt id potest fieri: nullũ est fatũ: ita ne diuinatio qdẽ: quoniã rerũ futurarũ est. Nihil aũt est ꝓ certo futurũ quod potest aliqua ꝓcuratiõe accidere ne fiat. Atq; egone utilẽ qdẽ arbitror esse nobis futurarũ rerũ sciẽtiã. Q uæ enĩ uita fuisset Priãm: si ab ado lescẽtiã sciisset quos euẽtus senectutis eẽt habiturus? Abeam9 a fabulis ꝓpria uidem9. Clarissimorũ hoium nostræ ciuitatis grauissimos exitus i cõsolatiõe collegimus. Q uid igit̃ ut ommittam9 supiores. M. ne crasso putas utile fuisse. tũ quũ maximus opib9 for tũisq; florebat: scire sibi iterfecto. p. filio exercituq; deleto trãs euphratẽ cũ igno minia & dedecore esse pereũdũ? An Cn. Põpeiũ cẽses trib9 cõsulatib9 suis tribus triũphis ma xiarũ rex gloria lætaturũ fuisse: si sciret se i solitudine ægyptiorũ trucidatũ iri amisso ex ercitu post mortẽ uero ea consecutura. quæ lachrymis nõ possumus dicere. quid uero Cæsarẽ putamus: si diuinasset fore ut in eo senatu. quẽ maiore ex parte ipse cooptasse: in curia põpeiana ante ipsius Põpei simulacrũ. tot cẽturionibus suis in spectãtibus a no bilissimis ciuibus parti etiã a se omnibus rebus ornatis trucidatus ita iaceret: ut ad eius corpus nõ modo amicorũ: sed ne feruorũ qdem quisquã accederet. quo cruciatu animi uitã acturũ fuisse? Certe igit̃ ignoratio futurũ malorũ utilior ẽ q̃ sciẽtia. Nã illud qdẽ dici præsertim stoicus nullo modo põt. Nõ isset ad arma Pompeius: nõ trãsisset Crass9 euphratẽ: nõ suscepisset bellũ ciuile Cæsar: nõ igit̃ fatales exitus habuerũt: Vultis aũt euenire omnia fato: nihil ergo ꝓfuisset illis diuinare: atq; etiã omnẽ fructũ uitę superio res pdidissent. Q uid enĩ iis esset lætũ exitus suos cogitãtibus? Ita quoq; se uerterit stoi ci: iaceat necesse est omnis eorũ solertia. Si enĩ id quod euẽturũ ẽ: uel hoc uel illo modo potest euenire: fortuna ualet plurimũ. quæ aũt fortuita sunt certa esse non possunt. Sin aũt certũ est quid quaq; de re quoq; tẽpore futura sit: quid ẽ qđ me adiuuẽt aruspices: quũ res tristissimas portẽdi dixerit? Addũt ad extremũ omnia leui9 casura reb9 diuinis procuratis. Si enĩ nihil fit extra fatũ: nihil leuare diuiatio potest. Hoc sentit Homerus: quũ querẽtẽ Iouẽ indicit q; sarpedomẽ filiũ a morte cõtra fatũ eripeñ posset. Hoc idẽ significat græcus ille in eam sententiam uersus: Q uod fore paratum est id sũmũ exu perat Iouem: Totũ animo fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse irrisum uidetur:

quo pellat animi ſtatū hic non dolendi. Itaq; in hoc eodem peccat Hieronymus: at ille pellit; qui permulcet ſenſum uoluptate, itaq; Epicurus ſemp hoc utitur: ut ꝓbet uoluptatē natura expeti ꝙ ea uoluptas quæ i motu ſit; & paruos ad ſe alliciat; & beſtias: nō illa ſtabilis: i qua tantū ineſt nihil dolere. qd igitur cōuenit ab alia uoluptate dicere naturā proficiſci; i alia ſummū bonū ponere: Beſtiarū uero nullū iudiciū ꝓputo: q̄uis enī deprauatæ nō ſint: prauæ tamē eſſe poſſunt: ut bacillū aliud eſt inflexū & incuruatum de induſtria: aliud ita natū: ſic ferarum natura non eſt illa quidem deprauata mala diſciplina: ſed natura ſua: nec ergo ut uoluptatem expetat natura mouet infantem: ſed tantum ut ſeipſum diligat: ut integrum ſe ſaluūq; uelit. Omne enī animal ſimul ut ortum eſt & ſeipſum & omnes partes ſuas diligit: duas quæ maxie ſunt in primis amplectitur animū & corpus: deinde utriuſq; partes: nam ſunt & in animo præcipua quædam & in corpore. quæ quum leuiter agnouit: tunc diſcernere incipit: ut ea quæ prima data ſunt natura appetat aſpneturq; contraria. In his primis naturalibus uoluptas iſit nec ne magna quæſtio eſt. nihil uero putare eē præter uoluptatem nō membra: nō ſenſus: nō ingenii motū: non integritatem corporis: non ualitudinē: ſummæ mihi uidetur inſaniæ: Atq; ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnē rationem bonorū & malorum. Polæmoni & ante Ariſtoteli ea prima uiſa ſunt quæ paulo ante dixi. Ergo nata ē ſententia ueterū Academicorū & Peripatheticorū ut finē bonoꝝ dicerēt ſecūdū naturā uiuere. i. uirtute adhibita frui primis a natura datis. Calipho ad uirtutē nihil adiūxit niſi uoluptatē. Diodorus uacuitatē doloris his omnibus quæ dixi conſequentes ſunt fines bonorum. Ariſtipo ſimplex uoluptas: ſtoic is conſentire naturæ: Quod eſſe uolunt e uirtute. i. honeſte uiuere. Quod ita iter prætantur uiuere cum intelligentia earum rerum quæ natura euenirent eligente ea quæ eſſent ſecūdū naturā: reiicienteq; cōtraria. Ita tres ſunt fines expertes honeſtatis. Vnus ariſtippi uel Epicuri: alter Hieronymi: Carneadis tertius: tres i quibus honeſtas cū aliqua acceſſione Polæmonis: Caliphonis: Diodori. una ſimplex ; Cuius zeno auctor poſita in decore tota. i. inhoneſtate. Nā pyrrho: Ariſto Herillus iā diu abiecti: reliqui ſibi cōſtituerūt ut extrema cū initiis conuenirent: ut ariſtippo uoluptas: Hieronymo doloris uacuitas. Carneadi frui principiis naturalibus eſſet extremum: Epicurus āt quū in cōmendatione uoluptatem dixiſſet: ſi eam quam Ariſtippus. idem tenere debuit ultimum bonorū quod ille. ſin eam quam hieronymus fecit idem: ut uoluptatem illam Ariſtippi in prima cōmendatione poneret: Nam qđ ait ſenſibus ipſis iudicari uoluptatem bonum eſſe: dolorem malum: plus tribuit ſenſibus q̄ nobis leges promittunt. priuatarum litium iudices ſumus. nihil enim poſſumus iudicare niſi quod eſt noſtri iudicii. In quo fruſtra iudices ſolent cum ſententiā pronūciant addere. Siquid mei iudicii eſt. Si enim non fuit eorū iudicii. Nihilo magis hoc nō addito. Illud eſt iudicatū: quod iudicat ſenſus: dulce ; amarū: lene: aſperū prope: longe: ſtare: mouere: quadratū: rotūdū. Quā igitur pronūciat ſententiā ratio adhibita primū diuinarū humanarūq; rerū ſcientia: quæ poteſt appellari rite ſapiētia. Deinde adiunctis uirtutibus: quas ratio rerū oīum dominas: tu uoluptatum ſatellites & miniſtras eſſe uoluiſti: quarū a deo omniū ſententia pronūciabit prio de uoluptate nihil eſſe ei loci non modo ut ſola ponatur i ſūmi boni ſe de quā quærimus: ſed ne illo quidē modo ut ad honeſtatē applicetur: de uacuitate doloris eadē ſnia eſt. Reiicietur ēt Carneades. Nec illa de ſūmo hono rō aut uoluptatis: nō dolēdi ue ꝓticeps: aut honeſtatis expers ꝓbabitur. Ita relinquūt duas de qbns ēt atq; ēt

consideret: Aut enim statuit nihil esse bonum nisi honestū: nihil malum nisi turpe: Cætera aut omnino nihil habere momēti: aut tantum ut nec expetenda: nec fugiēda sed eligenda modo: aut reiicienda sunt: aut anteponet eam quā cum honestate ornatissimā tū etiā ipsis initiis naturæ & totius perfectiōe uitæ locupletatā uidebit Quod eo liquidius faciet: si perspexerit rerū inter eas uerborū nesit controuersia. Huius ego nūc auctoritatē sequens idem faciā. Quantū ego potero minuam cōtentiones: omnesq; simplices sententias eorū: in quibus nulla est uirtutis adiūctio omnino a philosophia semouendas putabo: Primū Aristippi Cyrenaicorūq; oium: quos nō est ueritus in ea uoluptate quæ maxime dulcedine sensum moueret summū bonum ponere cōtemnētes istā uacuitatē doloris. Hi nō uiderunt ut ad cursum equū: ad arandū bouem: ad indagādum canem: sic hominē ad duas res: ut ait Aristoteles: intelligendū: & ad agendū eē natū: quasi mortalē deum: cōtraq; ut tardam aliquam & languidā pecudē ad pastū: & ad ꝓcreandi uoluptatē: si hoc diuinū animal ortum esse uoluerūt: quo nihil mihi uidet esse absurdius. Atq; hæc cōtra Aristippū: q eam uoluptatē nō modo summā sed solā etiā dicit: quā omnes unā appellamus uoluptatem: aliter autē nobis placet: Sed ille ut dixi uitiose. Nec enī figura corporis nec ratio excellens ingenii humani significat ad hanc unā rē natū hoiem ut frueret uoluptatibus. Nec uero audiēdus Hieronymus: cui summū bonū est idē: qd uos interdū uel potius nimiū sæpe dicitis: nihil dolere: nō. n. si malū dolor carere eo malo satis est ad bene uiuēdū. Hoc dixerit potius Ennius. Nimiū boni est cui nihil est mali Nos beatā uitam nō depulsione mali: sed adeptione boni iudicemus: nec eā cessando siue gaudēdo ut Aristippus: siue nō dolendo ut hic: sed agēdo aliquid cōsiderādo ue quæramus. Quæ possunt eadē cōtra Carneadis illud summū bonū dici, qd is nō tā ut ꝓbaret ꝓtulit: q̄ ut stoicis quibus cū bellū gerebat opponere. Id aūt eius modi est ut additū ad uirtutē auctoritatē uideatur habiturū: & expleturū accumulate uitā beatā: de quo oīs hæc qō est. Nā q ob uirtutē adiungunt uel uoluptatem quā unā uirtus minimi facit: uel uacuitatē doloris: quæ etiā si malo caret: tamē non est summū bonū: accessione utunt: nō ita ꝓbabili. Nec tñ cur igit id tā parce tanq; restricte faciant intelligo: quasi enim emēdum eis sit quod addant ad uirtutē. primū uilissimas res addūt: deinde singulas potius q̄ oīa: quæ prima natura approbauisset ea cum honestate cōiungerent. quæ quū Aristoni & Pyrrhoni oīno uisa sunt pro nihilo: ut inter optime ualere & grauissime ægrotare: nihil prorsus dicerēt itere esse: recte iam pridē cōtra eos desitū est disputari: dum enim in una uirtute sic omnia eē uoluerunt: ut eam rerū electiōe expoliarent: nec ei qnicq̄ aut unde oriretur daret: aut ubi niteretur: uirtutem ipsam quam amplexabātur: sustulerunt. Herillus autem ad scientiam omnia reuocās unum quoddam bonum uidit: sed nec optimum: nec quo uita gubernari possit. Itaq; hic ipse iam pridem est reiectus post enim Chrysippum non sane est disputatum. Restatis igitur uos: Nam cum academicis incerta lu ctatio est: qui nihil affirmāt & quasi desperata cognitione certi id sequi uolūt quod cūq; ueri simile uideatur. Cum Epicuro autē hoc est plus negocii: q; ex duplici genere uoluptatis cōiunctus est quodq; & ipse & amici eius & multi postea defensores eius sententiæ fuerūt: & nescio quo modo is qui auctoritatem minimam habet: maximam uim populus cum illis facit. Quos nisi arguimus omnis uirtus: omne decus omnis uera laus deserenda est: Ita cæterorū sententiis semotis reliquit nō mihi cum Torquato: sed uirtuti cū uoluptate certatio: Quā quidem certatiōem homo

& acutus & diligens Chrysippus nō cōtemnit. Totūq; discrimē sumi boni eadem cōparatione positum putat. Ego autē existimo si honestū aliquid ostendero quod sit ipsum ui sua ꝓpter se expetēdū iacere uestra oīa. Itaq; eo quale sit breuiter: ut tē pus postulat: cōstituto accedā ad oīa tua Torquate. Vbi si memoria forte defecerit: tuū ē ut suggeres: Hōestū igitur id itelligimus qd tale est: ut detracta oī utilitate ullis præmiis fructibusq; per seipm possit iure laudari: q; quale sit nō tam definitione qua sum usus intelligi potest: q̄q̄ aliquantū potest: q̄ cōmuni omniū iuditio: & optimi cuiusq; studiis atq; factis: qui ꝓmulta ob eā causam faciūt quia decet: quia rectū qa honestū est: & si nullū consecuturū emolumētū uidēt. hoies enim etsi multis aliis: tamē hoc a bestiis plurimū differūt: q; ratiōnē habeant a natura mēti datam & acrem & uigentē celerrimeq; multa simul agitantē: & ut ita dicā: sagacē: q̄ & causas rerum & cōsecutiones uideat: & similitudines transferat: & disiūcta cōiungat: & cū præsentibus futura copulet: omnēq; cōplectat uitæ cōsequētis statum. Eadēq; ratio fecit hoiem hoium appetentē: cūq; his natura & sermone & usu cōgruētem ut ꝓfectus a caritate domesticorū ac suorū currat longius & se implicet primo ciuiū deide oīum mortalium societate. Atq; ut ad Architam scripsit Plato: nō sibi se soli natū meminerit: sed patriæ: sed suis: ut perexigua pars ipsi relinquatur: & quoniā eadē natura cupiditatē igenuit homini ueri inueniendi: qd facillime apparet quum uacui curis etiā quid ī cœlo fiat scire auemus. his initii inducti oīa uera diligimus. i. fidelia simplicia cōstantia: tū uana: falsa: fallentia odimus: ut fraudē: periuriū: malitiā iniuriā. Eadē ratio habet ī se quiddā amplū atq; magnificū ad iperandū magis q̄ ad parendū accommodatū: omnia humana nō tolerabilia solū sed etiā leuia ducēs. Alterū quiddā excelsum nihil timens: memini decens. semp iuictū. Atq; his tribus generibus honestorū notatis: quarū sequitur & in eadem pulchritudine & aptū ex illis tribus ī quo inest ordo & moderatio: cuius similitudine ꝓspecta in formarū specie a dignitate transitū est ad honestatem dictorū atq; factorū. Nā ex his tribus laudibus quas ante dixi: & temeritatē reformidat: & nō audet cuiq̄ aut dicto ꝓteruo aut facto nocere: utereturq; quicq̄ aut facere aut loq quod pax uirile uideatur. Habes undiq; expletā & perfectā Torquate formā honestatis: quæ tota ex his q̄tuor uirtutibus quæ a te quoq; cōmemoratæ sunt continet. hāc se tuus Epicurus oīno ignorare dicit quā aut qualē esse uelint: qui honestate summū bonū metiantur. Si enī ad honestatē oīa referāt: nec in ea uoluptatē dicāt eē ait eos in inani uoce sonare. His enī ipsis uerbis utitur: neq; itelligere neq; uidere sub hac uoce honestatis q̄ sit subiiciēda sententia. Vt enī cōsuetudo loqtur: id solū dicitur honestū qd est popularī fama glorioſum. Quod īquit q̄q̄ uoluptatibus quibusdā est sæpe iucūditus: tamen expetitur ꝓpter uoluptatē. Vides ne q̄ sit magna dissensio? Philosophus nobilis a quo nō solū Græcia & Italia: sed etiam omnis barbaria cōmota est: honestū quid sit id non est in uoluptate negat se itelligere: nisi forte illud quod multitudinis rumore laudatur. Ego aūt hoc etiā turpe esse sæpe iudico: & si quando turpe nō sit tamen nō esse nō turpe quū id a multitudine laudetur: quod si sit ipsū ꝓfectum atq; laudabile nō ob eā cām in illud dici honestū esse quia laudetur a multis: sed quia tale sit ut uel si ignorarēt id homines uel si obmutuissent: pulchritudine sua tamē eēt speciecq; laudabile. Itaq; idē natura uictus cui obsisti nō potest: dicit alio loco id qd a te etiā pauloāte dictū est: nō posse iucūde uiui nisi honeste. Quid nūc honeste dicit idē ne qd iucūde. Ergo ita ñ posse hōeste uiui nisi honeste uiuat an nisi populari

fama. Sine ea tgitur iucũde negat posse uiuere: Quid turpius q̃ sapientis uitam ex insipientiũ sermone pendere: Quid ergo hoc loco intelligit honestum: Certe nihil nisi quod possit ipsum ꝑpter se iure laudari: Nam si propter uoluptatẽ: quæ est ista laus quæ possit e macello peti: non is uir est ut quũ honestatẽ eo loco habeat: ut sine ea iucũde neget posse uiui: Illud honestũ quod populare sit' sentiat: & sine eo iucunde neget posse uiui: aut qcq̃ aliud honestũ intelligat: nisi quod sit rectũ ipm qđ p se sua ui: sua natura sua: sit sponte laudabile. Itaq; Torquate quũ diceres clamare Epicurũ nõ posse iucũde uiui nisi honeste & sapiẽter: & iuste uiueret: tu ipse mihi gloriari uidebare. tãta uis inerat ĩ uerbis: ꝑpter earũ rerum q̃ significabãt' his uerbis dignitatem: ut altior fieres: ut interdũ insisteres: ut nos intuens quasi testificare laudari honestatẽ & iustitiã aliquãdo ab epicuro quã te decebat his uerbis uti: quibus si philosophi nõ uterentur: philosophia oio nõ egeremus. Istorum enim uerborum amore: quæ perraro appellãtur ab epicuro sapientiæ fortitudinis iustitiæ: temperãtiæ: præstantissimis ingenũs homines se ad philosophiæ studiũ contulerunt. Oculorum inquit Plato est in nobis sensus acerrimus: quibus sapiẽtiã nõ cernimus. Quã illa ardentis amores excitaret sui si uideretur. Cur tãdẽ. An ꝓpita callida est ut optime possit architectari uoluptates: Cur iustitia laudatur. An uerum est hoc cõtritũ uetustate ꝓuerbiũ: Quí cũ ĩ tenebris mices. Hoc dñt ĩ una re latissime patet: ut ĩ oibus factis re nõ teste moueamur. sunt. n. leuia & perfinita q̃ dicebãtur a te: quũ aĩ conscientia improbos excruciari: tũ ẽt pœnæ timore. qua aut afficiũtur: aut semp sunt ĩ metu ne afficiãtur aliqñ. Nõ oportet timidũ aut ĩbecillo animo fingi nõ bonũ illum uirum: qui quicqd fecerit ipse se cruciet: omniaq; formidet: sed omnia callide referẽtem ad utilitatẽ: acutũ: uersutum ueteratorem. facile ut excogitet quo occulte sine teste. sine ullo cõscio fallat. An tu me de de Lucullo putas dicere. Quí quũ ꝓtor q̃ stionẽ inter sicarios exercuisset. Ita aperte cœpit pecunias ob rem iudicãdã. ut anno ꝓximo. P. Scæuola. Tr. pl. ferret ad plebẽ. uellẽt ne de ea re quæri. quo plebíscito decreta senatu est cõsuli q̃stio. Gn. Scipioni. profectus ĩ exiliũ Tibullus statim nec respondere ausus: erat enim res apta. Nõ. n. de improbo. sed callido imbrobo quærimus. Qualis. Q. Pompeius in fœdere numantino inficiando fuit. Nec uero oia timentem. sed primum q animi conscientiam non curet: quam. s. comprimere nihil est negocii. Is enĩ qui occultus & tectus dicitur: tantũ abest ut se indicet: ꝓficiet etiã ut dolere alterius improbe facto uideatur. Quid enim est aliud eẽ uersutũ: Memini me adesse. P. Sextilio Ruffo quum is ad amicos rem ita deferret se esse hæredẽ Q. Fabio Gallo: cuius ĩ testamẽto scriptũ esset se ab eo rogatum: ut omnis hæreditas ad filiam peueniret. Id Sextilius factũ negabat: poterat autẽ ipune. quis enim redargueret: Nemo enĩ negabat: eratq; uerisimilis: hũc mẽtiri cuius interesset q̃ illum q id se rogasse scripsisset: quod debuisset rogare. addebat etiã se in legem. Voconiã iuratũ cõtra eã fecere nõ audere: nisi aliter amicis uideret. Aderamus nos q dẽ adolescẽtes. sed etiã multi amplissimi uiri: Quorũ nemo cẽsuit plus filiæ dãdũ quã posset ad eã lege uoconia pueníre. Tenuit permagnã Sestilius hæreditatẽ: unde si secutus eẽt eorũ sententiam qui honesta & recta emolumentis oibus & commodis anteponerẽt: ne nummũ quidem unũ attigisset. Num igitur postea censes anxio animo aut sollicito fuisse. Nihil minus: cõtraq; illa hæreditate diues: ob eãq; rem lætus: magni enim æstimabat pecuniam non modo nõ contra leges sed etiam legibus partam: Quæ quidem uel cum periculo est quærenda uobis. Est enim

effectrix multarũ & magnarũ uoluptatũ.ut igitur illis qui recta & honesta quæ sũt ea statuunt per se expetẽda adeũda sunt quæuis pericula decoris honestatisq; causa:sic uestris q omnia uoluptate metiũtur picula adeunda sunt:ut adipiscantur magnas uoluptates:si msgna res:magna hæreditas agetur cũ pecunia uoluptates parí antur plurimæ:idéq; erit Epicuro uestro faciẽdũ:ll suum finem bonoꝝ sequí uolet quod Scipioní magna gloria propoſita ſi hãnibalẽ í africam retraxíſſet:ltaq; quantũ adiit periculum:Ad honestatẽ enī ille omnem conatũ ſuum referebat nõ ad uoluptatẽ.Sic uír ſapiẽs magno alíquo emolumẽto cõmotus animí cauſa ſi opus fuerit,dímicabit:occultũ facinus eẽ potuerít:gaudebit deprehenſus omnẽ pœnã cõtemnet; erit enim inſtructus ad mortẽ cõtemnendã; ad exiliũ:ad ipſũ etiã dolorẽ. Quem q dẽ uos quũ íprobis pœnã ꝓponitis:ípatibilẽ facitis quũ ſapiẽtẽ ſemp poníplus habere uultís tolerabilem.Sed finge nõ ſolũ calidum eum qui alíqd íprobe faciat uerum etiã præpotentẽ:ut.M.Craſſus fuit; quí tamen ſolebat utí ſuo bono ut hodíe eſt noſter põpeius:cui recte facienti gratia eſt habenda:eſſe enim quãuís uellet íniquus:iníuſtus poterat ípune.Quã multa uero íníuſte fierí poſſunt; quæ nemo poſſit reprehendere.Si te amicus tuus moriens rogauerít ut hæreditatem reddas ſuæ filíæ:nec uſq; id ſcripſerit:ut ſcripſit Fabius:nec cuíq; dixerit; Quid facíes;tu qdem reddes Ipſe Epicurus fortaſſe redderet:ut Sextus peduceus Sex.F. ls quí hunc noſtrũ relíqt effigiem & humanitatís & ꝓbitatís ſuæ filiũ:tũ doctus; tum uír optímus & iuſtíſſimus:quũ ſciret nemo eũ rogatũ a quinto Plotío equite.Ro. ſplendído Nurſíno ultro ad mulíerem uenít eiq; nihíl opinantí uírí mãdatũ expoſuít:hæreditatẽ;reddídit:Sed ego ex te quæro quoniã ídem tu certe feciſſes; nõ ne ítellígis'eo maiorem uím eſſe naturæ;q; ipſí uos quí oía ad ueſtrũ cõmodũ; & ut ípí dícitís ad uoluptatem referatis:tamẽ ea faciatis e qbus appareat nõ uoluptatẽ uos; ſed officiũ;ſequi;pluſq; rectã noſtrã q rationẽ prauã ualere;ſí ſcíerís íqt Carneades aſpidẽ occulte latere qſpiã; & uelle íprudentem ſup eã aſſidere cuius mors tibí euolumentum factura ſi.Improbe feceris níſí amoueris ne aſſideat;ſed ímpunire tamẽ id te cõſtat feciſſe:qs.n.coarguere poſſit;ſed nimís multa.Perſpícuũ ẽ.n.níſi æqtas fides;iuſtítia ꝓficíſcãt a natura & ſí oía hæc ad utilitatem referant; uirũ bonũ non poſſe reperíri;ſed de hís rebus ſatís multa í noſtrís de re publica libris ſunt dícta a leſío.Trãſfer ídem ad modeſtiã & temperãtiã;quæ moderatio eſt cupíditatũ rationí obediẽs.Satís ne ergo pudorí cõſultat;ſi quis ſine teſte libídíní pareat;an eſt aliquíd per ſe ipſum flagitioſum etiã ſi nulla comitetur ífama; Quid fortes uírí uoluptatũ ne caniculís ſubductís prælíũ íeunt;ſanguinem pro patría profundunt An quodã animí ardore atq; ípetu concitatí; Vtrum tandem cenſes Torquate;Imperioſum íllũ ſi noſtra uerba audíret; Tuã ne de ſe orationẽ libentíus auditurũ fuiſſe an meam quum ego dícerẽ eũ níhíl feciſſe ſua cauſa omníaq; Reí publicæ;tu contra níhíl níſi ſua;ſi uero íd etiam explanare uelles apertí us díceres nihíl eum feciſſe níſi uoluptatís cauſa.Quo eum tandem laturum fuiſſe exíſtímes; Eſto;fecerit ſi ita uís Torquatus ꝓpter ſuas utilítates;malo enī dícere q̃ uoluptates in tanto præſertim uíro; Num etiã eíus collega.P.Decius Príceps í ea famílía conſulatus quũ ſe deuoueret & equo admiſſo í mediã aciẽ latínorũ írruebat;alíquíd de uoluptatíbus ſuís cogitabat;Nã ubí eã caperet aut q̃do;quũ ſciret cõfeſtím eſſe moriẽdũ;eamq; mortẽ ardentíore ſtudío peteret q̃ Epicurvs uoluptatẽ petendã putat.Quod qdẽ eius factũ níſi eſſet iure laudatũ nõ eſſet ímitatus quarto cõſulatus ſuo filíus;neq; porro ex eo

natus cũ Pirrho bellũ gerẽs cõsul cecidísset in prælio; seq; e cõtinenti genere tertiã uictimã reipublicæ præbuísset: Cõtineo me ab exẽplis græcis hoc modicũ, ẽ Leonídas, Epaminundas tres aliqui aut quatuor. Ego si nostros colligere cœpero: perfíciã illud quidẽ ut se uirtuti tradat constringendam uoluptas, sed dies me efficit: & ut Aulus Varrus q est habitus iudex dícere cõcessori solebat: quũ datis testibus alii tamẽ citarẽtur: aut hoc testiũ satis est aut nescío qd satis sit. Sic a me satis testiũ est dictũ. Quid, n, te ipsum dignissimũ maioribus tuis uoluptas ne iduxit ut adolescẽtulus eríperes. P, syllæ cõsolatũ: Quẽ quũ ad patrẽ tuũ rettulísses fortissimũ uirũ qualis ille uel cõsul uel ciuis cũ semp tũ post cõsulatũ fuit: quo qdem auctore nos ipsi ea gessimus ut omnibus potius q̃ ipsis nobis cõsuluerimus. At q̃ pulchre dícere uidebare quũ ex altera pte ponebas cumulatũ aliquẽ plurimus & maximis uoluptatibus nullo nec præsenti nec futuro dolore: Ex altera autẽ cruciatibus maximis toto corpore nulla nec adiuncta nec sperata uoluptate: & quærebas quis aut hoc míseri or: aut supiore illo beatior foret. Deide cõcludebas sũmũ malũ eẽ dolorẽ: sũmũ bonũ uoluptatẽ. L. Torius Balbus fuit laumius: quẽ meminísse tu nõ potes. Is ita uiuebat aut nulla tã exquisita posset eueníri uoluptas, qua nõ abũdaret, erat & cupídus uoluptatũ & cuiusuis generis eius ítelligẽs & copiosis. Ita non superstitiosus ut illa plurima in sua patria sacrificia & phana cõtẽneret: Ita nõ timidus ad mortẽ ut ĩ acie sit ob rem pu, interfectus. Cupiditates nõ Epicurí diuisione finiebat: sed sua sacietate habebat: tamẽ ratione ualitudinis utebat his exercitatiõibus: ut ad cœnã & esurí ens & sitiẽs ueníret eo cíbo qui & suauissimus eẽt: & idẽ facilimus ad coquendum: Vino & ad uoluptatẽ & ne noceret. Cætera illa adhibebat: quibus dẽptis negat se Epicurus ĩtelligere qd sit bonũ: aberat enim omnis dolor: q̃ si adesset ne molliter ferret & tamẽ medicis plusq̃ philosophis uteret: color egregius ĩtegra ualitudo: sũma gratia: uita deniq; cõferta uoluptatũ omniũ uarietate. hũc uero beatũ oratio uestra quidẽ sic cogitat: Ego huic quem anteponã nõ audeo dícere: dícet ꝑ me ipsa uirtus nec dubitabit ísti uestro. M. Regulũ anteponere: quẽ quidẽ quũ sua uolũtate nulla ui coactus ꝓter fidẽ quã dederat hosti: ex patría carthaginẽ reuertísset tum ipsum cũ uigiliis & fame cruciaret: clamat uirtus beatiorẽ fuisse q̃ potentẽ in rosa Toriũ. bella magna gesserat: is bis cõsul fuerat: triũpharat: nec tamẽ sua superiora illa tã magna nec tã ꝑclara ducebat q̃ illũ ultimũ casum: quẽ ꝓpter fidẽ cõstantiamq; suscepérat: qui nobis míserabilis uidetur audiẽtibus: illi ppetiẽti erat uolũtarius. nõ, n, hylaritate nec lasciuia nec risu aut ioco comite leuitatis: sed sæpe etiã tristes firmitate & cõstantia sunt beatí: Strupata p uim Lucretia a regis filío testata ciues se ipsam ĩteremit: hic dolor populi ro, duce & auctore Bruto causa ciuitati libertatis fuit, ob eius q; mulieris memoriã primo anno & uir & pater eius cõsul ẽ factus: Tenuis. L, uirginius unusq; de multis sexagesimo ãno potest libertatẽ receptã uirginẽ filiã sua mãu occidit: potius quã ea. P, claudii libidini q tũ erat sũmo ipio dederetur: Aut hæc tibi Torquate sũt uituperanda: aut patrociniũ uoluptatis repudiandũ. Quod autẽ patrociniũ: aut q̃ ista causa est uoluptatis: quæ nec testes ullos e claris uiris nec laudatores poterit adhibere: ut enĩ nos ex annaliũ mõumẽtis testes excitamus eos quos; omnis uita cõsumpta est ĩ laboribus glorioſis: qui uoluptatis nomẽ audire non possent: sic in uestris disputationibus hístoria muta est. Nunq̃ audiui in Epicurí schola Lycurgũ: Solonẽ: Milciadem: Themistoclẽ: Epamínondã noíarí: quí ĩ ore sunt cæterorũ oíum philosophorũ. Nec uero quoniã hæc nos ẽt tractare cœpimus suppe

ditabat nobis atticus de thesauris suis quos & quantos uiros habere testium sat est No
mine melius est de his aliquid q̄ tantis uoluminibus de themistocle loqui? sint ista græ
corum: q̄q̄ ab his philosophiam: & omnes ingenuas disciplinas habemus: sed tamen est
aliquid quod nobis nō liceat: liceat illis: pugnant stoici cum peripatheticis: alteri negāt
quicq; esse bonum nisi quo honestū sit. Alteri plurimum se & longe. longeq; plurimū
tribuere honestati: sed tamen & in corpore & extra esse quædam bona & certamen ho-
nestū: & disputatio splendida. omnis est enim de uirtutis dignitate contentio. at cū tuis
quum disseras multa sunt audienda etiā de obscœnis uoluptatibus. de quibus ab Epi-
curo sæpissime dicitur. nō potes igitur ista tueri Torquate mihi crede si te ipse & tuas
cogitationes & studia perspexeris. pudebit te inquam illius tabulæ quam Cleanthes sa
ne commode uerbis pingere solebat: Iubebat eos qui audiebant secum ipsos cogitare
pictam in tabula uoluptatem pulcherrimo uestitu & habitu regali in solio sedentē præ
sto esse uirtutes ut ancillulas: quæ nihil aliud agerent: nnllum suum officium ducerēt:
nisi ut uoluptati ministrarent & eam tantum ad aurem admonerent si modo id pictura
intelligi posset: ut caueret ne quid perficeret imprudens: quod offenderet animos homi
num aut quicq̄ e quo orietur aliquis dolor: nos quidē uirtutes sic natæ sumus ut tibi ser
uiemus. aliud negocii nihil habemus. At negat Epicurus: hoc enī uestrū lumen est quē
q̄ qui honeste nō uiuat. iucūde posse uiuere. Quasi ergo id curem quid ille aiat aut ne-
get. Illud quæro quid ei qui in uoluptate summū bonū putat consentaneum est dicere.
Quid affers? cur Torius Posthumius cur Chius? cur omniū magister Orata nō iucū-
dissime uixerit? Ipse negat ante dixi. luxuriosorū uitā reprehēdendā: nisi plane fatui sint.
Idem nisi aut cupiant aut metuant: quarū ambarū rerū quū medicinā pollicetur: luxu
riæ licentiā pollicetur. his enī rebus detractis: negat se reperire in asotorū uita qd repre
hendat. nō igitur potestis uoluptate omnia dirigētes aut tueri: aut retinere uirtutē: nam
nec uir bonus ac iustus haberi debet: qui ne malum habeat abstinet se ab iniuria. Nosti
credo illud: nemo pius est qui quietatē cauet: caue quicq̄ putes esse uerius: nec enī dum
metuit iustus est: & certe si metuere destiterit nō erit. nō metuit autē siue celare poterit
siue opibus magnis quicq̄ fecerit certeq; mallet obtinere existimari bonus uir ut nō sit:
q̄ esse: ut nō putetur. Itaq; certissimū est pro uera certaq; iusticia simulationem nobis iu
sticiæ traditis: præcipitisq; quodāmodo ut nostrā stabilem cōscientiam contemnamus
aliorū errantem opinionem aucupemur. Quæ dici eadem de cæteris uirtutibos possūt
quarum omnium fundamēta uos in uoluptate tanq̄ in aqua ponitis. Quid enim fortem
ne possumus dicere eundem illum torquatū: Delector: enī q̄q̄ te nō possim: ut ais. cor-
rumpere: delector inquā & familia uestra & nomine: & hercule modo uir optimus no-
strisq; amātissimus Aulus Torquatus uersatur ante oculos. cuius quantū studium etiā
q̄ insigne fuerit erga me temporibus illis: quæ nota sunt omnibus. scire necesse ē utrūq;
nostrum: quæ mihi ipsi: qui uolo & esse & haberi gratus: grata nō essent nisi aspicerem
illum mea causa mihi amicum fuisse non sua: nisi hoc dicis: sua. q; interest omniū recte
facere. Si id dicis uicimus: Id enim uolumus: id contendimus: ut officii fructus sit ipsū
officium. hoc ille tuus nō uult: omnibusq; ex rebus uoluptatē quasi mercedem exigit:
sed ad illum redeo. si uoluptatis causa cum Gallo apud Anienē depugnauit prouocatus
& ex eius spoliis sibi & torquē & cognomen induit: nullam aliam ob causam nisi q; ei ta
lia facta digna uiro uidebantur: forte nō puto. nam si modestia: si pudicitia. si uno uer-
bo tēperantia pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur. nō sanctitate sua: se tuebūtur quod
adulterium: quod stuprum: quæ libido nō se proripiet aut proiiciet: aut occultatione

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu UAM im. A. Mickiewicza

propoſita:aut impuditate.aut licẽtia? Q uid illud Torquate:quale tãdẽ uidetur:te iſto nomine:ingenio.gloria:quæ facis:quæ cogitas:quæ cõtendis:quo referas.cuiusrei cau ſa perficere quæ conaris uelis quod optimũ deniq; in uita iudices.nõ audere in conuẽtu dicere? Q uid enĩ numeri uelis iam quũ magiſtratũ inieris:& in cõcionẽ aſcenderis.Eſt enĩ tibi edicendũ:quæ ſis ſeruaturus in iure dicendo: & fortaſſe etiã ſi tibi erit uiſũ: ali- quid de maioribus & de te ipſo dices more maiorũ.Q uid merearis igitur:ut te dicas in eo magiſtratu omnia uoluptatis cauſa facturũ eſſe.teq; nihil feciſſe in uita niſi uolupta tis cauſa.An me inquit tã amentẽ ut apud imperitos iſto mõ loquar? An tu eadẽ iſta dic in iudicio? aut ſi coronã times:dic in ſenatu.nunq; facies:cur niſi q; turpis eſt oratio? Me ne ergo:& Triariũ dignos exiſtimas apud quos turpiter loquare? Verũ eſto:uerbũ ipſũ uoluptatis nõ habet dignitatẽ nec nos fortaſſe intelligimus.hoc enĩ idẽtidem dicitis nõ intelligere nos uoluptate quã dicatis.Rem uides difficilem & obſcurã.Indiuidua & in termundia quæ nec ſunt ulla nec poſſunt eſſe intelligimus. Voluptas quæ paſſeribus omnibus nota eſt a nobis intelligi nõ poteſt. Q uid ſi efficio:ut fateare me nõ modo qd ſit uoluptas ſcire eſt: Eſt enĩ iocundus motus in ſenſu:ſed etiã quid eam tu uelis eſſe? tũ enim eam ipſam uis: quã modo ego dixi:& nomen imponis.in motu ut ſit: & faciat ali- quam uarietatem. Tum aliam quandam ſummã uoluptatem:cui addi nihil poteſt:eam tu ad ſſe: quũ dolor omnis abſit eamq; ſtabilem appellas: ſit ſine iſta uoluptas. Dic in quo uis cõuentu te omnia facere ne doleas:ſiue hoc quidẽ ſatis ample:ſatis honeſte dici putas.dic te omnia & in iſto magiſtratu:& in omni uita utilitatis tuæ cauſa facturũ. Ni hil niſi quod expediat: nihil deniq; niſi tua cauſa quem clamorem concionis: aut quam ſpem cõſulatus eius qui tibi paratiſſimus eſt:futurã putes? eam ne rationẽ ſequare:qua tecũ ipſe & cũ tuis utare? profiteri autẽ & in mediũ proferre nõ audeas? At uero illa quę peripatetici:quæ ſtoici dicũt ſemper tibi in ore ſunt.in iudiciis: in ſenatu :officiũ æquita tẽ.dignitatem:fidẽ:recta.honeſta:digna:imperio.digna.p.r.omnia pericula pro.re.pu. mori pro patria:hæc quũ loqueris nos Varrones ſtupemus. tu uidelicet tecũ ipſe rides. Nã inter iſta tam magnifica uerba:tãq; preclara:nõ habet ullũ uoluptas locũ nõ modo illa quã in motu eſſe dicitis: quã oẽs urbãi:Ruſtici:omnes inq; qui latine loquuntur:uo luptatem uocant: ſed ne hæc quidẽ ſtabilis quã præter nos nemo appellat uoluptarẽ. Vide ne nõ debe uerbis noſtris uti: Sententiis tuis:Q uod ſi uultum tibi:ſi inceſſum fin geres quo grauior uideret.nõ eſſes tui ſimilis Verba tu fingas:& ea dicatis quæ nõ ſen tias.aut etiam ueſtitum ſic ſentẽtiam habeas: aliam domeſticam: aliam forenſem.ut in fronte oſtentatio ſit:intus ueritas occultetur.uide quæſo rectum ne ſit: Mihi quidẽ hæ uerę uidentur opiniones quæ honeſtæ. quæ laudabiles: quæ glorioſæ.quæ in ſenatu: quæ apud populũ.quæ in omni coetu: concilioq; proferendæ ſint: Ne idem nõ pudeat ſentire quod pudeat dicere. Amicitiæ uero locus ubi eſſe póteſt? aut quis amicus eſſe cuiq;? Q uẽ nõ ipſum amet propter ipſum? Q uid autẽ eſt amare ex quo nomen amicitię ductum eſt? niſi uelle bonis aliquẽ affici quãmaximis:etiam ſi ad ſe ex his nihil redeat? Q uid prodeſt mihi in eo eſſe animo.immo uideri fortaſſe? eſſe enim niſi eris non potes. Q ui autẽ eſſe poteris niſi amor ipſe ceperit? Q uod nõ ſub dubia ratione utilitatis effi- ci ſolet. Sed ipſum ex ſe oritur:& ſua ſponte naſcitur? At enĩ ſequor utilitatem.manebit enĩ amicitia tam diu q; diu ſequetur utilitas:& ſi utilitas amicitiam conſtituat.tollet ea- dem. Sed quid ages tandem.ſi utilitas ab amicitia.ut ſit ſæpe defecerit? relinques? ne- quaquã iſta amicitia eſt retinebis? Q ui conuenit? Q uid enim de amicitia ſtatueris uti litatis cauſa expetenda? uides ne? in odium ueniam ſi amicũ deſtitero tueri. Primo quid

ista res digna odio est? Nūq̄d est turpe nisi q̄d est? Sine quo incōmodo afficiare nō relin
ques amicū, tamē ne sine fructu alligatus sis: ut moriatur. optabis. Quod si nō mō uti
litatem tibi nullā afferet: sed iacturæ familiaris erunt faciundæ. labores suscipiendi: ad
eundem uitæ periculum ne tum quidem te respicies: & cogitabis sibi quenq̄ natū esse:
& suis uoluptatibus? Vadem te ad mortē tyrāno dabis pro amico. ut Pitagoreus ille fe
cit Siculo tyranno. Aut Pylades quū sis dices te esse Orestem: ut moriare pro amico.
Aut si esses Orestes Pyladē refelleres. te indicares: & si id nō probares quo minus am-
bo una necaremini. nō præcarere: faceres tu quidem Torquate hæc omnia. Nihil enim
arbitror magna laude dignū: quod te præter missurum credam: aut mortis aut doloris
metu. Nō quæritur autē quid naturæ tuæ cōsentaneū sit. sed disciplinæ ratio isto quam
defendis: præcepta. quæ didicisti: quæ probas. funditus euertunt amicitiam: q̄uis eam
Epicurus: ut facit. in cœlū efferat laudibus. At euoluit ipse amicitias. Quasi quis illū ne
get & bonū uirū: & comē: & humanū fuisse. de ingenio eius in his disputationibus non
de moribus q̄ritur. Sit ista i græcorū leuitate puersitas. qui maledictis insectantur eos
a quibus de uarietate dissentiunt. Sed q̄uis comis in amicis tuendis fuerit: tamen si hęc
uera sunt: nihil eni affirmo: nō satis acutus fuit at multis se probauit: & quidē in rem for
tasse: sed tamē nō grauissimū est testimonium multitudinis. in omni eni arte uel studio
uel quauis scientia: uel i ipa uirtute: optimū quicq̄ rarissimū est. at mihi quidē q̄ & ipse
bonus uir fuit: & multi Epicurei fuerunt & hodie sunt. & amicitiis fideles: & in omni ui
ta constantes & graues nec uoluptate. sed officio consilia moderantes: hæc uidetur ma-
ior uis honestatis & minor uoluptatis. Ita eni uiuunt quidam: ut eorum uita refellatur
oratio: atq̄ ut cæteri existimantur dicere melius quam facere: sic hi mihi uidentur face-
re melius. quam dicere. Sed hæc nihil sane ad rem. Illa uideamus quæ a te de amicitia
dicta sunt. Equibus unū mihi uidebar ab ipso Epicuro dictū cognoscere amicitiam a uo
luptate nō posse diuelli. ob eāq̄ rē colendam esse: q̄ sine ea tuto & sine metu uiui nō pos
set: nec iucūde quidē posset? satis est ad hoc responsum. Attulisti aliud humanius horū
recentiorū: nūquam dictū ab ipso illo quod sciam. Primo utilitatis causa amicū expeti.
Quū autē usus accessisset: tum ipsum amari ꝓpter se etiā omissa spe uoluptatis. hoc &
si multis modis reprehendi potest tamen accipio quod dat. mihi eni satis est: ipsis nō sa-
tis: nam aliquando posse recte fieri dicunt nulla expectata nec quæsita uoluptate. Po-
suisti i autē dicere alios. foedus quoddā inter se facere sapientes. ut quēadmodū sint in se
ipsos animati. eodem modo sint erga amicos. Id & fieri posse & sæpe esse factum & ad
uoluptates percipiendas maxime pertinere. hoc foedus facere si potuerunt. faciant etiā
illud ut æquitatē: modestiā: uirtutes omnes per se ipsas gratis diligant. at uero si fructi-
bus & emolumētis & utilitatibus amicitias colemus: si nulla caritas erit. quæ faciat ami
citiam ipsa sua sponte. ui sua ex se & ꝓpter se expetendam: Dubiū est qui fundos & insu
las amicis anteponamus. licet hic rursus ea commemores: quæ optimis uerbis ab Epi
curo de laudibus amicitiæ dicta sunt nō quæro quid dicat. sed quid conuenienter ratio
ni possit & sententiæ suæ dicere. utilitatis causa amicitia est quæsita. Non igitur utilio-
rem tibi hūc Triariū putas esse posse q̄ si tua sint puteolis gramina? Collige omnia quæ
soletis. præsidiū amicorū satis est tibi in te: satis in legibus: satis & in mediocribus ami-
citiis præsidiū cōtemnere nō poteris: odium autē & inuidiā facile uitabis. Ad eas enim
res ab Epicuro præcepta dantur & tñ non tantis uectigalibus ad liberalitatē utens: eis
sine hac Pyladea amicitia multorum te beniuolentia præclare & tuebere & munies. At
qui cū ioca seria ut dicitur: qui cū arcana: qui cū occulta omnia tecū optime deinde etiā

cum mediocri amico. Sed facista esse nō importuna. quid ad utilitatem tantæ pecuniæ Vides igitur si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento sū mas familiaritates præditorum precioſorum mercede ſuperari. Me ipſum igitur ames oportet nō mea: ſi ueri amici futuri ſumus. Sed in rebus apertiſſimis nimium longi ſumus. Perfecto enī & concluſo nec uirtutibus. nec amicitiis uſq; locum esse ſi ad uoluptatem omnia referantur? Nihil præterea magnopere dicendum. Attamen ne cui loco nō uideatur esse reſponſum. pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam: Quoniam igitur omnis ſumma philoſophiæ ad beate uiuendum refertur. Idq; unum expetentes homines ſe ad hoc ſtudium cōtulerunt. Beate autem uiuere alii in alio: uos in uoluptate ponitis? Item contra omnem infœlicitatem in dolore: Id primum uideamus beate uiuere ueſtrū quale ſit. Atq; hoc dabitis ut opinor ſi modo ſit aliquid beatum esse: id oportere totum poni in poteſtate ſapientis. Nam ſi amitti uita beata poteſt: uita beata esse nō poteſt: Quis enī confidit ſemper illud ſibi ſtabile & firmum permanſurū quod fragile & caducum ſit? Qui artem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum: timeat neceſſe eſt. ne aliquando amiſſis illis ſit miſer. Beatus autem esse in maximarum rerum timore nemo poteſt: nemo igitur esse beatus poteſt. Neq; enim in alia parte: ſed in perpetuitate tēporis uita beata dici ſolet. Neq; appellatur omnino uita beata niſi confecta atq; abſoluta. neq; enim poteſt quiſq; alias beatus esse alias miſer. Qui enim æſtimabit poſſe ſe miſerum esse beatus nō erit. Nam quum ſemel eſt ſuſcepta beata uita. tam permanet q̄ ipſa illa effectrix beatæ uitæ ſapientia: neq; expetat ultimum tempus ætatis: quod Croeſo ſcribit Herodotus præceptum a Solone. Etenim quemadmodum tute dicebas negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate uiuendum aliquid afferre: nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis q̄ illa ſint ſempiterna. hæc dicuntur inconſtantiſſime. Quum enim ſummum bonum in uoluptate ponat: negat infinito tempore ætatis uoluptatem fieri maiorem q̄ finito atq; modico. Qui bonum omne in uirtute ponit: is poteſt dicere perfici beatam uitam perfectione uirtutis. negat enī in ſummo bono afferre incrementum diem. Qui autem uoluptate uitam effici beatam putabit. qui ſibi is conueniet: ſi negabit uoluptatem creſcere lōginquitate? Igitur ne dolorem quidem An dolor longiſſimus quiſq; miſerrimus? uoluptatem nō optabiliorem diuturnitas facit? Quid eſt igitur cur ita ſemper deum appellet Epicurus beatum & æternum? dempta enim æternitate nihilo beatior Iuppiter: q̄ Epicurus. Vterq; enī ſummo bono fruitur. i. uoluptate. At enī hic etiam dolore: at eum nihili facit: ait enī ſe ſe iratum. Quam hoc ſuaue dicturū: qua igitur re a deo uincitur ſi æternitate nō uincitur? In qua quid eſt boni præter ſummā uoluptatem & eā ſempiternā? Quid ergo attinet glorioſe loqui niſi cōſtāter loquare? In uoluptate corporis addam ſi uis animi: dū ea ipſa: ut uultis. ſi quod & corpore ſitū eſt uiuere beate. Quid iſtam uoluptatē perpetuam: quis poteſt præſtare ſapiēti? nam quibus rebus efficiūtur uoluptates: hæ nō ſūt in poteſtate ſapiētis. Non enī in ipſa ſapientia poſitū eſt beatū eſſe: ſed in his rebus quas ſapientia cōparat ad uoluptatem. Totū autē id extremū: & quod extremū. Id in caſu eſt ita ſit beatæ uitæ domina fortuna: quā Epicurus ait exiguā interuenire ſapienti. Age inquies iſta parua ſunt: ſapientē locupletat ipſa natura. cuius diuitias Epicurus ipſe parabiles esse docuit. Hæc bene dicuntur. nec ego repugno: ſed inter ſe ipſa pugnant. Negat enim tenuiſſimo uictu. i. cōtēptiſſimis eſcis & potionibus minorē uoluptatem percipi q̄ rebuſ exquiſitiſſimis ad epulandum: huic ego ſi negaret quicq̄ intereſſe ad beate uiuendum quali uteretur uictu: concederem: laudarem etiā: uerū enī diceret. Idq; Socratē: qui uo

luptatē nullo loco numerat: audio dicentem cibi condimentū esse famē: potionis sitim: sed qui ad uoluptatē omnia referens uiuit: ut Gallonius loquitur: ut frugi ille Piso: non audio. nec enī cum quid sentiat dicere existimo. Naturales diuitias: dixit parabiles esse: quod paruo esset natura cōtenta. certe nisi uoluptatem tanti æstimaretis: non minor inquit uoluptas percipitur tam ex uilissimis rebus q̄ ex præciosissimis. hoc est non modo cor nō habere: sed ne palatum quidē. Q ui enī uoluptatē ipsam cōtennūt: iis licet dicere se accipenserem menæ non anteponere. Cui uero in uoluptate summum bonum est: huic omnia sensu nō ratione sunt iudicanda: eaq; dicenda optima. quæ sunt suauissima. uerum isto modum cōsequatur summas uoluptates nō modo paruo sed fermenihilo si potest. Sit uoluptas non minor in nasturtio illo quo ueſci persas esse solitos: scribit Xenophon: q̄ in syracusanis mensis: quæ a Platone grauiter uituperantur: sit inquam tam facilis q̄ uultis cōparatio uoluptatis: Q uid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt ut in his beata uita: si modo dolor summū malū est: esse nō possit. Ipse enī Metrodorus pene aliter q̄ Epicurus beatum esse describit his fere uerbis: quū corpus bene constitutum sit: & sit exploratum ita futurū. An id exploratū cuiq̄ potest esse quo modo se se habiturū sit corpus. nō dico ad annū: sed ad uesperam? Dolor igitur idest summū malum metuetur semper etiā si nō aderit: iā enī adesse poterit. Q ui potest igitur habitare in beata uita summi mali metus? traditur inquit ab Epicuro ratio negligendi doloris: iam ipsū absurdū maximū malū negligi. Sed quæ tādē ista ratio est? Maximus dolor inquit breuis est. Primū qd tu dicis breue? deinde dolorē tā maximū? qd enī summus dolor plures dies manere nō potest? uide etiā menses nisi forte eū dicis qui simulatq; eripuit interficit Q uis istum dolorem timet? Illum mallē leuares: quo optimū atq; humanissimum uirum. GN. octauiū Marci filium familiarē meum confici uidi nec uero semel nec ad breue tempus. sed & sæpe plane & diu. Q uos dii immortales ille quū omnes artus arderet uiderētur cruciatus perferebat? Nec tamē miser esse: quia summū id malum nō erat: tā tūmodo laborioſus uidebatur: At miser si in uitosa: & flagitiosa uita affluēret uoluptatibus. Q uod autē magnū dolorē breuem: longinquū leuem esse dicitis: Id nō intelligo quale sit. Video enī & magnos & eosdem longinquos dolores. Q uæ nam alia toleratio est uerior: qua uti uos nō potestis: qui honestatē ipsam per se nō amatis fortitudinis quædam præcepta sunt: ac pene leges. quæ effœminari uirū uetant in dolore. quāobrē turpe putandū est: nō dico dolore: nā id quidē est interdum necessum. Sed saxū illud lemniū clamore Philoctetæo funestare: quod eiulatu: & quæstu: gemtiu: fremitibus resonando mutum flebiles uoces refert huic Epicurus competenter & si potest: cui uipereo morsui uenæ uiscerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient: Sic Epicurus Philoctetā si grauis dolor breuis. At iam decimū annū in spelunca iacet: Si longius leuis dat enī interualla. & relaxat. Primū nō sæpe. deinde quæ est ita relaxatio? quum & præteriti doloris memoria recens est: & futuri atq; impendenti torquet timor? moriatur inquit: fortasse id optimū: Sed ubi illud plus semper uoluptatis: si enim ita est: uide ne facinus facias: quum mori suadeas potius. Ergo illa dicantur turpe esse uiro deblitari: dolore frangi: succunbere: nā ista uestra si grauis breuis: si longius leuis dictata sunt uirtutis magnitudinis animi: Patientiæ. fortitudinis. fomentis dolor mitigari solet. Audi ne lōge ab eā moriens quid dicat Epicurus & itellige facta eius cum dictis discrepare. Epicur? Hermaco salutem. Q uū ageremus inquit uitæ beatū & eūdē supremū diem: scribebamus hæc. tanti autem morbi adderāt uesicæ & uiscerū: ut nihil ad eorū magnitudinē posset accedere. Ecce miserū hominē. si dolor summū malū ē dici aliter nō pōt. sed audiamus

ipſum: Conpenſabatur tamẽ inquit quũ his oĩbus animi lætitia: quam capiebã memoria rationũ: inuentorũq; noſtrorum: Sed tu ut dignũ eſt tua erga me & erga philoſophiam uolutate ab adoleſcẽtia ſuſcepta. fac ut Metrodori tueare liberos: nõ ego iam Epaminõdæ nõ leonidæ mortẽ huius morti antepono: quorũ alter quum uiciſſet Lacedæmonios apud mantineã: ſimulatq; ipſe graui uulnere exanimari uideret ſe. ut primũ deſpexit: quæſiuit ſaluus ne eſſet clypeus. quũ ſaluũ eſſe flẽtes ſui reſpõdiſſent. rogauit eſſent ne fuſi hoſtes. quũq; id quoq; ut cupiebat audiuiſſet: euelli iuſſit eam. qua erat trãſixus haſtã: ita multo ſanguine ꝓfuxo in lætitia uictoria eſt mortuus: Leonidas autem rex Lacedæmoniorũ ſe in termopylis trecẽtoſq; eos quos eduxerat Saparta: quũ eſſet propoſita aut fuga turpis. aut glorioſa mors: oppoſuit hoſtibus. Præclare mortes ſunt impatoriæ: philoſophi aũt in ſuis lectulis plerũq; moriũtur. Refert tamẽ q; ſibi uidetur eſſe morienti magna laus. cõpenſabatur inquit cũ ſũmis doloribus lætícia. Audio equidẽ philoſophi uocẽ Epicure: ſed quid tibi dicendũ ſit oblitus es. Primũ enĩ ſi uera ſunt ea qnorũ recordatioue te gaudere dícis: hoc eſt ſi uera ſũt tua. tua ſcripta & inuenta: gaudere nõ petes. Nihil enĩ iam habes quod ad corpus referas. Eſt autẽ a te ſemper dictum nec gaudere quẽq; niſi propter corpus. nec dolore præteritis inquit gaudeo quibuſnam præteritis? ſi ad corpus pertinentibus ratione tuas te uideo compenſare cum iſtis doloribus: nõ memoriam corpore perceptarũ uoluptatum. Sí autẽ ad animũ. falſum eſt: q; negas animi ullũ eſſe gaudium quod nõ referatur ad corpus. Quum deinde Metrodori liberos cõmendas. qd iſto tuo egregio officio: de tanta fide. ſic enĩ exiſtimo. ad corpus refers? Huc & illuc Torquate uos uerſetis licet: nihil in hac præclara epiſtola ſcriptum ab Epicuro congruens & cõueniens decretis eius reperietis. Ita redarguitur ipſe a ſeſe. Veniuntq; ſcripta eius probitate ipſius ac moribus: Nam iſta cõmendatio puerorũ memoria & caritas amicitiæ: ſum morũ officiorũ in extremo ſpiritu conſeruatio indicat innatam eſſe homini probitatẽ gratuitã. nõ immutatam uoluptatibus: nõ præmiorũ mercedibus euocatã. Quod enĩ teſtimonium maius quærimus. quæ honeſta & recta ſint ipſa eſſe optabilia per ſeſe? Quum uideamus tanta eſſe officia morientis. Sed ut epiſtolam laudandam arbitror: eam quã modo totidem fere uerbis interpretatus ſum. q̃q̃ ea cum ſentẽtia eius philoſophi nullo modo cõgruebat: ſic eiuſdem teſtimoniũ nõ ſolum philoſophi grauitate: ſed etiã ab ipſius ſententia iudico diſcrepare. ſcripſit enim & multis ſæpe: uerbis & breuiter apteq; in eo libro. quẽ modo nominaui mortẽ nihil ad nos pertinere. Quod enĩ diſſolutũ ſit: id eſſe ſine ſenſu. Quod autẽ ſine ſenſu ſit: Id nihil oĩo ad nos pertinere. hoc ipſum elegatius poni meliuſq; potuit. Nam quod ita poſitum eſt quo diſſolutũ ſit id eſſe ſine ſenſu. Id huiuſmodi eſt ut nos ſatis plane dicat quid ſit diſſolutũ: ſed tamẽ intellígo qd uelit. Quæro aũt quid ſit quod cũ diſſolutione. i. morte ſenſus omnis extinguitur: & quõ reliqui nihil ſit omnino quod pertineat ad nos: tam accurate: tanq; diligẽter caueat. & ſentiat ut Antinomacus & Thimocrates hæredes ſui de Hermadii ſentẽtia dent quod ſatis ſit ad diem agendum natalẽ ſuum quod annis menſe Ganidipnæ. Itẽq; omnibus menſibus uiceſimo diæ lunæ dent ad eorũ epulas. qui ſecũ una philoſophati ſint: ut & ſui & Metrodori memoria colatur. Hũc ego nõ poſſum dicere nõ eſſe hois & belli & humãi ſapiẽtis uero nullo modo phiſici pręſertim: quẽ ſe ille uult putari. ullũ eſſe cuiuſq; diem natalẽ. Quid uere ne põt eſſe dies ſæpius qui ſemel fuit? Certe nõ poteſt. an eiuſmodi? ne id quidẽ: niſi quũ multa annorũ ſit interceſſerint milia: & oĩum ſyderũ eodem unde ꝓfecta ſint: fiat ad unũ tempus reuerſio. Nullus eſt igitur cuiuſq; dies natalis. At habetur & ego. ſ. id neſciebã. Sed ut ſit etiã ne poſt mortẽ co

letur? Idq; testamento cauebit is qui nobis quasi oraculũ ediderit: nihil post mortẽ ad nos ptinere. Hæc nõ erant eius: qui innumerabiles mundos: infinitasq; regiones: quarũ nulla esset ora: nulla extremitas: mente pagrauisset. Nunquid talis Democritus. ut alios omittam: Hunc appello quẽ ille unũ secutus est. q; si dies notãdus fuit. eũ ne potius quo natus? an eũ quo sapiens factus est? non potuit inquies fieri sapiens nisi natus esset & isto modo ne si aia quidẽ eius nata non esset. res tota Torquate non doctorũ hoium uelle post mortem epulis celebrari memoriam sui nois: quos quidem dies quemadmodum agatis: & in quãtã hoium facetosam urbanitatem incurratis non dico. Nihil opus est litibus. tantũ dico magis fuisse uestrũ agere Epicuri diem natalem: quam illũ testamento cauere ut ageretur. sed ut ad propositum reuertamur: De dolore. n. quum dicere mus? ad istam epistolam delati sumus: nũc totum illud cõcludit sic licet. Qui i summo malo est iste quũ in eo est non est beatus. Sapiens aũt semp beatus est. & est aliqñ in dolore. Non est igitur summũ malum dolor: Iam illud quale tandem est bõa præterita nõ effluere sapienti: mala meminisse non oportere. Primũ in nra ne ptãte est. Quid memi nerimus? Themistocles qdem quũ ei Simonides aut quis alius artẽ memoriæ pollice retur: obliuionis inquit mallem. Nam memini ẽt quæ nolo obliuisci non possum quæ uolo. Magno hic ingenio. Sed res se tñ sic habet: ut nimis impiosi philosophi sit uetare meminisse. Vide si ne ista sit Mãliana uestra ut maiora ẽt si impes quod facere non possim: quid si ẽt iucunda memoria est prætoritorũ malorum ut ꝓuerbia non nulla uerio ra sint q̃ uestra dogmata. Vulgo. n. dicitur iucunde acti labores. Nec male Eurípides cõ cludam si potero latine græcum. n. hunc uersum nostris oẽs: Suauis est laborum præ teritorum memoria. Sed ad bona præterita redeamus. Quæ si a uobis talia dicerentur qualibus. C. Marius uti poterat: ut expulsus: egens in palude demersus: Trophæorũ re cordatione leuaret dolorem suum: audirem & plãe probarem. Nec. n. absolui poeta ui ta sapientis: nec ad exitum perduci poterit: si prima quæq; bene ab eo cõsulta atq; facta ipsius obliuione obruerentur. Sed uobis uoluptatum ꝓceptarum recordatio beatã uitã facit: & quidem corpore ꝓceptarum. Nam si quæ sũt aliæ: falsum est oĩs animi uolupta tes esse e corporis satietate. Corporis aũt uoluptas etiam si præterita delectat: non intel ligo cur Aristoteles Sardanapali epigramma tantope derideat? In quo ille Rex assyriæ glorietur se oẽs secum libidinum uoluptates abstulisse. quod. n. ne unius quidem inqt diutius sentire poterat: dum uita fruebatur. Quomodo id potuit mortuo permanere? fluit igitur uoluptas corporis: & prima quæq; aduolat ut aiebat. sæpiusq; relinquit cau sas pœnitendi quam recordandi. Itaq; beatior Africanus cum paria illo modo loquens. Desine Roma tuos hostes: reliquaq; præclare: Namq; tibi monumenta mei peperere labores. labor ibus hic præteritis gaudet. tu iubes uoluptatibus. hic se ad ea reuocat e quibus nihil unquam rerulerit ad corpus? tu totus hæres in corpore. Illud autem ip sum qui obtineri potest: quod dicitis omnes animi & uoluptates & dolores ad cor poris uoluptates ac dolores pertinere? Nihil ne te delectat unquam? uideo quicum lo quar. Te igitur torquate ipsum per se delectat. Omitto dignitatem: honestatem: speci em ipsam uirtutum: de quibus ante dictum est: hæc leuiora ponam pœma: aut ora tionem: quum aut scribis: aut legis: quum omnium factorum: quum regionum conqui ris historia: signum: tabula: locus amœnius: ludi: uenatio: uilla luculli: nam si tuam dice rem: latebram haberes: ad corpus diceres pertinere. Sed ea quæ dixi ad corpus ne refers An est aliquid quod te sua spõte delectet? Aut pertinacissimus fueris si in eo perstiteris: ad corpus ea quæ dixi referre: aut deserueris totam Epicuri uoluptatem: si negaueris.

Quod uero late disputatum est: maiores esse uoluptates. & dolores ai quam corporis: quia trium tpum particeps animus sit: corpore aũt præsentia solum sentiantur: qui probari potest ut is: qui pp me aliquid gaudeat: ai uoluptas oritur pp uoluptatem corporis & maior est animi uoluptas quam corporis. Ita fit. ut gratulator lætior sit: q̃ is cui gratuletur. sed dum efficere uultis beatum sapientem: quũ maximas aio uoluptates participiat: oibusq; partibus maiores quã corpore: quid occurrat non uidetis: animi. n. quoq; dolores percipiet oibus partibus maiores quã corporis: Ita miser sit aliquando necesse est is: quem uos beatum semp uultis esse. nec uero id: dũ oia ad uoluptatem: dolorẽq; refertis: efficietis unq̃. Quare aliud aliquid Torquate hois summũ bonum repiendum ẽ: Voluptatem bestiis cõcedamus: qbus uos de sũmo bono testibus uti soletis. Quid si ẽt bestiæ multa faciũt duce sua quæq; natura parti indulgenter: uel cũ labore: ut in gignẽdo: in educando: placile appareat aliud quiddã his propositũ nõn uoluptatẽ. Cicures & cursu & pegrinatione lætantur: cõgregatione aliæ. cœtũ quodãmodo ciuitatis imitant. Videmus in quodã uolucrũ genere nõnulla indicia pietatis cognitõem: memoriam: in multis ẽt disciplinam uidemus ergo in bestiis erunt secreta a uoluptate humanarũ quẽdam simulacra uirtutum. In ipsis hoibus uirtus nisi uoluptatis causa nulla erit. & hoiq cæteris animantibus plurimum præstat præcipue a natura nihil datũ esse dicemus: nos uero siquidem in uoluptate sint oia: longe multumq; superamur a bestiis: qbus ipsa terra fundit ex se pastus uarios: uariæq; abundantes nihil laborantibus: nobis aũt aut uix: aut ne uix quidem suppetunt multo labore quærentibus. nec tñ ullo modo summum pecudum bonum & hois idem mihi uideri potest. Quid. n. tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis? Quid tanto concursu optimorum studiorum? tãto uirtutum comitatu? si ea nullam ad aliam rem nisi ad uoluptatem conquiruntur? Vt si Xerxes quum tantis classibus tantisq; equestribus & pedestribus copiis: Hellesponto iuncto: Athone perfosso maria ambulauisset: terrãq; nauigasset: Si cum tanto ipetu in græciam ueniisset: causam eius quis ex eo quæreret tantarũ copiarum tantiq; belli: mel se afferre ex Hymeto uoluisse diceret: certe sine causa uideretur tanta conatus. sic nos sapientem plurimis & grauissimis artibus atq; uirtutibus instructũ & ornatum: non ut illum maria pedibus pagrantem: classibus montes: sed oẽ cælum totamq; cum uniuerso mari terram mente cõplexum: uoluptatem petere si dicemus: mellis causa dicemus tanta molitum. Ad altiora quædã: & mihi crede Torquate nati sumus: nec id ex ai solum partibus: in quibus inest memoria rerum innumerabilium uitæ quidem infinita inest conlectura consequentium non multum a diuinatione differens. Inest moderator cupiditatis pudor: inest ad humanam societatem iustitiq; fida custodia: Inest in ppetiendis laboribus: adeundisq; piculis firma & stabilis doloris mortisq; contemptio. Ergo hæc in animis. tu ẽt membra ipsa sensusq; considera: qui tibi ut reliquæ corporis partes non comites solum uirtutum: sed ministri etiam uidebantur. Quid si in ipso corpore multa uoluptati præponenda sunt: ut uires ualitudo: uelocitas: pulchritudo. Quid tandem in animis censes: in quibus doctissimi illi ueteres inesse quiddam cæleste & diuinum putauerunt. Quod si esset in uoluptate summum bonum: ut dicitis optabile esset in uoluptate maxima nullo intercullo interiecto dies noctesq; uersari: quum omnes sensus dulcedine quasi perfusi mouerentur. Quis est autem dignus nomine hominis. qui unum diem totum uelit esse in isto genere uoluptatis? Cyrenaici quidem non recusant. uestri hæc uerecundius: Illi fortasse constantius. Sed lustremus animo non has maximas artes quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur. Sed quæro num existimes

non dico Homerum: Archilochum: Pindarum: Sed phidiam: Polycletum: Zeuxin ad uoluptates suas artes direxisse. Ergo opifex plus sibi proponet ad formarum: quam ci uis excellens ad factorum pulchritudinem? Q uæ aũt est alia causa erroris tanti tam lõ ge lateq; diffusi: nisi quod is qui uoluptatem sũmũ bonũ esse decernit: nõ cum ea parte animi: in qua inest ratio: atq; consiliũ: sed cum cupiditate. i. cum leuissima parte delibe rat. Q uero. n. de te si sunt dii: ut uos ẽt putatis: qui possunt esse beati quum uoluptates corporis ꝑcipi non possunt? aut si sine eo genere uoluptatis beati sunt cur similem ani mi usum in sapiente esse nolitis? lege laudatões Torquate non eorũ qui sunt ab home ro laudati. non Cyri. non Agesilai: non Aristidis: nõ Themistoclis: non Philippi nõ Ale xandri: lege nostrorum hoium: lege uestræ familiæ: neminẽ uidemus ita laudatũ. ut ar tifex callidus comparandarũ uoluptatũ diceret. nõ eulgoia monumẽtorũ id significant uelut hoc ore ad portã: Vnum esse plurimæ cõsentiunt gentes populi primarium fuis se uirũ: Id ne consensisse a Calatino plurimas gentes arbitramur: primariũ populi fuis se: q; præstantissimus fuisset in cõficiẽdis uoluptatibus. Ergo in his adolescentibus bo nam spem esse dicemus & magnã indolem: quos suis cõmodis inseruituros: & qd ipsis expediat facturos arbitramur? Nõ ne uidemus quanta ꝑturbatio rerum oium cõsequa tur? quanta confusio? tollitur beneficium: tollitur gratia: quæ sunt uincula concordiæ. Nec. n. si tuam ob causam cuiq; cõmodes beneficium illud habendũ est. sed feneratio. nec gratia deberi uidetur ei: qui suam ob causam cõmodauerit. Maximas uero uirtutes iacere oẽs necesse est. uoluptate dñante. sunt ẽt turpitudines plurimæ: quæ nisi hõestas natura plurimum ualeat: cur non cadant in sapientem non ẽ facile defendere. At ne plu ra complectar: sunt. n. innumerabilia. bene laudata uirtus uoluptatis aditus itercludat necesse est: q; iam a me expectare noli. Tute introspice in mentem tuam ipse: eamq; oi cogitatione ꝑtractans ꝑcontare ipse te ꝑpetuis ne malis uoluptatibus pfluens in ea quã sæpe usurpabas tranquillitate degere oẽm ætatem sine dolore: assumpto ẽt illo qd uos quidem adiungere soletis: sed fieri non potest sine doloris metu. An quum de oibusgẽ tibus optie merere. quũ opem indigentibus salutẽq; ferres uel Herculis ꝑpeti erumnas sic. n. maiores nostri labores nõ fugiendos: tristissimo tñ uerbo erumnas ẽt. ut uideo: no minauerunt: exigerem ex te: cogerẽq; ut responderes: nisi uererer ne Herculem ipsũ ea quæ pro me salute gentiũ summo labore gessisset: uoluptatis cã gessisse diceres. Q uæ quum dixissem: habeo inqt Torquatus ad quos ista referã: & q̃q̃ aliqd ipse poteram: tñ inuenire malo paratiores familiares nros. Credo Syronẽ dicis & Polidemũ: tũ optimos uiros: tũ doctissimos hoies. Recte inqt intelligis. age sane inq̃: sed erat æquius Triariũ aliquid de nostra dissensiõe iudicare. Immo inquit arridens iniquũ hac quidem de re. tu . n. ista leuius: hic stoicorum more nos uexat. Tum Triarius posthac quidem iquit au dacius. nã hæc ipsa mihi erũt in ꝓmptu quæ mõ audiui: nec ante aggrediar quam te ab istis quos dicis instructum uidero. Q uæ quum essent dicta finem fecimus & ambulã di & disputandi.

M. T. C. de Finibus bonorum & malorum Liber tertius.

u Oluptatẽ qdem Brute si ipsa ꝑse loquat: nec tã ptinaces habeat patro nos cõcessurã arbitror cõuictam supiore libro dignitati: &. n. sit ipudẽs: si uirtuti diutius repugnet: Aut si honestis iucũda anteponat: aut pluris esse cõtẽdat dulcedinẽ corpis: & titillãtẽ ex ea renatã læuitiã: q̃ grauitatẽ ai atq; cõstantiã. q̃re illa qdẽ dimittat: & suis se finibus cedere iubeamus ne blañditiis eius illecebrisq; impediat disputãdi seueritas. Q uærẽdũ est. n. ubi sit illud

ſummum bonū: quod repire uolumus qm̄ & uoluptas ab eo remota eſt. & eadem fere contra eos dici poſſunt: q uacuitatem doloris ſine bonorū eſſe uolueruut. Nec uero ita ullum probetur ſūmū bonū ut uirtute careat: qua nihil poſſit eſſe præſtātius. Itaq; q̄q̄ in eo ſermone: qui cum Torquato eſt habitus nō remiſſi fuimus. tñ hæc acrior eſt cum ſtoicis parata contentio. Q uæ. n. de uoluptate dicūtur: ea nec acutiſſime: nec abſcondite diſſeruntur. Neq;. n. qui defendunt eam: uerſuti in diſſerendo ſunt: nec qui contradicunt cauſā difficilem repellūt. Ipſe ēt dicit Epicurus. nec argumentandū quidem eē de uoluptate: quod ſit poſitū eius iudiciū in ſenſibus ut commoneri nos ſatis ſit: nihil attineat doceri. Q uare illa nobis ſimplex fuit in utramq; partem diſputatio. Nec. n. in Torquati ſermone quicq̄ implicitū: aut tortuoſum fuit: noſtraq; ut mihi uidetur. dilucida oratio. Stoicorum aūt non ignoras q̄ ſit ſubtile uel ſpinoſum potius diſſerendi genus. Idq; cū græcis tum magis nobis: quibus ēt uerba parienda ſunt. imponendaq; noua nouis rebus noīa. Q uod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur: cogitans in oī arte: cuius uſus uulgaris communiſq; non ſit: multā nouitatem noīum eſſe: quum conſtituātur earum rerū uocabula: quæ in quaq; arte uerſent. Itaq; & dialectici & phyſici uerbis utuntur iis: quæ ipſi græciæ nota non ſunt: Geometrę uero muſici. grammatici ēt more quodam loquuntur ſuo. Item ipſæ rhetorū artes: quæ ſūt totæ forenſes atq; populares uerbis tñ in dicendo qua priuatis utūtur ac ſuis. atq; ut omittam has artes elegantes & ingenuas: nec opifices quidem tueri ſua artificia poſſent niſi uocabulis uterent nobis cognitis uſitatis ſibi. Q uin ēt agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia: tñ eas res: in quibus uerſatur noibus notauit nouis quo magis hoc philoſopho faciendum eſt. Ars eſt. n. philoſophia uitæ de qua diſſerens arripere uerba de foro non pōt. Q uāq̄ ex omnibus philoſophis Stoici plurima noīauerunt. Zeno quoq; eorum princeps: non tam rerum inuentor fuit: q̄ nouorum uerborum: quod ſi in ea lingua quam pleriq; uberiorem putant: conceſſum a grecia eſt. ut doctiſſimi hoīes de rebus non peruulgatis inuſitatis uerbis uterentur: Q uanto id uel nobis magis eſt concedendum: qui ea nunc primum audemus attingere: & ſi quod ſæpe diximus. & quidem cum aliqua quærela: non grecorum modo: ſed etiā eorū: qui ſe græcos magis q̄ noſtros haberi uolunt: nos non modo non uinci a græcis uerborum copia: ſed eſſe in ea ēt ſuperiores elaborandū eſt ut hoc non in noſtris ſolum artibus: ſed ēt in illorum ipſorum cōſequamur. Q uanq̄ ea uerba: quibus ex inſtituto ueterum utimur pro latinis: ut philoſophia: ut rhetorica dialectica: grammatica: geometria. muſica: & aſtrologia: quanq̄ latine ea dici poterant: tamen quoniam uſu percepta ſunt: noſtra dicamus. atq; hęc equidem de rerum nominibus: de ipſis rebus autem ſæpenumero Brute uereor ne reprehendar: quum hæc ad te ſcribam. qui tum in philoſophia: tum in optimo genere philoſophiæ tantum proceſſeris: quod ſi facerē quaſi te erudiens iure reprehenderer. ſed ab eo plurimum abſum. Neq; ut ea cognoſcas: quæ tibi notiſſima ſunt: ad te mitto: ſed quia facillime in nomine tuo acquieſco: & quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum: quæ mihi communia tecum ſunt. æſtimatorem & iudicem. Attendes igitur: ut ſoles. diligenter: eāq; cōtroueſiam diiudicabis: quæ mihi fuit cum Auunculo tuo diuino: ac ſingulari uiro. Nam in Tuſculano cum eſſem. uellemq; e Bibliotheca pueri Luculli quibuſdam libris uti. ueni in eius uillam: ut eos ipſe. ut ſolebam. inde promerem. quo quum ueniſſem. M. Catonem quem ibi eſſe neſcieram: uidi in Bibliotheca ſedentem multis circunfuſum Stoicorum libris. erat. n. in eo: ut ſcis: inexauſta auiditas legendi: nec ſatiari poterat. Q uippe qui nec reprehenſionem qdem uulgi inanem reformidans in ipſa curia ſoleret legere: ſæpe: dū ſenat⁹

cogeretur. Nil ope rei pu. detrahens quo magis: tum ī summo ocio maximaq; copia copia quasi beluo librorum: si hoc uerbo tam in clara re utendum est: uidebatur. Quod quum accidisset: ut alter alterum nec opinato uideremus: surrexit statim: deinde prima illa quæ in congressu solemus: Quid tu inquit huc? a uilla. n. credo:: & si ibi te esse ipse scissem: ad te ipse uenissem: heri inq̄ ludis cōmissis ex urbe profectus ueni ad uesperam causa. n. fuit huc ueniendi: ut quosdā hinc libros promerē. & quidem Cato hanc totam copiam a Lucullo nostro notā esse oportebit: nā his libris eū malo: quā reliquo ornatu uillæ delectari. Est. n. magnæ curæ: q̄q̄ quidem hoc proprium tuum munus est: ut ita eruditur: ut & patri. & Scipioni nostro: & tibi tam ꝓpinquo respondeat. Laboro autē non sine causa: nam & aui eius memoria moueor. Nec. n. ignoras quanti fecerim Scipionem: qui ut opinio mea fert in principibus iam esset si uiueret: & Lucullus mihi uersatur ante oculos uir tum oibus excellens: tum mecum & amicitia: & oi uoluntate sniaq; coniunctus. Preclare inquit facis: & eorum memoriam tenes: quorum uterq; tibi testamento liberos suos cōmendauit: & puerū diligis. Quod aūt meum munus dicis: nō eqdem recuso: sed te adiungo socium: addo ēt illud: multa iam mihi dare signa puerum & pudoris. & ingenii. sed ætatem uides: uideo eqdem inq̄: sed inflci tñ iam debet his artibus: quas si dū est tener combiberit: ad maiora ueniet paratior: sic equidem diligentius sæpiusq; ista loquemur inter nos agemusq; cōmuniter: sed resideamus inquit si placet. Itaq; fecimus. tū ille: tu aūt quum ipse tm̄ librorū habeas: quos hic tandem requis commentarios? Quosdā inq̄ aristotelicos: quos hic sciebā esse. ueni ut auferrem: quos legerem dū essem ociosus: quod quidem nobis. ut scis: non sæpe cōtingit. Quā uellem inqt ut re ad Stoicos inclinasses: erat. n. si cuiusq̄: certe tum: nihil p̄ter uirrutem in nobis ducere. Vide ne magis inq̄ tuum fuerit: cū re idem tibi: quod mihi uideretur: non noua te rebus noia imponere. ratio. n. nostra consentit: oratio pugnat minime uero inquit ille cōsentit. Quicquid. n. præter: quod honestū sit expetendū esse dixeris: in bonisq; numeraueris: & honestum ipsum: quasi uirtutis lumen extinxeris: & uirtutem penitus euerteris. Dicuntur ista Cato magnifice inq̄: sed uides ne uerborum gloriam tibi cum Pyrrhone. & Aristone: qui oia exequent esse cōmunē? De q̄bus cupio scire quid sentias. Ego ne quæris inqt scire quid sentiam? Quos bonos uiros. fortes. iustos. moderatos aut audiuimus in re pu. fuisse. aut ipsi uidimus. qui sine ulla doctrina naturam ipsam secuti: multa laudabilia fecerunt: eos melius a natura institutos fuisse. q̄ institui potuissent a philosophia: si ullam aliam probauissent q̄ eam: quæ nihil aliud in bonis habet nisi honestum: nihil nisi turpe in malis. Cæteræ philosophorum disciplinæ oio alia magis. alia minus: sed tamen omnes: quo rem unam uirtutis expertem. aut in bonis aut in malis numerēt eas non modo nihil adiuuare arbitror. nec affirmare. quo meliores simus. sed ipsam deprauare naturam. nam si hoc non obtineatur id solum bonum esse: quod honestum sit: nullo modo probari possit beatam uitam uirtute effici. qd si ita sit. an opa philophiæ sit danda nescio. Si. n. aliqs sapiens misser esse possit. ne ego istā gloriam. memorabilemq; uirtutem nō magno æstimādā putē. Quæ adhuc Cato a te dicta sūt. eadem inq̄ dicere posses. si sequerere Pyrrhonē aut Aristonem. nec. n. ignoras: si uis istud honestū non sūmum modo: sed ēt. ut tu uis. solum bonū uideri. q; si ita est seqtur id ipsum. quod te uelle uideo. Oēs semp beatos esse sapientes. Hos ne igitur laudas? & hāc eorū inq̄ sententiam seq nos censes oportere? Minime uero istorū qdem inquit. Quum enim uirtutis hoc propriū sit. earū rerum. quæ secūdū naturam sint habere delectum. qui omnia sic exæquarunt. ut in utranq; partem ita paria redderent. ut in nulla selectione uterentur.

eius uirtutem ipsã sustuleruntIstud qdem inq optime dicis: Sed quæro non ne tibi faciendum idem sit: nihil dicenti bonũ. quod non rectum honestũq; sit: reliquarũ rerum discrimen oẽ tollenti? Si quidem inquit tollerem. sed relinquo. quonam modo inq? si una uirtus: unum istud quod honestum appellas: rectum laudabile: decorum: erit. n. notius quale sit pluribus notatum uocabulis idem declarantibus: id ergo inq si solum est bonum: quid habebis præterea quod sequare? at si nihil malum nisi qd turpe: inhonestum indecorum: paruum: flagitiosum: fœdum: ut hoc quoq; pluribus noibus insigne faciamus: quid præterea dices esse fugiendum? Non ignoranti inquit tibi quid sum dictur9 sed aliquid ut ego suspicor ex mea breui responsione arripere cupienti: non respondendo ad singula: explicabo potius: qm̃ ocioſi sumus nisi alienum putas: totam Zenonis: Stoicorum q; sniam. Minime id quidem inq alienum: multumq; ad ea quæ quærimus explicatio tua ista profecerit. experiamur igitur inquit & si habet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam & obscurius. Nam quum in græco sermone hæc ipsa quondam rerum noia nouarum non uidebantur: quæ nunc consuetudo diuturna triuit: Q uid censes in latino fore faciendum? faciendum id quidem est inquam. Si. n. Zenoni licuit: cũ rem aliquam inuenisset inusitatam: inauditũ quoq; ei rei nomen imponere: cur nõ liceat Catoni? Nec tm̃ exprimi uerbum e uerbo necesse erit: ut interptes indiserti solent: quũ sit uerbum quod idem declaret magis minusue usitatum. Equidem soleo ẽt quod uno græci: si aliter non possũ idem pluribus uerbis expoñere: & tñ puto concedi nobis oportere ut græco uerbo utamur: si qñ minus occurret latinum: ne hoc Ephippiis: & Acratophoris potius q; proegmenis: & Apoproegmenis concedatur: Q uaq; hæc qdem præposita recte: & reiecta dicere licebit. Bene facis inqt: q; me adiuuas: & istis quidẽ quæ modo dixisti: utar potius latinis. In cæteris subueniesi me hærentem uidebis. Sedulo inq faciã: sed fortuna fortis: quare conare quæso: quid enī hoc agere possumus diuinius Placet his inquit quorum ratio mihi probatur: simulatq; natum sit aial: hic. n. est ordiẽdum ipsum sibi conciliari: & commendari ad se conseruãdum: & ad suum statum: & ad ea quæ conseruantia sunt statum eius diligenda: alienari aũt ab interitu: iisq; rebus: quę interitum uideantur afferre. Id ita esse sic probant: q; anteq uoluptas aut dolor attigerit. salutaria appetunt parui aspernenturq; contraria. Q uod non fieret, nisi statum suũ diligerent. interitum timerent. fieri aũt non posset ut appeterent aliquid nisi sensum haberent sui: eoq; se & sua diligerent: ex quo intelligi debet principium ductum esse a se diligendi sui. In principiis aũt naturalibus diligendi sui pleriq; Stoici non putant uoluptatem esse ponendam? Q uibus ego uehementer assentior. ne si uoluptatem natura posuisse in his rebus uideatur: quę prime appetuntur: multa turpia sequantur. satis esse aũt argumenti uidetur. quamobrem illa quæ natura prima sũt ascita natura diligamus. Q d' est nemo quin quum utrumuis liceat: aptas malit & integras oẽs partes corporis: quã eodem usu immunitas & detortas habere. Cognitiones autem uel si hæc uerba minus placent. aut minus intelliguntur. Catalepsis appellemus: licet eas ipsas propter se ascisscendas arbitramur: q; habeant quiddam in se quasi complexum & continens ueritatẽ. id autem in paruis intelligi potest. quos delectari uideamus: etiam si eorum nihil interfit: si qd ratione per se inuenerunt. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus. tum quia sit in his aliquid dignum assumptione. tum quod constent ex cognitionibus. & contineant quiddam in se ratione constitutum: & uia. a falsa aũt assensione magis nos alienatos esse. quam a cæteris rebus quæ sũt contra naturam arbitrant'. Iam membrorum. idest partium corporis. alia uidẽtur propter eorum usum a natura esse donata. ut

manus:cura:pedes:ut ea quæ ſunt intus in eorpore quorum utilitas quanta ſit a medícis etiã diſputatur.alia aũt nullã ob utilitatẽ quaſi ad quẽdam ornatũ:ut cauda pauoni: pẽnæ uerſicolores columbis:uiris mãmæ atq; barba.hæc dicũtur fortaſſe ieiunius.Sunt enim quaſi prima elemẽta naturæ:quibus ubertas oratiõis adhiberi uix poteſt:nec equi dẽ eã cogito cõſectari.Verũ tamẽ quũ de rebus grandioribus dicas.Ipſæ res uerba rapiunt:Ita fit cũ grauior.tũ etiã ſplendidior oratio.eſt ut dícis inq̃:ſed tamẽ omne quod de re bona dílucide dícitur.mihi præclare dici uidetur:Iſtiuſmodi autẽ dícere ornate uelle puerile eſt:plane autẽ & perſpicue expedire poſſe docti & intelligentis uiri.Progrediamur igitur quoniã inquit ab his principiis naturæ diſceſſimus:quibus cõgruere debent quæ ſequũtur. Sequitur autem prima diuiſio hæc.æſtimabile eſſe dicitur:ſic enĩ ut opinor appellamus id quod aut ipſum ſecundũ naturã ſit.aut tale quid efficiat:ut ſelectione dignũ propterea ſit:quod aliquod pondus habeat dignũ æſtimatione:quã ille Axian uocat: Contraq; inæſtimabile quod ſit ſuperiori contrariũ. Initiis igitur ita conſtitutis: ut ea quæ ſecundũ naturã ſunt: ipſa propter ſe ſumenda ſint: Contraria q; item reiícienda: Primũ eſt officiũ:id enĩ appello cathecon: ut ſe conſeruet in naturæ ſtatu: deinceps ut ea teneat quæ ſecundũ naturã ſint:pellatq; contraria:quæ inuenta ſelectione:& item reiectione ſequũtur.deinceps quũ officio ſelectio:deinde ea perpetua: tũ ad extremũ cõſtans conſentaneaq; naturæ.in qua primũ ineſſe incipit:& intelligit q̃d ſit quod uere bonum poſſit dici:Prima eſt enĩ conciliatio hominis ad ea quæ ſunt ſecundũ naturã. ſimul atq; cepit intellígentiam:uel notionẽ potius quã appellant ennonean illi: uidit q; rerum agendarũ ordinem: & ut ita dicã cõcordiã:multo ea pluris æſtimauit:q̃ omnia illa quæ primũ dilexerat:atq; ita cognitiõe & ratiõe collegit:ut ſtatueret in eo collocatũ ſuũ illud hominis per ſe laudandũ:& expetendũ bonũ quod conpoſitũ ſit in eo: quod Omologiã Stoici.nos appellemus conuenientiã:ſi placet.quũ igitur in eo ſit id bonũ referẽda ſunt omnia honeſte facta: Ipſum q; honeſtũ.quod in bonis ducitur: q̃q̃ poſt oritur tamen id ſolum ui ſua: & dignitate expetendum.eſt eorũ autẽ quæ ſunt prima naturæ propter ſe nihil eſt expetendum.quũ uero illa quæ officia eſſe dixi proficiſcantur ab initiis naturæ: neceſſe eſt ea ad hæc referri.ut recte dici poſſit omnia officia eo referri: ut adipiſcamur principia naturæ.nec tamen ut hoc ſit bonorũ ultimũ.propterea q; nõ eſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio conſequens enĩ eſt:& poſt oritur.ut dixi.eſt tamen ea ſecundũ naturã multoq; nos ad ſe expetendũ magis hortatur.q̃ ſuperiora omnia.Sed ex hoc primũ error tollendus eſt.ne quis ſit qui exiſtimet:ut duo ſint ultima bonorũ ut enĩ ſi cui propoſitũ collineare haſtam aliquã aut ſagittã: ſicut nos ultimũ in bonis dixímus ſic illi facere omnia quæ poſſit:ut collineet:& tam uti.& tamen ut omnia faciat.quo propoſitum aſſequatur.Sed hoc quaſi ultimũ.quale nos ſummũ in uita bonũ dicimus: illud autẽ ut feriat quaſi ſeligendũ:non expetendũ. quum autẽ omnia officia a principiis naturæ proficiſcantur.ab hiſdem neceſſe eſt proficiſci ipſam ſapientiam: ſed quẽadmodum ſæpe fit ut is qui cõmendatus ſit alicui.pluris eum faciat cui cõmendatus ſit:q̃ illũ a quo ſit.minime mirũ eſt.Primo nos ſapientiæ commendari ab initiis naturæ:poſt autem ipſam ſapientiam nobis cariorem fieri: quam illa ſint equibus ad hanc uenerimus atq; ut membra nobis ita data ſunt.ut ad quandam rationem uiuendi data eſſe appareã aut:ſic appetitio animi quæ Horme græce uocatur. nõ ad quoduis genus uitæ: ſed ad quandam formam uiuendi uidetur data:Item q; & oratio & profecta ratio. Vt enim hiſtrioni actio:ſaltatori motus. non quiuis.ſed certus quidam eſt datus:ſic uita agenda cẽ erto genere quodam:nõ quolibet:quod genus cõueniens: conſentaneum q; dicimus.

nēc enim gubernationi: aut medicinæ similem sapientiam esse arbitramur. sed actioni illi potius quā dixi: & saltationi. ut arte in ipsa insit. nō foris petatur extremū. i. artis esse ctio: & tamē est etiā alia. cum his ipsis artibus sapientiæ dissimilitudo: propterea quod in illis quæ recte facta sunt nō cōtinētur tamen omnes partes ex quibus constant. quæ aūt nos aut recta. aut recte facta dicamus si placet. illi appellāt Catorthomata: omnes numeros uirtutis cōtinent: sola ení sapientia in se tota conuersa est. Q uod idem in cæteris artibus nō fit. Inscitæ autē medicinæ: & gubernationis ultimū cum ultimo sapientiæ cōparatur. sapientia enim & animi magnitudinem complectitur. & iustitiam: & ut omnia quæ homini accidant: infra se esse iudicet: quod idem in cæteris artibus nō cōtingit. tenere autē uirtutes eas ipsas: quarum modo mentionem feci. nemo poterit nisi sta tuerit nihil esse quod intersit: aut differat aliud ab alio præter honesta & turpia. Videamus nunc quam sint præclare iis quæ iam posui consequentia. quū enim hoc sit extremum sentis enim credo me iam diu quod Telos græcus dicat. id dicere tum extremum tum ultimum: tum summū. licebit etiam finē pro extremo: aut ultimo dicere. quū enim hoc sit extremū congruenter naturæ: conueniēterq; uiuere necessario sequitur omnes sapientes semper fœliciter absolute fortunate uiuere: nulla re impediri: nulla prohiberi. nulla egere. quod autem continet nō magis eam disciplinam de qua loquor: q̄ uitam fortunasq; nostras. i. ut quod honestū sit. id solū bonū iudicemus. Potest id quidem & copiosē: & omnibus electissimis uerbis. grauissimisq; sententiis thetorice: & augeri. & ornari: sed consectari me Stoicorū breuia & acuta delectat. Concluduntur igitur eorū argumenta sic. quod est bonū omne laudabile esse. Q uod autē laudabile est omne honestū est bonum igitur quod est: honestum est. Satis ne hoc conclusum uidetur: certe. Q uid enim efficiebatur ex his duobus quæ erant sumpta: In eo uides esse conclusum: duorū autē e quibus effecta conclusio est. contra superius dici solet: nō omne bonū esse laudabile. Nam quod honestū sit: laudabile esse conceditur. Illud autē perabsurdū bonum esse aliquid. quod nō expetendū sit. Aut expetendū quod nō placens. Aut si id non etiam diligendū: ergo & probandum. Ita etiam laudabile. Id autem honestum. Ita fit ut quod bonū sit id etiam honestum sit. Deinde quęro quis aut de misera uita possit gloriari: aut de beata: de sola igitur beata ex qua efficitur gloriatione ut ita dicam dignam esse beatam uitam q; nō possit equidem inhonestæ uitæ iure contingere. Ita fit ut honesta uita beata uita sit. & quoniā is: cui contingit. ut iure laudetur: habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam: ut ad ea quæ tanta sit. beatus dici iure possit idem de uita talis uiri rectissime dicitur. Ita si beata uita honestate cernitur. quod honestū est. id bonum solum habendum est: quod uero negari nullo modo possit. Q uem inq̄ stabili: & firmo & magno animo: quem fortem uirū dicimus effici posse: nisi constitutū sit: nō esse malum dolorem: ut enim qui mortem in malis ponit: nō potest eam nō timere. sic nemo ulla in re potest id quod malum esse decernit non curare: idq; contemne. Q uo posito: & omuium assensu approbato: Illud assumitur eum qui magno sit animo atq; forti omnia quæ cadere in hominem possint despicere: & pro nihilo putare. Q uæ quum ita sint: effectum est nihil esse malum quod turpe non sit. Atq; iste uir altus & excellens magno animo uere fortis infra se omnia humana ducens is inquam quem efficere uolumus: qem quærimus certe & confidere sibi debet: & suæ uitæ: & actæ: & consequenti: & bene de se iudicare statues: nihil mali posse incidere. ex quo intelligitur idem illud solum bonum esse quod honestum sit: idque esse beate uiuere & honeste id est cum uirtute uiuere. Nec uero ignoro uarias philosophorum fuisse sententias eorum dico qui

ſummū bonum: quod ultimum appello: in animo ponerent. quas q̄q̄ uitioſe quidam ſe cuti ſunt: tamen non modo iis tribus qui uirtutem a ſummo bono ſegregauerunt: quū aut uoluptatem. aut uacuitatem doloris: aut prima naturæ in ſummis bonis ponerent: ſed etiam alteris tribus qui mancam fore putaueruut ſine aliqua acceſſione uirrutem ob eamq; rem trium earum rerum quas ſupra dixi ſingula ſingulis addiderunt: iis tamē omnibus eos antepono cuiuſmodi ſunt qui ſummū bonum in animo atq; in uirtute po ſuerunt. Sed ſnnt tamen perabſurdi: & ii qui cum ſcientia uiuere ultimum bonorū & qui nullam rerum differentiam eſſe dixerunt: Atq; ita ſapiētem beatum fore nihil aliud alii momento ullo anteponētem: ut quidam Academici conſtituiſſe dicuntur extremū bonorū & ſummū munus eſſe ſapientis obſiſtere iuſſis: aſſenſuſq; ſuos firme ſuſtinere: iis ſingulis copioſe reſponderi ſolet: ſed quæ perſpicua ſunt longa eſſe nō debent: quid autē abertius q̄ ſi ſelectio nulla ſit ab his rebus quæ contra naturam ſint earum rerum quæ ſint ſecundum naturā. tollatur demū omnis ea quæ quæritur laudaturq; prudentia: circunſcriptis igitur iis ſententiis quas poſui: & is quæ ſimiles earū ſunt: Relinquitur ut ſummū bonū ſit uiuere ſcientiā adhibentē earū rerū quæ natura eueniat: ſeligētē quæ ſecundum naturā: & ſi quæ etiā contra naturā ſunt reiicientē. i. conuenienter: con gruenterq; naturæ uiuere. ſed in cæteris artibus quū dicitur artificioſe: poſterum quo dam modo: & conſequens putandū eſt quod illi epigenematicon appellant. Quod autem in quo ſapienter dicimus id apprime rectiſſime dicitur: quicquid enim a ſapiente p ficiſcitur: Id continuo debet expletum eſſe omnibus ſuis partibus in eo enim poſitum eſt id quod dicimus eſſe expetendum. nam ut peccatū eſt patriam prodere: parentes uiola re: phana depeculari: quæ ſunt in effectu: ſic timere: ſic mœrere: ſic in libidine eſſe peccatum eſt etiam ſine effectu: uerū ut hæc nō in poſteris & in conſequentibus: ſed in primis continuo peccata ſunt: ſic ea quæ proficiſcuntur a uirtute ſuſceptione prima nō perfectione recte ſunt iudicāda: bonum autē quod in hoc ſermone totiens uſurpatum eſt: Id etiam definitione explicetur: ſed eorū definitiones paulum oppido inter ſe differunt: & tamen eoūem ſpectant. Ego aſſentior Diogeni qui bonum definierit id quod eſſet natura abſolutum. id autem ſequens: illud etiam quod prodeſſet: ophelen enim ſic appellemus: motum aut ſtatum eſſe dixit e natura abſoluta. Quumq; rerum notiones in animis fiant: ſi aut uſu aliquid cognicum ſit: aut coniunctione: aut ſimilitudine: aut collatione ratiōis hoc quarto quod eſt extremum poſui bonū notitia facta eſt. quum enī ab his rebus quæ ſunt ſecundū naturā aſcendit animus collatione rationis: tum ad notionem boni peruenit. Hoc autē ipſum bonū nō acceſſione: neq; creſcendo: aut cum cæteris comparando: ſed propria ui ſua & ſentimus & appellamus bonum: ut enim mel & ſi dulciſſimū eſt: ſuo tamen proprio genere ſaporis: nō comparatione cum aliis dulce eſſe ſentitur: ſic bonū hoc de quo agimus eſt illud quidem plurimi æſtimandum: ſed ea æſtimatio genere ualet: nō magnitudine. nā quū æſtimatio quæ Axia dicitur: neq; in bonis numerata ſit: nec rurſu in malis quantūquūq; eo addideris in ſuo genere manebit: alia eſt igitur propria æſtimatio uirtutis quæ genere nō creſcendū ualet: nec uero perturbationes animorum quæ uitā inſipientium miſeram acerbamq; reddunt: quas græci Pathe appellant: poterā ego uerbū ipſum interpretans morbos appellare: ſed nō conueniet ad omnia. Quis enim miſericordiam: aut ipſam iracundiā morbum ſolet dicere? At illi dicunt Pathos. ſit igitur perturbatio: quæ nomine ipſo uitioſa declarari uidetur Nec hę perturbationes ui aliqua naturali mouentur. omneſque hæ ſunt genere quatuor: Partibus plures ægritudo: formido: libido: quanq; Stoici communi nomine corporis &

animi hedonem appellant: Ego malo lætitiam appellare: quasi gestientis animi elatio-
nem uoluptariam: perturbationes autē nulla naturæ ui cōmouentur: omniaq; ea sunt:
opiniones aciudicia leuitatis. Itaq; iis sapiens semper uacabit. Omne autē quod hone-
stū sit: id esse propter se expetendū: cōmune nobis est cum multorū aliorū philosopho
rum sententiis. præter enim tres disciplinas quæ uirtutem a summo bono excludūt: cæ
teris omnibus philosophis hæc est tuenda sententia: maxime tamē his Stoicis: qui nihil
aliud in bonorū numero nisi honestū esse uoluerunt: sed hæc quidē est perfacilis: & per
expedita defensio. quis est enī: aut quis unq̄ fuit. aut auaritia tam ardenti aut tam est re
natis cupiditatibus: ut eandem illam rem quam adipisci scelere quouis uelit, nō multis
partibus malit ad se se etia omni impunitate propolita sine facinore: quā illo modo per-
uenire? Q uā uero utilitatē: aut quem fructum petentes scire cupimus illa quæ occulta
nobis sunt quomodo moueantur: quibusq; de causis uersantur in cælo? quis autē tam
agrestibus institutis uiuit. aut quis contra studia naturæ tam uehementer obdurauit:
ut a rebus cognitu dignis abhorreat: easq; sine uoluptate: aut utilitate aliqua nō requi-
rat: & pro nihilo putet? aut quis est qui maiorū aut Aphricanorū? aut eius quē tu in ore
semper habes proaui mei cæterorūq; uirorum fortium. atq; omni uirtute præstantium
facta dicta consilia cognoscens nulla animo afficiatur uoluptate? Q uis autē honesta in
familia institutus: & educatus ingenue: nō ipsa turpitudine etiā si eū læsura nc sit: offen
ditur? quis animo æquo uidet: eum quē impure, ac flagitiose putet uiuere? quis nō odit
sordidos: uanos, leues futiles? Q uid autē dici poterat si turpitudinem: nō ipsam per se
fugiendam esse statuerimus, quominus homines tenebras & solitudinē nacti nullo de
decore se abstineant: nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. innumerabilia
dici possunt in hanc sententiā: sed nō necesse est? nihil enī de quo minus dubitari possit
qui & honesta expetenda per se: & eodem modo turpia per se esse fugienda. Constituto
autē illo de quo ante diximus, quod honestum sit id esse solum bonum. Intelligi necesse
est pluris id quod honestū sit: æstimandum esse quā illa media quæ ex eo comparentur
stultitiam autē & temeritatē: & iustitiam, & intemperantiā: quū dicimus esse fugiendā
propter eas res quæ ex ipsis eueniat: nō ita dicimus, ut cum illo quod positū est: solū id
esse malū, quod turpe sit: hæc pugnare uideatur oratio: propterea quod ea nō ad corpo
ris incōmodum referuntur: sed ad turpes actiones quæ oriuntur a uitiis quas enī græ-
ci Cacias appellant, uitia malo quā malitias nominare. Hæc tu inq̄ Cato uerbis illustri
bus: & id quod uis ceclarantibus. Itaq; mihi uideris latine docere philosophiā: & ei qua
si ciuitatē dare, quæ quidē adhuc peregrinari Romæ uidebatur: nec offerre se se nostris
sermonibus, & istam maxime propter limatā quādā & rerū & uerborū tenuitatē. Scio
enī quosdam qui q̄uis lingua philosophari possint: nullis enī partitionibus, nullis defini
tionibus utuntur ipsi qui dicunt ea se modo probare: quibus natura tacita assentiatur.
Itaq; in rebus minime obscuris nō multū est apud eos discernendi labor: quare attendo
te studiose & quæcunq; rebus his de quibus hic sermo est nomina imponis memoriæ
mando mihi enī erit iisdem istis fortasse iam utendū uirtutibus. Igitur rectissime mihi
uideris: & ad consuetudinē nostræ orationis uitia posuisse cōtraria, quod enim uitupera
bile est per se ipsum, id eo ipso uitiū nominatū puto: uel etiā a uitio dictū uituperari. Sin
Cacian malitia dixisses: ad aliud nos unū certū uitium cōsuetudo latina traduceret: hoc
omni uirtuti uitiū cōtrario nomine opponitur. Tum ille his igitur ita positis inquit sequi
tur magna contentio: quæ pertractata est a peripatheticis mollius. Est enī eorū cōsue-
tudo dicēdi nō satis acuta, ppter ignorationē dialecticæ. Carneades tuus egregia quadā

exercitatione in dialecticis: summaq; eloquentia rem in summū descrimen adduxit: ꝓ
pterea q; pugnare nō destitit: in omni hac quæstione quæ de bonis & malis appelletur
nō esse rerū Stoicis cū peripateticis cōtrouersiam: sed nominū. mihi aūt nihil tam per
spicuū uidetur: q̄ has sententias eorū philosophorū re inter se: magis q̄ erbis dissidere
Maiorem multo habere Stoicos & peripateticos rerū omnino discrepantiā q̄ uerbo-
rum: Q uippe quū peripatetici omnia quæ ipsi bona appellant pertinere dicant ad bea
te uiuendū: nostri uero quod æstimatione omnino aliqua dignū sit cōpleri beatā uitam
putent. an nō certius quicq; potest esse q̄ illa ratio est horū qui dolorē in malis ponūt: nō
posse sapientē beatum esse quū eculeo torquatur. Eorum autem qui dolorē in malis nō
habent: ratio certe cogit: ut in omnibus tormentis conseruetur beata uita sapienti: etenī
si dolores eosdem tolerabilius patiantur: qui excipiunt eos pro patria: q̄ qui leniore de
causa. opinio facit nō natura uim doloris aut maiorem aut minorem. Ne illud quidem
est consentaneum: ut si cum tria genera bonorū sint: quæ sententia est peripateticorū
eo beatior quisq; sit: quod sit corporis. aut externis bonis plenios: ut hoc idem approbā
dum sit bonis: ut qui plura habeat quæ in corpore magni æstimantur sit beatior. Illi. n.
corporis commodis compleri uitam beatam putant: nostri nihil minus. Nam quum ita
placeat: nec eorum quidem bonorū quæ nos bona naturæ appellemus: frequentia bea
tiorem uitam fieri. aut magis expetendam: aut pluris æstimandam: certe minus ad bea
tam uitam pertinet multitudo corporis commodorum. etenim si ualere & sapere magis
expetendum sit q̄ sapere solum. neq; tamen si utrunq; sit æstimatione dignum: pluris sit
coniūctum: quam sapere ipsum seperatum. Nam qui ualitudinem æstimatione aliqua
dignam uideamus: neq; tamē eam in bonis ponimus: idem censemus nullam esse tantā
æstimationem: ut ea uirtuti anteponatur. Q uod idem peripatetici nō tenent: quibus
dicendum est: quæ & honesta actio sit: & sine dolore eam magis esse expetēdam quam
si esset eadem actio cum dolore: Nobis aliter uidetur. recte secus ne postea: sed potest
ne rerum maior esse dissentio: ut enim obscuratur & effunditur luce solis lumen lucer-
næ: & ut interit magnitudine maris ægei stilla maris: & ut in diuitiis Crœsi Teruntii ac
cessio: & gradus unus in ea uia quæ est hinc in iniam: sic quum sit is bonorū finis: quē
Stoici dicunt. omnis ista rerum in corpore harum existimatio: splendore uirtutis & ma
gnitudine obscuretur & obruatur: atq; intereat necesse est. & quendmodum opportu-
nitas: sic enim appellemus Euceriam: non fit maior productione temporis. habent enim
suum modum quæcunq; opportuna dicuntur: sic recta effectio Catorthosim enim. Ita
appello: quoniam rectum factum catorthoma recta igitur effectio. item conuenientia
deniq; ipsum bonū: quod in eo positum est ut naturæ consentiat. crescendi accessionem
nullam habet. Vt enim opportunitas illa sic hæc de quibus dixi non fiunt temporis pro
ductione maiora: ob eamq; causam Stoicis non uidetur optabilior nec magis expeten-
da beata uita si sit longa. quam si breuis utunturq; simili. Vt si Cothurni laus illa esset
ad pedem apte conuenire: neq; multi Cothurni paucis anteponerentur: nec maiores mi
noribus: sic omne quorum bonum conuenientia atq; opportunitate finitur: nec plura pau
cioribus: nec longinquiora breuioribus anteponerent: nec uero satis acute dicunt si bo-
na ualitudo pluris æstimanda sit longa quam breuis: sapientiæ quoq; usus longissimus
quisque sit plurimi: Non intelligunt ualitudinis æstimationem spacio iudicari: uirtutis
opportunitate: ut uideantur qui illud dicant: idem hoc esse dicturi. bonam mortem:
& bonum partum mediorem longum esse quam breuem: nō uident alia breuitate plu
ris æstimari: alia diuturnitate: Itaque consentaneum est his quæ dicta sunt ratione illo

rum qui illum bonorum finem quod appellamus extremum: quod ultimum crescere putēt posse: iisdem placere esse alium alio etiā sapientiorē: Itemq; alium magis alio uel peccare: uel recte facere: quod nobis nō licet dicere: qui crescere bonorum finem nō putamus: ut enī qui demersi sunt in aqua. nihilo magis respirare possunt: si longe sunt a summo: ut iam iāq; possint emergere: quā si etiā quū essent in profūdo: nec catulus ille qui iam appropinquat ut uideat plus cernit quam is qui modo est natus. Item qui processit aliquantū ad uirtutis aditū nihilominus misera est: quam ille qui nihil processit: hæc mirabilia uideri intelligo. Sed quū certe superiora firma ac uera sint. his autē ea cōsentanea & cōsequētia ne de eorū quidē ueritate est dubitandū: sed q̄q̄ negent: nec uirtutes nec uitia crescere: & tamē utrūq; eorū fundi quodāmō: & quasi dilatari putant: diuitias autem Diogenes censeat eum nō modo uim habere: ut quasi duces sint ad uoluptatē & ad ualitudinē bonā: sed etiā ut in ea cōtineāt. nō idem facere eas in uirtute neq; in cæteris artibus ad quas esse dux pecunia potest: cōtinere autē nō potest. Itaq; si uoluptas aut si bona ualitudo sit in bonis. diuitias quoq; in bonis esse ponendas. Aut si sapientia bonum sit: nō sequitur ut etiā diuitias bonū esse dicamus: nec ab ulla re quæ nō sit in bonis: id quod sit in bonis cōtineri potest. ob eamq; causam: quia cogitatiōes comprehensionesq; rerū e quibus efficiūtur artes: ad appetitiones mouēt: cū diuitiæ nō sint in bonis: nulla ars diuitiis cōtineri potest. Quod si de artibus cōcedamus uirtutis tamē nō sit eadē ratio propterea quod hæc plurimæ cōmendatiōis & exercitationis indigeat Quod idem in artibus nō sit: & quod uirtus stabilitatē: firmitatē. constantiā totius uitæ cōplectatur: nec hæc eadē in artibus esse uideamus. Deinceps explicatur differentia rerū: quā si nō ullam esse dicereremus: cōfunderetur omnis uita: ut ab Aristone: nec ullum sapientiæ munus: aut opus inueniretur: quū inter res eas quæ ad uitam degendam pertinerēt. nihil omnino interesset: nō ullū delectū adhiberi oporteret. Itaq; quū esset satis cōstitutū id solū esse bonū. quod esset honestū: & id malū solū q̄ turpe cū hæc. ut illa quæ nihil ualerent ad beate misereue uiuendū: aliquid tamē quod differrēt a se esse uoluerūt: ut essent eorū æstimabilia. alia cōtra: alia neutrū. quæq; autē æstimāda essent eorū in aliis satis esse causæ quāobrem quibusdam antepōnerētur: ut in ualitudine: ut in integritate sensuum: ut in doloris uacuitate: ut gloriæ diuitiarum: similium rerū. alia autem nō esse eiusmodi. Itēq; eorū quæ nulla æstimatiōe digna essent. partim satis habere causæ quāobrem reiicerētur. ut dolorem: morbum sensuum amissionem. paupertatē ignominiā: similia horū. partim nō. Itemq; hinc esse illud exortū quod Zeno progemenon. cōtra quæ quod approegmenon nominauit: quū uteretur in lingua copiosa factis tamē noibus ac nouis. quod nobis in hac inopi lingua nō cōceditur q̄q̄ tu hāc copiosiorē etiā dicere solis. sed nō alienū est quo facilius uis uerbi intelligatur ratione huius uerbi faciendi Zenonis exponere. Vtenī inquit nemo dicit in regia regē ipsum quasi productū esse ad dignitatē. Idem enī est proegmenō: sed eos qui in aliquo honore sint quorū ordo ꝓxime accedit. ut secūdus sit ad regiū principatū sic in uita nō ea quæ primario loco sunt: sed ea quæ secundū locū obtinēt. ꝓegmena. i. ꝓducta noientur. Quæ uel ita appellemus: id erit uerbū uerbo uel ꝓmota & remota. uel ut dudū diximus præposita uel præcipua: & illa reiecta. Reenī intellecta in uerborū usu faciles esse debemus Quoniā autē omne quod est bonum primū locum tenere dicimus: necesse est nec bonum esse nec malū hoc q̄d propositū uel præcipua noiamus. Itaq; id definimus quod sit indifferens cū æstimatione mediocri. quod enī ille adiaphoron dicit. Id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Neq; enī illud fieri poterat ullo modo ut nihil relinqueretur in

mediis: quod aut secundū naturā esset aut contra. Nec quū id relinqueretur nihil in his poni quod satis æstimabile esset: nec hæc posita: non aliqua essent p̄posita. Recte igitur hæc facta distinctio: atq; etiam ab his quo facilius respici possit: hoc simile põitur: ut. n: inquiunt: si hoc fingamus esse quasi finē: & ultimum ita iacere talum ut recte assistat: qui ita talus erit iactus ut cadat rectus p̄positum qddam habebit ad finem: qui aliter q̄ contra. Neq; tñ illa p̄positio tali ad eum quē dixi finē pertinebit. sic ea quæ sunt p̄posita referuntur illa qdem ad finem: sed ad eius uim naturāq; nihil ptinent. Sequitur illa diui sio ut bonorum alia sint ut illud ultimum ptinentia. sic. n. appello quæ telica dicuntur: nam hoc ipsum instituamus ut placuit pluribus uerbis dicere quod non poterimus: ut res intelligatur: alia aūt efficentia quæ græci poetica: alia utrūq;. de ptinentibus nihil ē bonum præter actiones honestas: de efficientibus nihil ptæter amicum: sed & ptinentē & efficientem sapiam uolunt esse. nam quia sapia est conueniens actio: erit cum illo pti nenti genere quod dixi. Quod aūt honestas actiões affert: & efficit: id efficiens dici põt hæc quæ præposita dicimus: partim sunt p̄ seipsa p̄posita: partim qd aliquid efficiunt: partim utrunq; p̄ se: ut quidam habitus oris & uultus: ut status: ut motus: in qbus sunt & præponenda quædam: & reiicienda. alia ob eam rem p̄posita dicentur quod ex se ali quid efficiant: ut pecuniæ. alia aūt ob utranq; rem. ut integri sensus: ut bona ualitudo. De bona aūt fama: quam. n. appellant eudoxian: aptius est hoc loco bonam famam ap pellare quam gloriam. Chrysippus qdem & Diogenes detracta utilitate ne digitum q dem in eam porrigendum esse dicebant: qbus ego uehementer assentior: qui autē post eos fuerunt: quum Carneadem sustinere non possent: hanc quam dixi bonam famā ip sam: propter se præpositam & sumendam esse dixerunt: esseq; hois ingenui & liberali ter educati uelle bene audire a parentibus: propinquis a bonis etiam uiris. Idq; propter rem ipsam non propter usum: dicuntque ut liberis consultum uelimus: etiam si posthu mi futuri sint propter ipsos: sic future post mortem famæ tamen esse propter rem etiā detracto usu consulendum. sed quanto quod honestum sit: Id solum bonum esse dica mus: consentaneum tamen est fungi officio: Quum id officium nec in bonis pona mus: nec in malis. Est enim aliquid in his rebus probabile & quidem ita: ut eius ratio reddi non possit. Est autem officium quod ita factum est. ut eius facti probabilis ratio reddi possit: ex quo intelligitur officium medium quoddam esse: quod neq; in bonis po natur: neq; in contrariis. quoniam est in his rebus quæ nec in uirtutibus sunt: nec in uitiis. est tamen quiddam quod usui posset esse. tollendum id non est. Est autem eius generis actio quoq; quædam. & quidem talis ut ratio postulet agere aliquid. & facere eo rum. q̄ autem ratione actum sit id officium appellamus. Est igitur officium eius generis quod nec in bonis ponatur. nec in contrariis. Atq; perspicuum etiam illud est in istis rebus mediis aliquid agere sapientem. Iudicat igitur quum agit officiū illud esse q̄ quo niam nihil fallitur in iudicando: erit in mediis rebus officium: quod efficitur etiam hac conclusione rationis. quoniam enim uidemus esse quiddam: quod recte factum appel lemus. Id autem esse perfectum officium. erit autem etiam inchoatum. ut si iuste depo situm reddere in recte factis sit: in officiis ponatur depositum reddere. Illo enim addito iuste facit rectum: per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitur. quoniamq; non dubium est. quin in his quæ media dicimus sit aliud sumendum. aliud reiiciendum. qc quid ita fit aut dicitur omni officio continetur. ex quo intelligitur. quoniam seipsos om nes natura diligunt. tam insipientem quam sapientem sumpturum quæ secundum na turam sint: reiecturumq; cōtraria. Ita est quoddam cōmune officium sapientis & insi-

pientis.ex quo efficitur uersari in his quæ media dicamus. Sed quum ab his oia proficiscantur officia:non sine causa dicitur ad ea referri oēs nostras cogitatōes:in his & excessum e uita:& in uita mansionē. In quo.n.plura sunt:quæ secundum naturam sunt huic officium est in uita manere:in quo aūt:aut sunt pluria contraria:aut fore uidentur:huic officium est e uita excedere. Ex quo apparet & sapientis esse aliqñ officium excedere de uita:quum beatus sit:& stulti manere in uita quum sit miser. Nam bonum illud & malum:quod sæpe iam dictum est postea consequitur:prima aūt illa naturæ siue secunda siue cōtraria sub iudicium sapientis & delectum cadunt. estq; illa subiecta quasi materia sapientiæ. Itaq; & manendi in uita & migrandi ratio oibus his rebus quas supra dixi metienda. Nam neq; his qui uirtute retinentur in uita:neq; his qui sine uirtute sūt mors est oppetenda:ut sæpe officium est sapientis deficere a uita:quum sit beatissimus: si id opportune facere possit:quod est conuenienter naturæ uiuere. sic.n.censent opportunitatis esse beate uiuere. Itaq; a sapientia præcipitur seipsam si iusserit:sapiens ut relinq̄t. Quamobrem quum uitiorum ista uis non sit:ut causam afferant mortis uoluntariæ: p spicuum est ēt stultorum qui iidem miseri sint officium esse manere in uita:si sint in maiore parte earum rerum quas secundum naturam esse dicimus:& qm̄ excedens e uita & manens æque miser est:nec diuturnitas magis ei uitam fugiendam facit:non sine causa dicitur is qui pluribus naturalibus frui possint esse in uita manendum. Pertinere aūt id rem arbitrantur intelligi natura fieri:ut liberi a parentibus amentur:a quo initio pfectā oēm humani generis societatem pſequimur. Quod primum intelligi debet figura mē briſq; corporum quæ ipa declarāt ꝓcreandi a natura hitam esse rōnem. Neq; uero hæc inter se congruere possent:ut natura & ꝓcreari uellet:& diligi ꝓcreatos nō curaret. At q; ēt in bestiis uis naturæ inspici pōt:quarum in fœtu & educatione labore quum cernimus naturæ ipsius uidemur audire:quare pspicuum ē natura nos a dolore obhorrere. Sic apparet a natura ipsa ipelli:ut eos quos genuerimus:amemus. Ex hoc nascitur ut ēt cōis hoium inter hoies naturalis sit commēdatio:ut oporteat hoiem ab hoie ob id ipsum quod homo sit:non alienum uideri: Vt.n.in membris alia sunt tanq̄ sibi nata. ut oculi ut aures. Aliqua.n.cæterorum mēbrorum usum adiuuans. ut crura. ut manus. Sí imanes quædam bestiæ sibi solum natæ sunt. At illa quæ in concha patula pinna dicitur:isq; q nant e concha q; eam custodiat Pinnophilax uocatur:in eamq; quum se recepit:includitur:ut uideatur monuisse:ut caueret. Itemq; formicæ: apers ciconiæ: aliorum etiam causa quædam faciunt. Multo magis hæc coniunctio est hominis. Itaq; natura sumus apti ad cœtus concilia:ciuitates. Mundum autē censent regi numine deorū:eumq; esse quasi cōem urbem & ciuitatem hoium & deorum:& unūquēq; nostrum eius mūdi esse partem. Ex quo illud natura cōsequitur:& coēm utilitatem nostrę anteponamus: Vt.n. leges omniū salutē singulorū saluti anteponunt: sic uir bonus & sapiens legibus parēs & ciuilis officii non ignarus utilitate hoium:plusq̄ unius alicuius aut suæ consulit. Nec magis uituperandus est ꝓditor patriæ:q̄ cōmunis utilitatis aut salutis desertor ꝓpter suam utilitatem aut salutē. Ex quo fit:ut laudādus sit is q mortē oppetat q; rep. q; deceat cariorē esse patriā nobis quā nos metipos:quoniamq; illa uox inhumana & scelerata ducitur eorum:qui negant se recusare:quo minus ipsis mortuis terraū omnium deflagratio consequatur:quod uulgari quodā uersu græco pronunciari solet. Certe uerū est etiā his qui aliquando futuri sint:esse ꝓpter ipsos consulendū. Ex hac animorū affectio ne testamenta commendationesq; morientiū natæ sunt:quodq; nemo in solitudine uitam agere uelit: ne cū infinita quidem uoluptatū abundantia. facile intelligitur nos ad

coniunctionē congregationēq; hoium: & ad naturalē communicationē esse natos. Impellimur aūt natura ut ꝓdesse uelimus quāplurimis: in primisq; docendo rationibusq; prudentiæ tradēdis. Itaq; nō facile est inuenire qui quod sciat ipse non tradat alteri. Ita non solum ad discendum ꝓpensi sumus: uerum ēt ad docendum. Atq; ut tauris natura datum est ut pro uitulis cōtra leones summa ui impetuq; contendant: sic hi qui ualent opibus: atq; id facere possunt: ut de Hercule & Libero accepimus: ad seruādum genus hoium natura incitantur: atq; ēt Iouē cum optimum & maximum dicius: quumq; eundem salutarē. hospitalē. statorē hoc intelligi uolumus: salutē hoium in eius esse tutela. Minime aūt conuenit: quum ipsi inter nos abiecti neglectiq; simus postulare ut diis immortalibus simus: & ab his diligamur. Quemadmodum igitur mē bris utimur priusq; didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad ciuilē cōmunitatē coniuncti & consociati sumus. Quod ni ita se haberet: nec iustitiæ ullus esset nec humanitati locus. Et quō hoium inter hoies iuris esse uincula putant: sic homini nihil iuris esset cum beltiis. Præclare. n. Chrysippus cæteta nata esse hoium causa & deorum: eos aūt communitatis & societatis suæ: ut beltiis uti ad utilitatē suam possint sine iniuria: qm̄q; ea natura esset hois. ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret eum iustum: qui migraret eum iniustum fore. Sed quemadmodum theatrum quum cōe sit: recte tm̄ dici pōt eius esse eum locū' qsq; quē occuparit: sic in urbe mundoue communi aduersat' ius quo minus suum quicq; cuiusq; sit. Quum āt ad tuēdos: conseruandosq; hoies hoiem natum esse uideamus: consentaneum est huic naturæ ut sapiens uelit genere: & administrare rem Pub. Atq; ut e natura uiuat: uxorem adiungere. & uelle ex ea liberos ꝓcreare: ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur. Cynicorum āt rationem atq; uitam alii cadere in sapientē dicunt: si quis eiusmodi forte casus inciderit: ut id faciendum sit. Alii nullo mō: ut ergo cōseruetur oīs hoi erga hoiem societas: cōiunctio: caritas & emolumenta & detrimenta: quæ Ophelimata & Blammata appellant: cōmunia esse uoluerunt: quorum altera ꝓsunt: nocent altera: nec solum ea cōia: uerum ēt paria esse dixerunt. Incommoda āt: aut commoda: ita. n. eu chrestemata & dyschrestemata appello: cōia esse uoluerunt. Illa. n. quæ prosunt aut q̄ nocent aut bona sunt aut mala: quæ sint paria necesse esse. Commoda āt aut incommoda in eo genere sunt quæ ꝓpositā & reiecta dicimus ea possunt paria non esse sed emolumenta cōia esse dicuntur: recte āt facta & peccata nō habentur cōia. Amicitiam āt adhibendam esse censent: quia sit ex eo genere quæ ꝓsunt: q̄q̄ āt in amicitia alii dicant æque caram esse sapienti rationem amici: ac suam: alii āt sibi cuiq; cariorem suam tm̄ id quoq; posteriores fatentur alienum esse a iustitia: ad quam nati esse uideamur trahere quid de aliquo quod sibi assumat. Minime uero ꝓbatur huic disciplinæ de qua loquor aut amicitiam aut iustitiā ꝓpter utilitates ascisci aut ꝓbari. Eædē. n. uoluptates poterunt eas labefactare atq; puertere: &. n. nec iustitia nec amicitia esse oīo potuerunt. nisi ipsa p se expetantur. Ius aūt quod ita dici appellariq; possit: id esse naturamq; alienum esse a sapiente non mō iniuriam cui facere uerumēt nocere. nec uero rectum est cum amicis aut bñ meritis consociare aut coniungere iniuriam: grauissimeq; & ueríssime defenditur nunq̄ æquitatem ab utilitate posse seiungere. ēt quicquid æquum iustumq; esset: id ēt honestum uicissimq; quicquid esset honestum: ad iustum ēt atq; æquum fore. Ad easq; uirtutes de quibus disputatum ē dialecticam ēt adiungunt & physicam. easq; umbras uirtutum nomine appellant. Alteram quod habeat rationem ne cui falso assentiamur. neue unquā captiosa probabilitate fallamur. Eaq; de bonis & malis diceremus ut tenere

tueriq; possumus. Nam sine hac arte quẽuis arbitramur a uero abduci falliq; posse. recte igitur si oibus in rebus temeritas ignoratioq; uitiosa est: ab his ea quæ tollit hæc uirtus nominata est. Physice quoq; non sine causa tributus idem est honos: ꝓpterea ꝙ qui conuenienter naturæ uicturus sit: ei etiam proficiscendũ est ab omni mundo: & ab eius procuratione nec uero potest quisq̃ & de bonis & malis uere iudicare: nisi omni cognita ratione naturæ & uitæ etiam deorum, & utrum conueniat nec ne natura hominis cum uniuersa: quæq; sunt uetera præcepta sapientium: qui iubent tempori parere. & sequi deum: & se noscere & nihil nimis. Hæc sine physicis quam uim habeant: & habent maximam: uidere nemo potest. Atq; etiam ad iustitiam colendam: ad tuendas amicitias & reliquas caritates quid natura ualeat. hæc una cognitio potest tradere. nec uero pietas adnersus deos: nec quanta his gratia debeatur: sine explicatione naturæ intelligi potest Sed iam sentio me esse longius prouectum q̃ proposita ratio postularet: Verum admirabilis compositio disciplinæ incredibilisq; rerum traxit ordo. Quæ per deos immortales non ne miraris? Quid. n. aut in natura qua nihil est aptius: nihil descriptius: aut in opibus manufactis tam compositum tanq; compactum & coagmentatum inueniri potest Quid posterius priori non conuenit? quid sequitur quod non respõdeat superiori? quid non sic aliud ex alio nectitur: ut non si unam litteram moueris labent omnia? nec tamẽ quicq̃ est quod moueri possit. quam grauis uero: quam magnifica: quam constans conficitur persona sapientis. qui cum ratio docuerit quod honestum esset: id esse solum bonum: semper sit necesse est beatus: uereq; omnia ista nomina possideat: quæ irrideri ab imperitis solent. Rectius enim appellabitur rex quam Tarquinius: qui nec se nec suos regere potuit: Rectius magister populi. Is enim est dictator: q̃ Sylla: qui trium pestiferorum uitiorum luxurie: auaritiæ: crudelitatis magister fuit: rectius diues quam Crassus: qui nisi eguisset: nunq̃ euphratem nulla belli causa transire uoluisset: recte eius oia dicentur qui scit uti solus oibus. recte etiam pulcher appellabitur: Animi. n. liniamenta sunt pulchriora q̃ corporis: recte solus liber nec dominationi cuiusq̃ parens neq; obediens cupiditati. recte inuictus. cuius etiam si corpus constringatur: aio tamen uincula inici nulla possint: nec expectet ullum tempus ætatis ut tum dẽiq; iudicetur beatus ne fuerit: quum extremum uitæ diem morte confecerit. quod ille unus e septem sapientibus non sapienter Crœsum monuit: nam si beatus unq̃ fuisset: beatam uitam usq; ad illum a Cyro extructum rogum protulisset: ꝙ si ita est: ut neq; quisq̃ ni bonus uir: & oẽs boni beati sint: quid philosophia magis colendum? aut quid est uirtute diuinius?

M. T. C. De Finibus Bonorum & Malorum Liber Quartus.

q VAE quum dixisset: finem ille. ego autem ne tu inq̃ Cato ista posuisti tam multa memoriter: tam obscura dilucide. Itaque aut omittam? contra omnino uelle aliquid: aut spacium sumamus ad cogitandum. tam enim diligenter etsi minus uere: nam nondum id quidem audeo dicere sed tamen accusate non modo fundatam: uerum etiam extructam disciplinam non est facile perdiscite. Te ne ullam tandem inquit? Quum ego te hac noua lege uideam eodem die accusatori respondere & tribus horis perorare in hac me causa tempus dilaturum putas? quæ tamen a te agetur non melior quam illæ sunt: quas interdum obtines. Quare istam quoque aggredere tractatam præsertim & ab aliis & a te ipso sæpe: ut tibi deesse non possit oratio tum ego non meher-

cule ſolere temere contra ſtoicos. non quo illis admodū aſſentiar: ſed pudore impedior. Ita multa dicunt: quæ uix intelligam. obſcura inquit quædam eſſe confiteor: nec tamē ab illis ita dicuntur de induſtria: ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. Quæ igitur eaſdem res inq̄ peripatheticis dicentibus uerbum nullum eſt quod nō intelligatur? Eaſdem ne res inquit? an parum diſſerui: non uerbis ſtoicos a peripatheticis: ſed uniuerſa re etiam tota ſententia diſſentire? Atq; inquit Cato: ſi iſtud obtinueris traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem ſatis inquit me dixiſſe. Quare ad ea primū ſi uidetur. ſin aliud quid uoles poſtea. Immo iſtud quidem inq̄ quo loco niſi iniquum poſtulo: reſpōde arbitratu meo. Vt placet inquit. Et ſi illud erat aptius æquum cuiq; concedere. Exiſtio inquam Cato ueteres illos Platonis auditores Speuſippum: Ariſtotelem: Xenocratem deinde eorum Polemonem: Theophraſtū ſatis & copioſe & eleganter habuiſſe conſtitutam diſciplinam: ut non eſſe cauſa Zenoni cum Polemonem audiſſet cur & ab eo ipſo & a ſuperioribus diſſideret? quorū fuit hæc inſtitutio: In qua animaduertas uelim qd putes mutandum. Nec expectes dum ad oia dicam: quæ a te dicta ſunt. Vniuerſa. n. illorum ratione cum tota ueſtra confligendum puto. Qui quum uiderunt nos ita eē natos: ut & cōmuniter ad eas uirtutes apti eſſemus quæ notæ illuſtreſq; ſunt. Iuſtitiā dico: temperantiam: cæteraſq; generis eius. Quæ cēs ſimiles artium reliquarum materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt: eaſq; ipſas uirtutes uiderunt nos magnificentius appetere & ardentius. habere ēt inſitam quandam uel potius innatam cupiditatem ſcientiæ: natoſq; eſſe ad congregationem hoium & ad ſocietatem communitatemq; generis humani eaq; in maximis ingeniis maxime illucere totam philoſophiam tres in partes diuiſerunt: quam partitionem a Zenone retentam eſſe uidemus. quarum quum una ſit qua mares cōfirmantur: differo eam partem quæ quaſi ſtirps eſt huius quæſtionis. Qui ſit. n. finis bonorum mox hoc loco tantum dico a ueteribus peripatheticis academiciſq; qui in re conſentientes uocabulis differebāt: eum locum quē ciuilem recte appellamus: græce politicon: grauiter & copioſe eſſe tractatum. quamulta illi de re Pub. ſcripſerunt: quā multa de legibus. quam multa non ſolum præcepta in artibus: ſed ēt exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt. Primū. n. ipſa illa quæ ſubtiliter diſſerenda erant polite apteq; dixerunt: cum definientes: tum partientes ut ueſtri etiam. ſed uos ſquallidius. eorum uides q̄ niteat oratio? deinde ea quæ requirebant orationem ornatam & grauem q̄ magnifice ſunt dicta ab illis q̄ ſplendide? de iuſtitia de fortitudine: de amicitia: de ætate degenda: de philoſophia: de capeſſenda re Pub. de temperantia: de fortitudine hoium. de ſpinis uellentium ut ſtoici nec oſſa nudantium: ſed eorum qui grandia ornate uellent: enucleate minora dicere. Itaq; quæ ſunt eorum conſolationes: quæ cohortationes: quæ etiam monita & conſilia ſcripta ad ſummos uiros? erat. n. apud eos: ut eſt rerum ipſarum natura: ſic dicendi exercitatio duplex: nam quicquid quæritur id habet aut generis ipſius ſine perſonis temporibuſq; aut iis adiunctis facti aut iuris. aut nominis controuerſiam. Ergo in utroque exercebantur. eaque diſciplina efficit tantam illorum utroq; in genere dicendi copiam: totum genus hoc & Zeno & ab eo qui ſunt non potuerunt. aut uoluerunt certe reliquerunt quā q̄ ſcripſi artem rhetoricam Cleanthes. Chryſippus etiam. ſed ſic ut ſi quis obmuteſcere concupiet. nil aliud legere debeat. Itaq; uides quomodo loquantur: noua uerba fingunt: deſerunt uſitata. at quanta conantur? mundum hunc omnem oppidum eſſe noſtrum. Incendit igitur eos qui audiunt. uides quanta rem agas ut Circeis qui habitet: totū huc mūdū ſuū Municipium eſſe exiſtimet: quid ille incendat? Reſtringuet citius ſi ardētem acceperit

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Ista ipsa quæ tu breuiter regē: dictatorem: diuitē solū eē sapientē: a te qdē apte ac rotū de. quippe habes. n. a rhetoribus. Illorū uero ista ipsa q̄ exilia de uirtutis ui quam tñ uo lunt esse ut beatum p̄se efficere possit: Pungūt quasi aculeis: interrogatiunculis angustis: quibus ēt qui assentiuntur nisi commutantur aio & iidem abeunt qui uenerāt: res .n. fortasse ueræ certe graues non ita tractantur: ut debent sed aliquanto minutius. Sequitur differendi ratio cognitioq; naturæ: nā de summo bono mox: ut dixi: uidebimus: & ad id explicandū disputationem oēm conferemus? In iis igitur partibus duabus nihil erat quod Zeno commutare gestiret: res. n. præclare se habent: & quidem in utraq; pte Quid. n. ab antiquis ex eo genere quod ad differendū ualet: prætermissum est? Qui & definierunt plurima: & definiendi artes reliquerunt? Quodq; est definitioni adiunctū: ut tres in partes diuidatur: id & fit ab illis: & quemadmodum fieri oporteat tradit̄. Itē de contrariis a quibus ad genera formasq; generum deuenerunt. iam argumenti ratiōe conclusi caput esse faciunt: eaq; perspicua dicunt: deinde ordinem sequuntur. Tū quid uerum sit in singulis: extrema conclusio est. Quanta aūt ab illis uarietas argumentorū ratione concludentiū: eorumq; cum captiosis interrogationibus dissimilitudo? Quid q; pluribus locis quasi denunciant: ut neq; sensuū fidem sine ratione: nec rationes sine sē sibus exquiramus: atq; ut eorū alterum ab altero separemus? Quid ea quæ dialectici nunc tradunt & docent: non ne ab illis instituta sunt? De quibus etsi a Chrysippo maxime est elaboratum: tñ a zenone minus multo q̄ ab antiquis: ab hoc aūt quędam nō melius q̄ ueteres: quædam oio relicta: quūq; duæ sint artes quibus pfecte ratio & oratio cōpleatur. una inueniendi. altera differendi: Hanc posteriorem & stoici & peripatetici: priorem aūt illi egregie tradiderunt: stoici oio ne attigerunt quidem: nā e quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur uestri ne suspicati quidem sunt superiores autē artificio & uia tradiderunt: Quæ quidem res efficit ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare: neque a commentariolis suis discedere. Nam qui sciet: ubi quicq; positum sit: quaq; eo ueniat: Is ēt si quid obrutum erit: poterit eruere: sempq; eē in disputando suus? Quod & si ingenuis magnis prædīti quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur: Ars tñ est dux certior quam natura? Aliud est. n. poetarum more uerba fundere: aliud ea quæ dicas ratione & arte distinguere. similia dici possunt de explicatione naturæ qua hi utuntur & uestri: Neq; uero ob duas modo causas q̄ Epicuro uidetur ut pellatur mortis & religionis metus. sed ēt modestiam quandam cognitio rerum cælestium affert iis: qui uideant quanta sit etiam apud eos moderatio: quantus ordo & magnitudinem animi deorum opera & facta cernentibus iustitiam etiam: quū cognitum habeas quod sit summi rectoris & domini numen: quod consilium: quæ uoluntas: cuius ad naturam apta ratio: uera illa & summa lex a philosophis datur. inest in eadem explicatōe naturæ insatiabilis quædam ex cognoscendis rebus uoluptas. In qua una confectis rebus necessariis uacui negociis: honeste ac liberaliter possimus uiuere. Ergo in hac ratione tota de maximis fere rebus stoici illos sequuti sunt ut deos esse & q̄tuor ex rebus oia constare dicerent: Quum autem quæreretur res admodum difficilis: Num quinta quædā natura uideretur esse: ex qua ratio & intelligētia orietur in quo ēt de animis cuius generis essent quereretur: Zeno id dixit esse igne nōnulla deinde aliter sed ea pauca. De maxima aūt re eodem modo diuina mente atq; natura mundū uniuersum atq; eius maximas partes administrari. materiam uero rerū & apud eos copiam exilem apud illos uberrimam repiemus. Quā multa ab his conquisita & collecta sunt de oium animantium genere: ortu: membris: ætatibus? Quam multa de rebus ipsis quę gi

gnantur e terra? quã multæ quanq; de reb s uariis & cauſæ cur quicq̃ fiat & demõſtra tiones quẽadmodum quæq; fiant. qua ex omni copia plurima & certiſſima argumenta ſequũtur ad cuiuſq; rei naturam explicandam. Ergo adhuc quãtum equidem intelligo cauſa nõ uidetur fuiſſe mutandi nominis: nõ enim ſi omnia nõ ſequebatur iccirco nõ erat ortus illinc: Equidem etiam Epicure horum in phyſicis quidem Democritũ puto pauca mutat uel plura ſane: At quũ e pluribus eadem dicit. tum certe de maximis. Quod item quũ ueſtri faciant: nõ ſatis magnam tribuunt inuentoribus gratiã. Sed hæc hactenus Nunc uideamus quæſo de ſummo bono: Quod continet philoſophiam: quid tandem attulerit. quãobrem ab inuentoribus tanq̃ a parentibus diſſentiret? Hoc igitur loco q̃q̃ a te Cato diligenter eſt explicatus finis hic bonorũ qui continet philoſophiam: & qui a Stoicis & quẽadmodum dicerẽtur. tamen ego quoq; exponam ut perſpiciamus ſi potuerimus quidnam a zenone nouum ſit allatum. Quũ enim ſuperiores e quibus planiſſime Polemo ſecundum naturam uiuere ſummũ bonũ eſſe dixiſſet: his uerbis ſignificari ſtoici tria dicant. unum eiuſmodi uiuere adhibentẽ ſcientiam earum rerum: quæ natura euenirent. hunc ipſum zenonis aiunt finem eſſe declarantem illud quod a te dictum eſt conuenienter naturæ uiuere. Alterum ſignificare idem ut dicere officia omnia media aut pleraq; ſeruantem uiuere: Hoc ſic expoſitum diſimile eſt ſuperiori: illud enim rectũ quod catorthoma dicebas contingit ſapienti ſoli. Hoc autẽ inchoati cuiuſdam officii eſt nõ perfecti. quod cadere nõnullos inſipientes poteſt. Tertium autẽ omnibus aut maximis rebus iis quæ ſecũdum naturam ſint: fruentem uiuere. hoc nõ eſt poſitum in noſtra actione: Complectitur enim & eo genere uitæ quod uirtute finitur: & ex his rebus quæ ſecundum naturam ſunt. nec ſunt in noſtra poteſtate: Sed hoc ſummũ bonũ quod certa ſignificatione intelligitur: eaq; uita quæ ex ſummo bono degitur: quia coniuncta ei uirtus eſt. in ſapiẽtem ſolum cadit. Iſq; finis bonorum ut ab his Stoicis ſcriptum uidemus a Xenocrate atq; ab Ariſtotele conſtitutus eſt. Itaq; ab his conſtituto illa prima noſtra a qua tu quoq; ordiebare his prope uerbis exponitur: Omnis natura uult eſſe conſeruatrix ſui: & ut ſalua ſit & in genere conſeruetur ſuo: Ad hanc rem aiunt artes quoq; exquiſitas quæ naturam adiuuarent. In quibus ea numeretur in primis quæ eſt uiuendi ars: ut tueatur quod a natura datum ſit: quod deſit. acquirat: iidemq; diuiſerunt naturam hominis in animum & corpus: quenq; eorum unũquodq; per ſe expetẽdum eſſe dixiſſent: uirtutes quoq; utriuſq; eorum per ſe expetendas eſſe dixerunt. Quum animũ quadam infinita laude anteponerent corpori. uirtutes quoq; animi bonis corporis anteponebant Sed quum ſapientiam totius hominis cuſtodem procuratricem eſſe uellent: quæ eſſet naturæ comes & adiutrix: hoc ſapientiæ munus eſſe dicebant. ut cum tueretur qui conſtaret ex animo & corpore: in utroq; iuuaret eum atq; contineret. Atq; ita re primo ſim collocata reliqua ſubtilius perſequentes corporis bona facilem quandam rationem habere cenſebant: de animi bonis accurratius exquirebant: in primiſq; reperiebant in his eſſe iuſtitiæ ſemina: primiq; ex omnibus philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt ut hi qui procreati eſſent a procreationibus amarentur: & id quod temporum ordine antiquius eſt: ut coniuga uirorum & uxorum natura coniuncta eſſe dicerent: qua ex ſtirpe orientur amicitiæ cognationum. Atq; ab his initiis profecti omnium uirtutum & originem & progreſſionem ſecuti ſunt. Ex quo magnitudo quoq; animi exiſtebat: qua facile poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ: q; maxime res eſſent in poteſtate ſapientis: uarietates autem iniuriaſq; fortunæ facile ueterum philoſophorum præceptis inſtituta uita ſuperabat. Principiis autẽ a natura datis amplitudines quædam bonorum excitaban

tur:partũ ꝓfectæ a contemplatione rerũ occultiorum:quod erat inſitus menti cognitio nis amor:ex quo etiã rationis explicandi differendiq; cupiditas cõſequebatur:q;q; hoc ſolũ animal natũ eſt pudoris ac uerecundiæ particeps:appetenſq; coniunctionẽ homi num ac ſocietatem: animaduertenſq; in omnibus rebus quas ageret aut dicere: ut ne quit ab eo fieret niſi honeſte & decore. his initiis ut ante dixi tanquã ſeminibus a natura datis temperantia: modeſtia: iuſtitia:& omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt habes inquã Cato formã illorũ eorũ de quibus loquor philoſophorũ.qua expoſita ſcire cupio quæ cauſa ſit cur Zeno ab hac atiqua inſtitutione deſciuerit:Q uidnam horũ ad eo nõ ſit prolatum quod ne omnẽ naturam ſui conſeruatricem dixerit:An quod omne animal ipſum ſibi cõmendatum ut ſe & ſaluum in ſuo genere incolumenq; uellet:An quũ omnium artiũ finis is eſſet qd natura maxime quæreret idem ſtatui debere de totius arte uitæ:An q;quũ animo conſtaremus & corpore: & hæc ipſa:& eorũ uirtutes per ſe eſſe ſumẽdas:An uero diſplicuit ea quæ tributa eſt animi uirtutibus tanta præſtãtia:an quę de prudentia:de cognitione rerũ:de cognitione generis humani.quæq; ab eiſdem:de tẽ perantia:de modeſtia: de magnitudine animi.de omniũ honeſtate dicuntur fatebuntur ſtoici hæc omnia dicta eſſe præclare:Neq; eã cauſam zenoni diſciſcẽdi fuiſſe:alia quæ dam decent credo magna antiquorũ eſſe peccata:quæ ille ueri inueſtigandi cupidus nul lo modo ferre potuerit.Q uid eni peruerſius:quid intolerabilius: quid ſtultius.q̃ bonã ualitudinẽ:q̃ dolorũ omnium uacuitatẽ:q̃ integritatẽ oculorũ reliquorũq; ſenſuum nõ ponere in bonis potius: q̃ dicerent nihil omnino inter eas res:hiſq; contrarias intereſſe: Ea eni omnia quæ illi bona dicerent præpoſita eſſe:nõ bona:Item q; illa quæ in corpore excellerent ſtulte antiquos dixiſſe per ſe eſſe expetẽda & ſumẽda potius expetẽda:Eadẽ q; omni uita quæ in una uirtute conſiſteret.Illã uitã quæ etiã cæteris rebus quæ eſſent ſecundũ naturã abundaret magis expetendã nõ eſſe ſed magis ſumendã:quũq; ipſa uir tus efficiat ita beatã uitã ut beatior eſſe nõ poſſit tamẽ quædã deeſſe ſapientibus tũ quũ ſunt beatiſſimi:Itaq; eos id agere ut a ſe dolores morbos debilitates repellãt:O magnã uim ingenii cauſamq; iuſtã cur nouo exiſteret diſciplina.Perge porro:ſequẽtur eni quę tu ſciẽtiſſime cõplexus es.omnẽ inſipientiã & iniuſtitiã: alia uitia ſimilia:omniaq; pec cata eſſe paria:eoſq; qui natura doctrinaq; longe ad uirtutẽ ꝓceſſiſſent:niſi eã plene cõ ſequuti eſſent ſumme eſſe miſeros.neq; inter eorũ uitã & improbiſſimorũ quicq̃ omni no intereſſe: ut plato tantus ille uir ſi ſapiens nõ fuerit nihilo melius q̃ quis improbiſſimus nec beatus uixerit. Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris & emendatio quæ omnino aditũ habere nullũ poteſt in urbẽ:in forũ:in curiã. Q uis eni fere poſſet ita loquentẽ eũ qui ſe auctorẽ uitæ grauiter & ſapienter agendæ ꝓfitetur nomina rerũ cõmutantẽ:Q uũq; idem ſentiret qd omnes quibus rebus eandem uim tribueret:alia noia imponentẽ:uerba modo mutãtem: de opinionibus nihil detrahentẽ:patrónus ue cauſæ in epilogo pro reo dicens negaret eſſe malũ exiliũ:publicationẽ bonorũ:hæc reiicien da eſſe:nõ fugienda:nec miſericordẽ iudicã eſſe oportere. In contione autẽ ſi loquere tur:ſi Annibal ad portas ueniſſet:murumq; iaculo traieciſſet:negaret eſſe in malis capi uenire:interfici:patriã amittere:An ſenatus quũ triũphum Aphricano decerneret quid de eius uirtute aut fœlicitate poſſet dicere:ſi neq; uirtus in nullo niſi in ſapiente: nec fœ licitas uere dici poteſt:Q uæ eſt igitur iſta philoſophia quæ cõmuni more in foro loqui tur: in libello ſuo præſertim quũ quod illi ſuis uerbis ſignificent in eo nihil mouetur de ipſis rebus nihil mutetur:eædem res maneant alio modo.Q uid enim intereſt diuitias: opes:ualitudinem bona:dicas:an ne præpoſita:Q uũ ille qui iſta bona dicit:nihilo plus

his tribuat q̃ tu qui eadẽ præposita nominas? itaq; homo imprimis ingenuus & grauis dignus illa familiaritate Scipionis & Lælii Panætius quũ ad. Q. Tuberonẽ de dolore patiendo scriberet qđ esse caput debeat si probari posset: nunq̃ posuit non esse malum dolorem: sed quid esset & quale: quãtũq; in eo esset alieni: deinde quę ratio esset perferẽdi: cuius quidem quoniã stoicus fuit sententia cõdemnata mihi uidetur esse immanitas ista uerborũ. Sed ꝯ proprius ad ea Cato accedã quæ ad ea dicta sunt pressius agamus ea quæ mõ dixisti cũ his cõferamus quæ tuis antepono: Q uæ sunt igitur cõmunia nobis cũ antiquis. His sic utamur quasi cõcessis quæ in cõtrouersiam ueniunt de iis si placet disseramus. mihi uero inquit placet agi subtilius ꝯ & ut ipse dixisti: pressius. Q uę enim adhuc protulisti popularia sunt: ego autẽ a te elegantiora desidero. A me ne tu iuq̃? sed tamẽ enitar: & si minus mihi multa occurent nõ fugiã ista popularia: Sed primũ positũ est nosmetipsos cõmendatos esse nobis primãq; ex natura hanc habere appetitionẽ: ut cõseruemus nosmetipsos hoc cõuenit. Sequitur illud animaduertamus qui simus ipsi: ut uos quales oportet esse seruemus. Sumus igitur homines: ex animo cõstamus & corpore quæ sunt cuiusdã modi: nosq; oportet ut prima petitio naturalis postulat hæc diligere: cõstituereq; ex his finẽ illũ summi boni atq; ultimi. quẽ si prima uera sint ita constituí necesse est scilicet earũ rerũ quæ sunt secundũ naturã q̃ maxima & q̃ plurima adipisci: Hunc igitur finẽ illi tenuerũt quodq; ego pluribus uerbis illi breuis secundũ naturã uiuere Hoc ius bonorũ uideatur extremũ. Age nunc isti doceãt uel tu potius: quis enim ista melius? quoniã modo ab iisdem principiis ꝓfecti efficiatis ut honeste uiuere: Id est enim uel ex uirtute: uel naturæ congruenter uiuere: summũ bonũ sit: & quonã modo: aut quo loco corpus subito deseruerit is, omniaq; ea quæ cũ secundũ naturã sint: absint a nostra potestate: Ipsum deniq; officiũ. Q uæro igitur quomodo hæ tãtæ cõmendationes a natura ꝓfectæ subito a sapientia relictæ sint? Q uod si nõ hominis summũ bonũ quæreremus: sed cuiusdam animãtis: is autẽ esset nihil nisi animus. liceat enim fingere aliquid eiusmodi quo uerũ facilius reperiam⁹: tamẽ illi animo nõ esset hic noster finis. desideraret enim ualitudinẽ. uacuitatẽ doloris: appeteret etiã cõseruationẽ sui: earũq; rerũ custodiã finẽq; sibi cõstitueret secundũ naturã uiuere. Q uod est: ut dixi habere ea. quæ secundũ naturã sunt uel omnia: uel plurima & maxima cuiuscũq; enim modi animal cõstitueris: necesse est etiã si id sine corpore sit ut fingimus tamẽ esse in animo quædã similia eorũ quę sint in corpore: ut nullo modo nisi ut exposui cõstitui possit finis bonorũ. Chrysippus autẽ exponẽs differẽtias animantiũ: ait alias earũ corpore excellere: alias autẽ animo: nõ nullas ualere utraq; re. Deinde disputat qđ cuiusq; generis animãtis statui deceat extremũ. Q uũ autẽ hominẽ in eo genere posuisset: ut ei tribueret animi excellentiã summũ bonũ id cõstituit nõ excellere animo. sed uti nihil esse præter animũ uideretur constitui summũ bonũ. Vno autẽ mõ in uirtute sola summũ bonũ recte poneretur. si qđ esset animal qđ toꝝ ex mente cõstaret id ipsum tamẽ sic ut ea mens nihil haberet in se quod esset secundũ naturã ualitudo est: sed id ne cogitari quidẽ potest quale sit ut nõ repugnaret ipsum sibi. Sin dicit obscurari quædã nec apparere quia ualde parua sint nos quoq; concedimus qđ dicit Epicurus de uoluptate: quæ minime sint uoluptates: eas obscurari sæpe & obrui. sed nõ sunt in eo genere tantæ cõmoditates corporis tanq; productæ temporibus: tanq; multæ: Itaq; in quibus propter earũ exiguitatẽ obscuratio sequitur sæpe accidit: ut nihil interesse nostra fateamur: sint illa nec ne sint: ut in sole qđ a te diceba tur lucernam adhibere: nihil interest. aut teruncium addere Crœsi pecuniæ. Q uibus autem in rebus obscuratio tanta nõ sit. fieri tamẽ potest ut id ipsum quod interest non sit

magnũ: ut ei qui iucũde uixerit annos decẽ si æque uita iucũda menstrua addatur: quia momentũ aliquod habeat ad iucũdã accessionẽ bonũ sit: Si autẽ id nõ cõcedatur: nõ cõtinuo uita beata tollitur bona autem corporis huic sunt quod posterius posui similiora habent enĩ accessionẽ dignã: in qua laboretur ut mihi in hoc stoici iocari uideantur interdum quũ ita dicant Si ad illam uitã quæ cũ uirtute degatur: ampulla aut strigilis accedat: sumpturũ sapientẽ eã uitã potius quo hæc adiecta sint: nec beatiorẽ tamẽ ob eã causam fore: hoc simile tandẽ est nõ risu potius q̃ oratione eiiciendũ? Ampulla enĩ sit nec ne sit. quis nõ iure optimo derideatur si laboret? At uero grauitate membrorũ & cruciatu dolorũ si quis quẽ leuet magnã in eã gratiã: nec si ille sapiens ad tortoris eculeũ a tyranno ire cogatur: similẽ habeat uultũ ac si ampullam perdidisset. sed ut magnũ & difficile certamẽ iniens: cũ sibi cũ capitali aduersario dolore depugnandũ uideret: exercitare omnes rationes fortitudinis ac patientiæ: quarũ præsidio iniret illud difficile ut dixi magnũ q̃ præliũ. deinde nõ quæremus quid obscuretur aut intereat: quia sit admodũ paruum sed quid tale sit ut expleat summã. Vna uoluptas e multis obscuratur in illa uita uoluptaria. Sed tamẽ ea. quãuis parua sit pars est eius uitæ quæ posita est in uoluptate: nũmus in Crœsi diuitiis obscuratur pars est tamẽ diuitiarũ. Quare obscurentur etiã hæc quæ secundum naturã esse dicimus in uita beata sint modo partes beatæ uitæ. Atqui si ut conuenire debet inter nos est quædam appetitio naturalis: ea quæ secundum naturã sunt appetentes: eorũ omnium est aliqua summa facienda: quo constituto tum licebit iocose ista quærere quæ de magnitudine rerũ: excellentia quãta in quoq; sit ad beate uiuendum: de istis ipsis obscurationibus quæ propter exiguitatẽ uix aut ne uix quidem appareant. Quid de quo multa dissentio est: nemo enĩ est qui aliter dixerit: quin omniũ naturalium simile esset id: ad quod omnia referuntur. quod est ultimũ rerũ appetendarũ. Omnis enĩ est natura diligens sui: quæ est enĩ quæ re unq̃ deserat: aut partẽ aliquã sui: aut eius partis habitum aut uim: aut ullius earũ rerũ quæ secũdum naturã sint aut motum aut statũ? quæ autẽ natura suæ primæ institutionis oblita est? nulla profecto quin suam uim retineat a primo ad extremũ. Quomodo igitur euenit ut hominis natura sola esset quæ hominẽ relinqueret: quæ obliuisceretur corporis: quæ summũ bonũ nõ in toto homine: sed in partẽ hominis poneret? Quomodo autẽ: quod ipsi etiã fatentur: cõstatq; inter omnes: conseruabitur ut simile sit omniũ naturale illud ultimũ de quo quæritur? Tum enĩ esset simile si in cæteris quoq; naturis id cuiq; esset. ultimum. quod in quaq; excelleret. Tale enim uisum esset ultimum stoicorũ? Quid dubitas igitur mutare principia naturæ? Quid enĩ dicis omne animal simulatq; sit ortum: applicatum esse ad se diligendum: esseq; in se conseruando occupatum? Quin potius ita dicis omne animal applicatum esse ad id: quod in eo sit optimũ. & in eius unius occupatum esse custodia: Reliquasq; naturas nihil aliud agere nisi ut id conseruent: quod in quaq; optimum sit? quomodo autẽ optimũ: si bonũ præterea nullũ est? si autẽ reliqua appetenda sunt: cur quod est ultimũ rerũ appetendarum id nõ aut ex omniũ earũ aut ex plurimarũ & maximarũ appetitione cõcluditur? Vt Phidias potest a principio instituere signum idq; perficere: potest ab alio inchoatum accipere & absoluere: huic est sapientia similis. Non enim ipsa genuit hominem: sed accepit a natura inchoatum. Hanc igitur intuens debet institutũ illud quasi signum absoluere. Quale igitur natura hominem inchoauit? & quod est munus: quod opus sapientiæ? Quid est quod ab ea & absolui & perfici debeat. Si nihil in eo quod perficiendum est: præter motũ ingenii quendam. i. rationẽ: Necesse est hoc ultimũ esse ex uirtute uitam fingere: rationis enim perfectio est uirtus: Si nihil nisi corpus

ſumma erũt illa ualitudo: uacuitas doloris: & pulchritudo & cætera. Nunc de hominis ſummo bono quæritur. qd ergo dubitamus in tota eius natura quærere qd ſit effectũ? Q uũ enĩ cõſtet inter omnes omne officiũ munuſq; ſapiẽtiæ in hominis cultu eſſe occupatum: Alíi ne me exiſtimes contra ſtoicos ſolũ dicere: eas ſententias afferãt. ut ſummũ bonũ in eo genere ponant: quod ſit extra noſtrã poteſtatẽ: tanquã de animali aliquo loquatur. Alíi quaſi contra nullum ſit corpus hominis: Ita præter animũ nihil curant. quũ præſertim quoq; animus nominare neſcio qd ſit. neq; enĩ id poſſum intelligere: ſed i quodam genere corporis ut ne is quidem uirtute una contentus ſit: ſed appetat uacuitatem doloris. Q uãobrem utriq; idem faciunt ut ſi leuam partem negligerent, dexterã tuerentur aut ipſius animi: ut fecit Herillius cognitionẽ amplexarentur actionẽ relinquerent. Eorũ enĩ omniũ multa prætermittẽtiũ dum eligãt aliquid qd ſequãtur: quaſi curta ſententia. Atq; uero illa perfecta atq; plena eorũ: qui quũ de hominis ſummo bono quærẽt: nullã i eo neq; aĩ neq; corpis partẽ uacua tutela reliquerũt. Vos autẽ Cato qa uirtus ut omnes fatemur altiſſimũ locũ in homine & maxime excellentẽ tenet: & qd eos qui ſapientes ſunt abſolutos & perfectos putamus: aciẽ animorũ noſtrorũ uirtutis ſplendore perſtringitis. In omni enĩ animãte eſt ſummũ aliquid atq; optimum ut in equis. in canibus quibus tamẽ & dolore uacare opus eſt & ualere. Sic igitur in hoie pfectio iſta in eo potiſſimũ qd eſt optimũ: idem in uirtute laudatur. Itaq; mihi nõ ſatis uidemini cõſidere qd interſit naturæ: quæq; ꝓgreſſio: Non enĩ hoc qd facit in frugibus. ut quũ ad ſpicã perduxerit ab herba relinquat: & pro nihilo habeat herbã. idẽ fecit in homine quũ eũ ad ratiõis habitũ perduxerit: Semper enĩ ita aſſumit aliquid. ut ea quæ prima dederit nõ deſerat. Itaq; ſenſibus rationẽ adiũxit: & ratiõe effecta ſenſus nõ relinquit. ut ſi cultura uitiũ cuius hoc munus ẽ efficiat ut uitis cũ partibus ſuis oibus quãoptime ſe habeat. Sed ſic intelligamus licet enĩ ut uos quoq; ſoletis: fingere aliquid docẽdi cauſam: ſi igitur illa cultura uitiũ in uite inſit. ipſa cætera credo uelit q̃ ad colendã uitẽ attinebunt ſicut ante ea ſeſe autẽ oibus uitis partibus præferat, ſtatuatq; nihil eſſe melius in uite q̃ ſe ſimíliter ſenſus quũ acceſſit ad naturã tuetur illã quidẽ. ſed etiã tuetur ſe. Q uũ autẽ aſſumpta ratio eſt: tãto in dominatu locatur. ut omnia illa prima naturæ huius tutelæ ſubiiciãtur. Itaq; nõ diſcedit ab eorũ curatiõe quibus præpoſita uitam omnẽ debet gubernare. Et mirari ſatis eorũ incõſtantiã nõ poſſumus: naturalẽ enĩ appetitionẽ quã uocãt hormen. Itẽq; officiũ ipſũ etiã uirtutẽ tuentẽ eſſe uolunt earũ rerũ quæ ſecũdum naturam ſunt. Q uũ autẽ ad ſummũ bonũ uolunt peruenire tranſiliunt omnia: & duo nobis opa pro uno relinquũt ut alia ſumamus: alia appetamus potius q̃ uno fine omnia cõcludãt. At enĩ uerã dicitis uirtutẽ nõ poſſe cõſtitui: ſi ea quæ extra uirtutẽ ſunt ad beate uiuendum pertineãt: quod totũ contra eſt. Introduci enĩ uirtus nullo mõ poteſt niſi oĩa quæ leget. quæq; reficiet: unã referantur ad ſummã. nã ſi oino nos negligimus: in ariſtonea uitia & peccata incidemus: obliuiſcemurq; quæ uirtuti ipſi principia dederimus. ſin ea nõ negligemus: neq; tamẽ ad finẽ ſummi boni referemus. nõ multũ ab Herilli leuitate aberrabimus. duarũ enĩ uitarũ nobis erunt inſtituta capienda facit enĩ ille ſeiuncta duo ultima bonorũ: quæ eſſent uera cõiungi debuerũt. Nunc iſta ſeparãtur ut diſiũcta ſunt quo nihil poteſt eſſe peruerſius. Itaq; cõtra eſt ac dicitis: nã cõſtitui uirtus nullo modo põt. niſi ea quæ ſint pria naturæ ut ad ſummũ pertinẽtia tenebit quæſita enĩ uirtus eſt nõ quæ relinqueret naturã: ſed quæ tueretur. At illa: ut uobis placet partẽ quãdã tuetur reliquã deſerit. Atq; ipſa inſtitutio hominis ſi loqueretur hæc diceret primos ſuos quaſi cœptus apptendi fuiſſe: ut ſe conſeruaret in ea natura: in qua ortus eſſet: nondum

autẽ explanatũ satis erat qd maxime natura uellet: explanet igitur. Quid enĩ aliud intellígitur: nisi ut æque pars naturæ negligat in qua si nihil ẽ præter rõnẽ: sit in una uirtute finis bonorũ: sin ẽ etiã corpus: ista explanatio naturæ nẽpe hoc effecerit: ut ea quæ ante explicationẽ tenebamus relinquãus. ergo id ẽ cõueniẽter naturæ uiuere: a natura discedere: ut qdã philosophi quũ a sensibus ꝓfecti maiora quædã ac diuiniora uidissent sensus reliquerũt: sic isti quũ appetitiõe rerũ uirtutis pulchritudinẽ aspexissent: omnia quæ ꝓpter uirtutẽ ipsam uiderãt: abiecerũt. oblíti naturã omnẽ appetẽdarũ rerũ ita late patere: ut a principiis permaneret ad fines. nec intellígũt se rerũ illarũ pulchrarũ atq; ad mirabiliũ fundamẽta subducere. Itaq; mihi uidẽtur oẽs qdem errasse q finẽ bonorũ esse dixerũt honeste uiuere. sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxime qui uirtute cõstituta nihil omnino qd appetendũ sit relinquat: Deinde Aristo qui nihil relinquere non est ausus introduxit aũt quibus cõmotus sapiẽs appeteret aliquid: qd cuiq; in mentẽ incideret: & quodcũq; tanq̃ occurreret. Is hoc melior q̃ Pyrrho. Q uiuel aliquod genus appetendi dedit deterior q̃ cæteri: q ꝑ penitus a natura recessit. stoici autẽ q finẽ bonorũ in una uirtute ponũt similes sunt illorũ. quod aũt principiũ officii quærũt melius q̃ Pyrrho: quod ea nõ occurrẽtia fingũt: uincũt Aristonẽ. quod autẽ ea quæ ad naturã accommodata: & per se assumenda esse dicunt: nõ adiungunt ad finẽ bonorũ desciscunt a natura: & quodammodo sunt nõ dissimiles Aristonis. ille enĩ occurentia nescio quæ commiscebatur. hi autẽ ponunt illa quidem prima naturæ: sed ea seiungunt a finibus & a summa bonorũ. quæ quũ proponũt ut sit aliqua rerũ selectio: naturam uidentur sequi. quũ autẽ negant ea quicq̃ ad beatã uitã pertiere. rursus naturã relinquũt. Atq; adhuc ea dixi causa cur Zenoni nõ fuisset quãobrem a superiorũ auctoritate discederet. Nunc reliqua uideamus nisi aut ad hæc Cato dicere aliquid uis: aut nos iam lõgiores fumus. neutrũ uero inquit ille: nam & a te perfici istam disputationẽ uolo. nec mihi tua oratio longa uideri potest. optime inq̃. quid enĩ mihi potest esse optatius quã cum Catone omniũ uirtutũ auctore de uirtutibus disputare? Sed primũ illud uide grauissimam illam uestram sententiã: quæ familiã ducit. honestũ quod sit: id esse solũ bonũ. honesteq; uiuere bonorũ finẽ cõmunẽ fore uobis cum omnibus qui in una uirtute cõstituũt finẽ bonorum: quodq; dicitis informari nõ posse uirtutẽ si quicq̃ nisi quod honestũ sit numeretur: Idem dicetur ab illis quos modo nominaui. mihi autẽ æquius uidebatur Zenonẽ cũ Polemone disceptantẽ: a quo quæ essent principia naturæ acceperat a cõmunibus initiis progredientẽ uidere: ubi primũ insisteret: & unde causa cõtrouersiæ nasceretur: nõ stantẽ cum iis qui ne dicerẽt quidẽ sua summa bona esse a natura profecta: ut iisdem argumentis quibus illi uterentur: iisdemq; sententiis. minime uero illud probo: quod quũ docuisti: ut uobis uidemini: solũ bonũ esse quod honestũ sit. tum rursum dicitis initia proponi necesse est apta & accõmodata naturæ quorũ ex electione uirtus possit existerer Non enĩ in selectione uirtus ponenda erat: ut id ipsum quod erat bonorũ ultimũ aliud aliquid acquireret. nam omnia quæ sumẽda quæq; legenda aut optanda sunt: inesse debent in summa bonorũ: ut is qui eã adeptus sit: nihil præterea desideret. uidesne ut quibus summa est in uoluptate perspicuũ sit quid iis faciendũ sit: aut nõ faciendum? ut nemo dubitet eorũ omnia officia quo spectare: quid sequi. quid fugere debeant? Sit hoc ultimũ bonorum quod nunc a me defenditur: apparet statim quæ sint officia: quæ actiones. Vobis autem quibus nihil est aliud propositum nisi rectum atq; honestum: Vnde officii: unde agendi principium nascatur non reperietis. Hoc igitur quæritis omnes & hi qui quodcunq; in mentem ueniant: au quodcũque occurrat se sequi dicent. sed

uos ad naturā reuertimini quibus natura iure respondeřit non esse uerū aliunde finem beate uiuendi a se principia rei gerendæ peti. esse. n. unā rationem qua & principia rerū agendarū: & ultima bonorū continerentur. Atq; ut Aristonis esset explosa sūia dicentis nihil differre aliud ab alio: nec esse res ullas præter uirtutes & uitia inter quas qcq̄ oio interesset: sic errare zenonē: qui nulla in re nisi in uirtute aut uitio ꝓpensionē ne minimi q dem momenti ad summū bonū adipiscēdū esse diceret. & quū ad beatam uitā nullum momentum eas res haberet: ad appetitionem aūt rerū esse in his momenta diceret. qua si uero hæc appetitio nō ad summi boni adeptōem ptineret. Quid aūt minus cōsentaneum est q̄ quod aiunt cognito sūmo bono reuerti se ad naturam. ut ab ea petant agēdi principium. i. officii. nō. n. actiōis aut officii ratio impellit ad ea quæ secundū naturā sūt appetenda: sed ab his & appetitio & actio cōmouetur. nūc uenio ad illa tua breuia quæ consectaria esse dicebas: & primū illud quo nihil pōt esse breuius: bonū oē laudabile. Laudabile āt oē honestum. Igitur oē bonum honestum. O plumbeū pugionem. qs. n. tibi illud primum cōcesserit: quo qdem cōcessio nihil opus est secundo: Si. n. oē bonum laudabile est: oē laudabile honestū est. Quis tibi ergo istud dabit præter Pirrhonem: Aristonem: eorumue similes? quos tu nō probas. Aristoteles uero Xenocrates tota illa familia nō dabit. quippe qui ualitudinem: uires: diuitias: gloriā: multa alia bona esse dicunt laudabilia nō dicunt. & hi qdem ita nō sola uirtute finē bonorū cōtineri putant: ut rebus tū oibus uirtutem anteponāt: Quid censes eos esse facturos qui oio uirtutem a bonorū fine segregauerūt: Epicurū: Hieronymū illos ēt sequi Carneadeum finem tueri uolunt? Iā aut Calipho aut Diodorus qūo poterunt tibi illud cōcedere: qui ad honestatem aliud adiungāt: quod ex eodem genere non sit: placet igitur tibi Cato quum res sumpseris nō cōcessas ex illis efficere quod uelis. Iā ille Sorites: quo nihil putatis esse uitiosius: quod bonū sit: id esse optabile: quod optabile id esse expetendū: Quod expetēdū laudabile. deinde reliqui gradus: sed hoc in hoc resisto. eodem. n. mō tibi nemo dabit quod expetendum sit: id esse laudabile. Illūd uero minime cōsentaneum. sed imprimis habes illorum. s. noium gloriatōe dignam esse beatā uitam: quæ nō possit sine honesta te cōtingere: ut iure quisq̄ glorietur. dabit hoc zenoni Polæmon ēt magister eius & tota illa gens: & reliqui qui uirtutem oibus rebus multo anteponētes: adiungunt ei tū ali quid summo in bono finiendo. Si. n. uirtus digna est gloriatione ut est: tantumq; ꝑstat cæteris rebus: ut dici uix possit: & beatus esse poterit uirtute una præditus carens cæteris: nec tū illud tibi concedet: præter uirtutem nihil in bonis esse ducendum. Illi aūt q-bus summum bonū sine uirtute est: non dabunt fortasse uitam beatam habere in quo iure possit gloriari: & si illi quidem etiam uoluptates faciūt interdū glorioſas. Vides igitur te aut ea assumere quæ non concedantur: aut ea quę etiam concessa te nihil adiuuēt equidē in oibus istis cōclusionibus hoc putarē philosophia nobisq; dignum: & maxime quum summū bonū quæreremus: uitā nostrā: consilia uoluptates: non uerba corrigi. quis. n. potest istis quæ tu ais breuibus delectari: & acutis auditis de sententia discedere? Nam quū ea spectant: & habent audire cur dolor malū nō sit: dicunt illi asperū esse dolorem: molestum: odiosum: cōtra naturā: difficilē toleratu: sed quia nulla sit in dolore neq; fraus: nec improbitas: nec malitia: nec culpa: nec turpitudo. nō esse illud malū. Hæc qui audierit: ut ridere. non curet: discedet tū nihilo firmior ad dolorem ferendum q̄ uenerat. tu autem negas fortē esse quēq̄ posse. qui dolorem malum putat? cur fortior sit: si illud quod tute concedis asperum & uix ferēdum putabit? Ex rebus enim timiditas nō ex uocabulis nascitur: & ais si una littera cōmota sit fore tota ut labet disciplina.

Vtrũ igitur tibi litterã uideor: an totas paginas cõmouere? ut. n. sit apud illos id quod ẽ a te laudatum: ordo rerũ conseruatus: & oia inter se apta & cõnexa: sic. n. aiebas: tñ pseq non debemus: si a falsis principiis ꝓfecta cõgruãt ipsa sibi & a ꝓpposito non aberrant. In prima igitur constitutione Zeno tuus a natura recessit. quũq; summum bonũ posuisset in ingenii præstantia: quam uirtutẽ uocamus: nec quicq̃ aliud bonum esse dixisset: ni si quod esset honestum: nec uirtute posse cõstare si in cæteris rebus esset quicq̃: quo ali ud alio melius esset: aut peius. his propositis tenuit prorsus consequentia: recte dicitis: negare enim non possum: sed ita falsa sunt ea quæ consequuntur: ut illa e quibus hæc nata sunt uera esse non possunt. docent enim nos ut scis: dialectici: si ea quæ rem aliquã consequantur falsa sint: falsam illã ipsam esse quã sequantur. Ita fit illa conclusio nõ so lum uera: sed ita pspicua: ut dialectici ne rationẽ quidem reddi putent oportere: si illud hoc non aũt hoc: igitur ne illud qdem. sic cõsequentibus uestris sublatis: prima tollant quæ sequuntur. Igitur oẽs qui non sunt sapientes æque miseros esse. Sapientes oẽs sũ me beatos esse: Recte facta oia æqualia: oia peccata paria: quæ quũ magnifice primo di ci uiderentur: considerata minus ꝓbantur, Sensus. n. cuiusq;. & natura rerum atq; ipsa ueritas clamabat quodam modo nõ posse adduci: ut inter eas res quas zeno exæquaret nihil intereset. Postea tuus ille Penulus. Scis. n. citius quam hunc a philosophia clien tes tuos a poetica profectos. homo igitur acutus causam nõ obtinens: repugnante natu ra uerba uersare cœpit: & primũ rebus iis: quas nos bonas ducimus cõcessit. ut haberẽ tur apte habiles & ad naturã accommodatæ: fateriq; cœpit sapienti hoc est summæ be ato commodius tñ esse: si ea quoq; habeat: quæ bona non audet appellare: natura ipsa accommodata esse concedit: negatq; Platonem si sapiens non sit; eadem esse in causa: q̃ tyrannum Dionysiũ: huic mori optimum esse ꝓp desperationem sapientiæ: illi ꝓp spem uiuere: peccata aũt partim esse tolerabilia: partim nullo modo: propterea quod alia pec cata plures: alia paciores quasi numeros officii præterirent. Iam insipientes alios ita eẽ ut nullo modo ad sapientiam possent puenire. alios qui possent si id gessissent: sapientiã consequi. hic loquebatur aliter atq; oẽs sentiebat idem quod cæteri, Nec uero minoris æstimanda ducebat ea quæ ipsa bona negaret esse: quam illi qui ea bona esse dicebant. Quid igitur uoluit sibi: qui illa mutauerit? saltem aliquid de põdere detraxisset. & pau lo minoris æstimauisset ea q̃ peripatetici ut sentire quoq; aliud non solũ dicere uidere tur. Quid de ipsa beata uita? ad quam oia referuntur quæ dicitis. Negatis eam esse quæ expleta sit oibus his rebus quas natura desideret: totãq; eã in una uirtute ponitis. quũq; oĩs controuersia aut de re soleat: aut de noie esse: utraq; earum nascitur. sit aut res igno ratur: aut erratur in nomine: quorum si neutrum est: opera danda est ut uerbis utamur quamusitatissimis: & q̃ maxime aptis. i. rem declarantibus. Num igitur dubium est qn si in re ipsa nihil peccatur a superioribus: uerbis illi commodius utuntur. Videamus igi tur sententias eorum: tum ad uerba redeamus. Dicunt appetitiõem animi moueri quũ aliquid ei secundum naturam esse uideatur: omniaq; quæ secundum naturam sunt æsti matione aliqua digna: eaq; quæ pro eo quantum in quaq; sit ponderis esse æstimanda. Quæq; secundum naturam sint partim nihil habere in se eius appetitionis: de qua sæ pe iã diximus: quæ neq; honesta: nec laudabilia dicãtur: partim quæ uoluptatẽ habeãt in oi aiante: sed in hoie rõnẽ etiã: ex his quæ sint apta: ea honesta: ea pulchra: ea laudabi lia. Illa aũt supiora naturalia noiantur: quæ cõiuncta cũ honestis uitã beatã perficiũt: & absoluunt: omniũ autẽ eorũ cõmodorũ quibus nõ illi plus tribuũt: qui illa bona esse dicũt: q̃ Zeno qui negat longe præstantissimũ esse quod honestũ esset atq; laudabile:

Sed ſi duo honeſta ꝓpoſita ſint: alterū cum ualitudine: alterum cum morbo: nō eſſe dubiū ad utrū eorum natura nos ipſa deductura ſit: Sed tñ tantā uim honeſtatis eſſe: tantumq; eā rebus oibus p̄ſtare & excellere: ut nullis nec ſupplicíis: nec prætmíis demoueri poſſit ex eo quod rectū eſſe decreuerit: oíaq; quæ dura difficilía aduerſa uideant̄: ea uirtutibus íis: q̄bus a natura eſſemus ornati aptari poſſe: nō faciles illas q̄dem nec contemnendas. Quid. n. eſſet in uirtute tm̄: ſed ut hoc iudicaremus nō eſſe in his partē maxímam poſitam beate aut ſecus uíuendí ad ſummam: ea quæ zeno æſtímanda & ſumēda & apta naturæ eſſe dixit: eadem illa bona appellant. Vítam aūt beatā illí eā quæ conſtaret ex his rebus quas dixí aut plurimis aut grauiſſimís. zeno aūt quod ſuā: q; ꝓpríā ſpeciem habeat cur appetendū ſit id ſolū bonū appellat. Beatā aūt uítam eam ſolā quæ cū uírtute degatur: ſí de re díſceptarí oportet: nulla mihí tecum Cato p̄ot eſſe díſſenſío. Níhil eſt. n. de quo alíter tu ſentías atq; ego: mō cōmutatís uerbís ípſas res conferamus Nec hoc ílle non uídit: ſed uerborū magnificentía eſt & gloría delectatus: quí ſí ea quæ dícit ita ſentíret ut uerba ſignificant: q̄d ínter eū: & uel Pyrrhonē: uel Arıſtonē íntereſſet: ſí aūt eos non ꝓbat: quíd attínuit cū íís quíbuſcū; re cōueníebat uerbís díſcrepare: Quíd ſí reuíuíſcāt Platonící ílli & deínceps quí eorū auditores fuerunt & tecū íta loquātur: nos cum te. M. Cato ſtudíoſíſſimū philoſophiæ iuſtiſſimū uírum: optímum iudicē religioſíſſimum teſtem audíremus: admíratí ſumus quíd eſſet cur nobís ſtoícos anteferres: q̄ de rebus bonís & malís ſentírent ea: quæ ab hoc Polæmone zeno cognouerat: noíbus uterentur íís quæ prima ſpecie admírationem: re explícata rísum mouerent: Tu aūt ſí tibí ílla ꝓbantur: cur non ꝓpríís uerbís ílla tenebas: Sín te auctoritas commouebat: nobís ne oíbus & Platoní ípſí neſcío quē íllum anteponebas: p̄ſertím quū ín re pub. prínceps eſſe uelles: ad eamq; tuendā cū ſumma tua dígnitate maxíme a nobís ornarí atq; inſtruí poſſes. Nobís. n. íſta quæſíta: a nobís deſcrípta: notata: p̄cepta ſunt: oíumq; rerum publicarū rectíones: genera: ſtatus mutatōes: Leges ēt & ínſtítuta: ac mores cíuítatum præſcrípſímus. Eloquentiæ uero quę & príncípibus maxíme ornamento eſt & quo te audíuímus ualere plurimū: Quātum tíbí ex monumētís nr̄ís addídíſſes: ea quū díxíſſent: Quíd tandē talibus uíris rn̄deres: rogarem te ínqt ut díceres ꝓ me tu ídem: q; íllís oratíonem dictauíſſes: uel potíus paulū loci mihí ut hís rn̄derem dares: níſí & te audíre nunc mallem: & íſtís tn̄ alio tpe reſponſurus eſſem: tūc. ſ. cū tibí. Atquí ſí uerū reſpondere uelles Cato: hæc erāt dícenda non eos tíbí notı ꝓbatos tantís ingeníís hoíes: tātaq; auctorítate: ſed te aíaduertíſſe quas res ílli pp antíquítatem parum uídíſſent eas a ſtoícis eſſe ſpectas: eíſdemq; de rebus: hos tum acutíus díſſeruíſſe: tum ſenſíſſe grauíus & fortíus: quíppe quí prímum ualítudínem bonā expetendā negant eſſe: elígendā dícant. non quía ſít bonū ualere. ſed qa ſít nō níhílo æſtímādū. Neq; tn̄ plures q̄ ílli uídēt̄ quí íllum non dubítāt bonū dícere: hoc uero te ferre nō potuíſſe: Quod antiq ílli quaſí barbarí ut nos de nr̄ís ſolemus dícere: crediderint: eíus quí honeſte uíueret. ſí ídem ēt bene ualeret: bene audíret copioſus eſſet. optabílíorem fore uítā melíoremq;. & magís expetendam. q̄ íllíus quí æque uír bonus multís modís eſſet: ut Ennií Alcíneo circūuentus morbo exílío: atq; ínopía. Illí ígítur antíquí nō tam acute optabílíorē íllā uítā putāt p̄ſtātíorē: beatíorē. Stoící aūt tantūmō p̄ponēdam: in ſeligēdo: non quo beatíor hæc uíta ſít quoad naturā accōmodatíor. & q ſapientes non ſunt oēs æque míſeros eſſe. Stoící hæc uídelícet uíderūt: Illos aūt íd fugerat ſupíores: q arbítrabātur hoíes ſceleríbus & príci díís ínqnatos níhílo míſeríores eē: q̄ eos q cū caſte & ítegre uíuerēt: nōdū pfectā íllā ſapíam eēnt cōſecutí. Atq; hoc loco ſímílítudíes eas qb⁹ illí utí ſolēt díſſímíllías ꝓferebas

Quis.n.ignorat si plures ex alto emergere uelint: ꝓpius fore eos ꝙdem ad respirandū qui ad sūmā iā aquā ꝓpinquant: Sed nihilo magis respirare posse q̄ eos qui sunt in profundo: Nihil.n.adiuuat procedere & progredi in uirtute quo minus miserrimus sit ante ad eam ꝓuenerit: quoniam in aqua nihil adiuuat: & qm̄ catuli qui iam despecturi sūt cæci æque: & hi qui modo nati: Platonē quoq; necesse est quoniam nondum uidebat sapiē tiam æque cæcū aio & Phalarim fuisse. Ista similia non sunt Cato in q̄bus q̄uis multū ꝓcesseris: tn̄ illud in eadē causa est a quo abesse ꝓelis: donec euaseris. nec.n. ille respirat ante q̄ emersit: & catuli æque cæci priusq̄ despexerint: ac si ita futuri semper essent. Illa sunt similia: hebes acies est cuipiā oculorū: corpore alius languescit: hi curatōe adhibita leuantur indies. alter ualet plus quotidie: alter uidit. hi similes sunt oībus q uirtuti studēt: leuantur uitiis leuantur erroribus. nisi forte cēses. T. Gracchū p̄rem beatioré fuisse q̄ filiū: quū alter stabilire rē pu. studuerit: alter euertere: nec tn̄ ille erat sapiens. Quis .n. hoc aut qn̄ aut ubi: aut unde. Sed qa studebat laudi & dignitati multū in uirtute ꝓ cesserat. Cōferam aūt auum tuum drusum. C. Graccho eius fere æquali. Quæ hic rei pub. uulnera īponebat: eadē ille sanabat. sed nihil est qđ tam miseros faciat q̄ īpietas & scelus ut iā oēs insipientes sint miseri: qđ ꝓfecto sunt: non est tn̄ æque miser q patrię cō sulit: & is q illam extinctam cupit. Leuatio igitur uitiorū magna fit iis qui hn̄t ad uirtutem ꝓgressionis aliquantulum. Vestri aūt progressionē ad uirtutē fieri aiunt: leuationē uitiorū fieri negant. At quo nituntur hoies acuti argumento ad ꝓbandū ope p̄cium est considerare: quarū inquiunt artiū sūma crescere pōt: earū ēt contrariarū summa poterit augeri. ad uirtutis aūt sūmā accedere nihil pōt: ne uita qdem igitur crescere poterūt: q̄ sunt uirtutum cōtraria: utrū igitur tandē ꝑspicuis ne dubia apiuntur: an dubiis ꝑspicua tolluntur? Atqui hoc ꝑspicuum est uitia alia in aliis esse maiora. Illud dubiū ad id quod summū bonū dicitis hæc quæna fieri possit accessio. Vos aūt cū ꝑspicuis dubia debeatis illustrare: dubiis ꝑspicua conamini tollere: Itaq; eadem rōe qua sum pauloante usus hærebitis. Si.n. ꝓpterea uitia alia aliis maiora nō sunt quia ne ad finē qdem bonorū eū quem uos facitis quicq̄ pōt accedere: qm̄ ꝑspicuum est uitia non esse oium paria: finis bonorum uobis mutandus est. Teneamus. n. illud necesse est cū cōsequens aliquod falsum sit: illud cuius id cōsequens sit nō posse esse uerū: quæ est igitur causa istarū angustiarum? gloriosa oātio in cōstituendo sūmo bono? Quū.n. quod honestū sit: Id solū bonum esse cōfirmatur: tollitur cura ualitudinis: diligentia rei familiaris administratio rei pu. ordo herendorū negociorū: officia uitæ: ipsū deniq; illud honestū. in quo uno uultis esse oia deserendū est: quæ diligentissime cōtra Aristonē dn̄r a Chrysippo. ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ ut ait Accius malitiæ natæ sunt: Quid.n. sapia ubi pedē poneret non habet sublatis officiis omnibus. officia autem tollebātur delectu omni & discrimine remoto: quæ esse poterant rebus oībus sic exæquatis ut inter eas nihil interesset: Ex his angustiis ista euaserūt deteriora quam Aristonis. Illa tn̄ simplicia uestra uersuta. roges.n. Aristonē bona ne ei uideantur hæc: uacuitas doloris: diuitię ualitudo? neget? Quid quæ cōtraria sunt his? mala ne? nihilo magis. zenonē roges rn̄deat totidē uerbis. admirantes quæramus ab utroq; quonā modo uitā agere possumus: si nihil interesse nostra putemus ualeamus: ægri ne simus uacemus: an crucientur: dolore: frigus famem propulsare possimus: nec ne possimus. Viues inquit Aristo magnifice atq; p̄clare Quod erit cūq; uisū ages nunq̄ angere: nunq̄ cupies: nunq̄ timebis. qd zeno? portenta hæc esse dicit: nec ea rōne ullo mō posse uiui: sed differre inter honestū & turpe nimium q̄tum nescio. quid immensum: inter cæteras res nihil oīo interesse. Idem adhuc audi reli

qua:& risum contine si potes:media illa inqt inter quæ nihil interest tñ eiusmodi sunt: ut eorum alia eligenda sint alia reiicienda:alia oio negligenda:hoc est ut eorũ alia uelis: alia nolis:alia nõ cures. Ac modo dixeras nihil in his rebus esse quod interesset: & nunc idem dico inquires:Sed ad uirtutes & ad uitia nihil itereſſe. Q uisistud quasi nesciebat: Verum audiamus ista inquit quæ dixisti:ualere:locupletẽ esse:nõ dolere:bona non dico:Sed dicam græce προηγμενα:latine aũt producta. sed præposita aut p̃cipua malo sit tolerabilius & mollius. Illa aũt egestatem:morbũ dolorum nõ appello mala:sed si li bet reiectanea. itaq; illa non dico me expetere:sed legere:nec optare sed sumere: contra ria aũt non fugere:sed quasi secernere: Q uid ait Aristoteles reliquiq; Platonis alumni: se oia quæ secundũ naturam sint bona appellare:quæ aũt cõtra mala: Vides ne igit Ze nonem tuũ cum Aristone uerbis cõsentire re dissidere: cũ Aristotele & illis re consentir uerbis discrepare: cur igitur cum de re cõueniat non malimus usitate loqui: aut doceat paratiorem me ad cõtemnendã pecuniã fore:si illã in rebus præpositis q̃ si in bonis du xero: fortioremq; in patiendo dolore si eũ asperũ & difficilẽ ppessu:& cõtra naturã esse: q̃ si malũ esse dixero: Facerẽ Marcus piso familiaris noster & alia multa & hoc loco stoi cos irridebat. Q uid.n. aiebat bonum negas esse diuitias præpositũ esse dicis: quid adiu uas: auaritiam ne minuis: quod si uerbum sequimur primũ longius uerbũ præpositum q̃ bonum. nihil ad rẽ:ne sit sane:aut certe grauius. Nã bonũ ex quo appellatũ sit nescio præpositum ex eo credo q; p̃ponatur aliis: id mihi magnũ uidetur. itaq; dicebat plus tri bui diuitiis a zenone qui eas in p̃positis poneret: q̃ ab Aristotele qui bonum esse diuitias fateretur: sed nec magnũ bonũ & præ rectis honestisq; cõtemnendũ:ac despiciendum: nec magnope expetẽdum:oioq; de oibus istis uerbis a zenone mutatis ita disputabat: ut quæ bona negarentur esse ab eo & quæ mala:illa lætioribus noibus ab eo appellari: q̃ a nobis hæc tristioribus. Piso igitur hoc modo uir optimus:tuiq;:ut scis:amantissim? Nos paucis ad hæc additis:finẽ faciamus aliquando. Longum est.n. ad oia rñdere:quæ a te dicta sunt:nam ex eisdẽ uerborũ præstigiis & regna nata nobis sunt & impia:& di uitiæ:& tantæ quidem ut oia quæ ubiq; sint:sapientis esse dicatis. Solũ p̃terea formosũ solum liberũ:solum ciuem:oia contra:a:quos ẽt insanos esse uultis. hæc παράδοξα illi nos admirabilia dicamus. Q uid aũt habent admirationis quum ppe accesseris cõse ram tecum:q̃ cuiq; uerbo rem subiicias nulla erit cõtrouersia: oia peccata paria dicitis non ego tecũ iam ita loquar ut iisdem his de rebus:quũ. L. Murenã te accusante defen derem apud impitos tum illa dicta sunt:aliqd ẽt coronæ datum. nunc agendũ est subti lius:peccata paria quonãmodo: quia nec honesto quicq̃ honestius: nec turpi turpius. Perge porro:nam de isto magna dissensio est. Illa argumenta ppria uideamus cur oia peccata sint paria:ut inqt in fidibus plurimis:si nulla earũ ita contenta numeris sit ut cõ centũ seruare possit:oẽs æque contentæ sint:sic peccata quæ discrepãt æquæ discrepãt paria sunt. igitur hoc ambiguo ludimus:æque.n. cõtingit oibus fidibus ut incontentæ sint illud nõ continuo ut æque incõtentę. collatio igitur ista te nihil iuuat. nec.n. oẽs aua ritias si æque auaritias esse dixerimus seqtur ẽt ut æquas esse dicamus. ecce alius simile dissimile. ut.n. inquit gubernator æque peccat:si palearum nauem euertit:& si auri Itẽ æque peccat qui parentem & qui seruum iniuria uerberat:hic non uidere cuius generis onus nauis uehat ad gubernatoris artem nil pertinere: Itaq; aurum paleamue portet ad bene aut ad male gubernandum nihil interesse: At qd inter parentẽ & seruulũ interſit ntelligi & potest & debet:ergo in gubernando nihil:in officio plurimum interest quo in genere peccetur. Et si in ipsa gubernatiõe negligẽtia ẽ:nauis euersa:maius ẽ peccatũ

in auro q̃ in palea. omnibus. n. artibus uolumus attributam esse eam quæ communis appellatur prudentia: quam oẽs qui cuique artificio præsunt debent habere. Ita ne hoc modo paria quidem peccata sunt. urgent tamen & nihil remittunt. qm̃ inquirunt omne peccatum imbecillitatis & inconstantiæ est, hæc autem uitia in omnibus stultis æque magna sunt necesse est paria esse peccata: quasi uero ut cõcedatur in oibus stultis æque magna esse uitia: & eadem imbecillitate & inconstantia. L. Tubullum fuisse quam illũ: cuius is rogatu condemnatus est. P. Scæuolam. & quasi nihil inter res quoq; ipsas in q bus peccatur intersit: ut quo hæ maiores minoresue sint: eo quoq; peccata in his rebus aut maiora sint aut minora. Itaq; iam. n. concludatur oratio: hoc uno uitio maxime mihi primi uidentur tui stoici q; se posse putant duas contrarias sententias obtinere quid ẽ .n. tam repugnans q̃ eundem dicere quod honestum sit solum: id bonum esse: qui dicat appetitionem rerum ad uiuendum accommodatarum natura ꝓfectam: Ita cum ea uolunt retinere quæ superiori sniæ conueniunt: in Aristonem incidunt: quum id fugiunt re eadem defendunt: quæ peripathetici: uerba tenent mordicus. quæ rursus dum sibi euelli ex ordine nolunt horridiores euadunt. asperiores duriores & oratione & moribus: q̃ illorum tristitiam atq; asperitatem fugiens Panætius nec acerbitatem sentẽtiarum neq; differendi spinas probauit: fuitq; in altero genere mitior in altero illustrior: semperq; habuit in ore Platonem Aristotelem. Xenocratem. Theophrastum. Dicearchum. ut ipsius scripta declarant: quos quidem tibi studiose & diligenter tractandos magnopere cẽseo: Sed qm̃ adue sperascit: & mihi ad uillam reuertendum est: Nunc quidem hactenus uerum hoc quidem sępe faciamus. Nos uero inquit ille. nam quid possumus facere melius: & hanc quidem primã exigam a te operam ut audias me quæ a te dicta sunt refellentem. sed memento te quæ nos sentiamus oia probare: ni quod uerbis aliter utamur. mihi autem uestrorum nihil probari: scrupulum inq̃ abeunti: se duidebimus. Quem quum essent dicta discessimus.

M. T. C. de Finibus Bonorum & malorum Liber Quintus:

Vm audiuissem Antiochũ Brute ut solebat cum. M. Pisone disputantem in eo gymnasio quod ptholemeum uocatur: unaq; nobiscum. Q. frater &. T. Pomponius. L. Cicero frater noster cognatione patruelis amore germanus: constituimus inter nos ut ambulationem post meridianam conficeremus in academia maxime q; is locus ab omni turba id temporis uacuus esset: itaq; ad tempus ad Pisonem omnes: inde uario sermone sex illa adypilo stadia confecimus. Quando autem uenissemus in academiam non sine causa nobilitata spatia: solitudo erat ea: quam uolueramus: Tum Piso natura ne nobis hoc inquit datum dicam: an errore quodam ut quando ea loca uideamus in quibus memoria dignos uiros acceperimus multos esse uersatos: magis moueamur quam si ante eorum ipsorum aut facta audiamus aut scriptum aliquid legamus: uelut ego nunc moueor: uenit enim mihi platonis in mentem: quem accepimus primum hic disputare solitum cuius etiam illi horti propinqui non memoriam solum mihi afferunt: sed ipsum uidentur in conspectu meo hic ponere. Hic Speusippus hic Xenocrates: hic ius auditor Polemo: cuius ipsa illa sessio fuit quam uidemus. equidem etiam curiam nostrã hostiliam dico: nõ hanc nouã: quæ mihi minor esse uidetur: postea est maior solebã intuẽs Scipionem: Catonem: Lelium: Nostrum uero imprimis auum cogitare tanta uis admirationis inest in locis: ut non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. Tũ Quintus: est plane Piso: ut dicis: inquit: nam me ipsum huc modo uenientem conuertebat ad

ſeſe coloneus ille locus: cuius incola Sophocles ob oculos uerſabatur. Quem ſcis quā admirer quāq; eo delecter me quidē ad altiorē memoriā œdipodis huc uenien tis & illo moliſſimo carmine q̄ iam eſſent ipſa hæc loca requirētis ſpecies quædam cōmouit inanis, ſ. ſed commouit tamē: Tūc pōpeius at ego quē uos ut deditū Epi curo infectari ſoletis ſum multū equidē cū phedro: quē unice diligo (ut ſcitis) ī epi curi hortis: quos mō præteriebamus: ſed ueteris puerbii admōitu uiuorū memi ni nec tamē epicuri licet obliuiſci: ſi cupiam: cuius imaginem non mō in tabulis no ſtri familiares: ſed ēt in populis & in anulis habēt: Hic ego pōponius quidē ī quam noſter iocari uidetur: & fortaſſe ſuo iure, ita, n, athenis collocauit: ut ſit pene unus ex atticis: ut id ēt cognomine uideatur habiturus: ego āt tibi piſo aſſentior uſu hoc euenire: ut acrius aliquāto & attentius de claris uiris locorū admonitu cogitemus: Scis, n, me quodā tēpore metapontū ueniſſe tecū: nec ad hoſpitē ante diuertiſſe: q̄ Pythagoræ ipſum illū locū ubi uitā ediderat ſedemq; uideri: hoc āt tpe & ſi multa ī omni parte athenarū ſunt in ipſis locis inditia ſūmorū uirorū: tamē ego illa moueor exedra: Modo, n, fuit Carneades quē uidere uideor: eſt, n, tota imago: a ſedeq; ipſa tāta ingenii magnitudine orbata deſiderari illā uocē puto, tū piſo quoniā igitur ali quid oēs quid Lucius noſter inquit, An eum locū libēter inuiſit ubi demoſtenes & Eſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt, ſuo, n, quiſq; ſtudio maxime ducitur: & ille cū erubuiſſet noli inquit ex me quærere qui in phalericū ēt deſcenderi: quo in loco ad fluctū aiunt declamare ſolitū Demoſthenē: ut fremitū aſſueſcere: uoce uicere: mō ēt paulū ad dextrā de uia declinaui: ut ad piclis ſepulchrū accederē: quāquā id qui dē infinitū eſt in hac urbe, quacūq; enim igredimur in aliquā hiſtoriā ueſtigiū poni mus. Tū piſo atqui Cicero inquit iſta ſtudia ſi ad imitādos ſūmos uiros ſpectāt ige nioſorū ſunt: ſin tātūmō ad indicia ueteris memoriæ cognoſcēda curioſorū: te autē hortamur oēs currētem quidē ut ſpero: ut eos quos nouiſſe uis: etiā imitari uelis: hic ego & ſi facit hic quidē inq̄ piſo (ut uides) ea quæ præcipis: tñ mihi grata eſt hor tatio tua. Tū ille amiciſſime, ut ſolebat, nos uero inquit oēs oia ad huius adoleſcen tiam cōferamus: imprimiſq; ut aliquid ſuorū ſtudiorū philoſophiæ quoq; ipartiar: uel ut te imitetur quem amat: uel ut illud ipſū qđ ſtudet facere poſſit ornatius: ſed utrū hortādus es nobis Luci inquit: an etiā tua ſpōte propenſus es, mihi quidē An tiochū quem audis ſatis belle uideris attēdere: tū ille timide uel potius uerecūde fa cio inquit equidē. Sed audiſti ne modo de carneade, rapior illuc: reuocat āt Antio chus: nec ē præterea quē audiamus: tum piſo & ſi hoc iquit fortaſſe nō poteris fica bire quū adſit: me āt dicebat: tamē aude bo te ab hac academia noua ad ueterē illā uocare: ī qua, ut dicere antiochum audiebas, hi nō ſolū numerātur qui academici uocantur: Speuſippus Xenocrates Polemo: Crātor: cæteriq;: ſed ēt peripatetici ue teres: quorū princeps Ariſtoteles quē excepto Platone: haud ſcio an recte dixeri principē philoſophorū: ad eos igitur cōuerte te quæſo: ex eorū enī ſcriptis & iſtitu tis cū ois doctria liberalis: ois hiſtoria: omnis ſermo elegās ſumi pōt: tū uarietas eſt tāta artiū ut nemo ſine eo inſtrumēto ad ullā rē illuſtriorē ſatis ornatus poſſit acce dere ab his oratores: ab his impatores: ac rerū publicarū principes extiterūt: ut ad minora ueniā mathematici: poetæ muſici: medici deniq; ex hac tāq; ex oium artium officia pfecti ſunt: ad q̄ ego ſcis me iquā iſtud idē ſentire. Piſo, ſed a te opportūe mē tio facta ē, ſtudet, n, me audire Cicero quænā ſit iſtius ueteris quā cōmemoras aca demiæ de finib bonorū: pipateticorūq; ſentētia, cēſemus āt te ſacille id explanare

posse quod & Staseam neapolitanũ multos annos habueris apud te; & cõpluris iã menses athenis: hæc ipsa te ex Anthioco uidemus exquirere. & ille ridens age age inq̃t satis enim scite: me nostri sermonis principiũ esse uoluisti, exponamus adolescẽti si qua forte possumus dat enim id nobis solitudo: quod siquis deus diceret nunq̃ putarẽ me i Academia tanquã philosophũ disputaturũ: sed ne dum huic obsequor uobis molestus sim: mihi i quam q te id ipsum rogaui. Tum Quintus & Pomponius quũ idẽ se uelle dixissent: Piso exorsus est. Cuius oratio Attẽde quæso brute satis ne uideatur Anthiochi cõplexã eẽ sniam: quã tibi q fratrem eius Aristũ frequẽter audieris maxime ꝓbatã existimo. sic ẽ igitur locutus. Quãtus ornatus i pipateticorum disciplina sit satis est a me ut breuissime potui paulo ante dictum: est forma eius disciplinæ sicut fere cæterarũ triplex: una pars cælo: mari: terra: ut poetice loq̃r prætermissa sit: quin etiã quũ de rerũ iniciis omniq̃ mũdo locuti essent ut multa nõ mõ ꝓbabili argumẽtatione: sed ẽt necessaria mathematicorũ ratione cõcluderent maximã materiã ex rebus p se inuestigatis ad rerũ occultarũ cognitionẽ atulerũt. p secutus est Aristoteles animãtiũ oium ortus: uictus: figuras. Theophrastus ãt stirpiũ naturas omniũq̃ fere rerũ quæ e terra gignerẽtur causas atq̃ rationes. qua ex cognitione facilior facta est inuestigatio rerũ occultissimarũ: disserẽdiq̃ ab hisdẽ nõ dialectice solũ sed etiã oratoria præcepta sunt tradita: ab aristoteleq̃ principe de singulis rebus i utrãq̃ partẽ dicendi exercitatio ĩstituta: ut nõ cõtra oĩa semp sicut Archesilas diceret. & tamẽ ut i oĩbus rebus qcqd ex utraq̃ parte dici possit exprimeret. quũ ãt tertia pars bene uiuẽdi p̃cepta quæreret: ea quoq̃ ẽ ab hisdẽ nõ solũ ad priuatæ uitæ rationẽ: sed etiam ad rerũ pu. rectionẽ relata omniũ fere ciuitatũ non græciæ solũ sed ẽt barbariæ ab Aristotele mores ĩstituta: disciplinas: a Theophrasto leges ẽt cognouimus. Quũq̃ uterq̃ eorũ docuisset qualẽ i Re pu. pricipẽ conueniret: pluribus præterea quũ scripsisset q esset optimus rei pu. status: hoc amplius Theophrastus q̃ essent i Re pu. iclinationes rerũ & momẽta tẽporũ qbus esset moderãdũ ut cũq̃ res postularet: Vitæ ãt degẽdæ rario maxima quidem illis placuit qeta in cõtẽplatione ex cognitione posita rerũ: q̃ qa deorũ erat uitæ simillima: sapiente uisa est dignissima: atq̃ his de rebus & splẽdida est eorũ & illustris oratio. De summo ãt bono quia duo genera librorum sunt unũ populariter scriptũ qd̃ ἐξωτερικὸν appellabãt: alterũ limatius: quod i cõmẽtariis reliquerũt: nõ semp idẽ dicere uidẽtur: i summa tñ ipa aut uarietas ẽ ulla apud hos qdẽ quos nominaui: aut ipsos dissensio: sed quũ beata uita quæratur: idq̃ sit unũ qd̃ philosophia spectare & sequi debeat: sit ne ea tota sita in potestate sapientis: an possit aut labefactari aut eripi rebus aduersis: i eo nõ nũq̃ uariari inter eos & dubitari uidet̃: qd̃ maxime efficit Theophrasti de beata uita liber i quo multũ admodũ fortunæ detur. Quod si ita se habeat nõ possit beatã præstare uitã sapientia. hæc mihi uidetur delicatior: ut ita dicam: molliorq̃ ratio q̃ uirtutis uis grauitasq̃ postulat. quare teneamus Aristotelẽ & eius filiũ Nicomachũ: cuius accurate scripti de moribus libri: dicũt̃ illi qdẽ esse Aristotelis: sed nõ uideo cur nõ potuerit patri similis esse filius. Theophrastũ tñ adhibeamus ad pleraq̃ dũmõ plus i uirtute teneamus q̃ ille tenuit firmitatis & roboris. simus igit̃ cõtenti his. nanq̃ horum posteri meliores illi quidẽ mea sentẽtia q̃ reliquarũ philosophi disciplinarum: sed ita degenerant ut ipsi ex se nati esse uideant̃. Primum Theophrasti strato physicum esse uoluit: in quo & si est magnus:

tamen noua pleraq; & perpauca de moribus huius Lysias ex oratione locuples: re
bus ipsis ieiunior, cõcinnus deinde & elegans huius Aristo, sed ea quæ desiderat a
magno philosopho grauitas in eo nõ fuit, scripta sane & multa & polita: sed nescio
quo pacto auctoritatem oratio non habet. Prætereo multos in his doctum homi/
nẽ & suauem Hieronymũ: quem iã cur peripateticum appellem nescio: summum
enim bonum exposuit uacuitatem doloris, q ãt de summo bono dissentit: de tota
philosophiæ ratione dissentit. Critolaus imitari antiquos uoluit & quidem est gra
uitate pximus, & redũdat oratio, attamen is quidẽ in patris institutis manet. Dio
dorus eius auditor adiungit ad honestatẽ uacuitatem doloris, hic quoque finis ẽ
de summoq; bono dissentiens dici uere pipateticus non potest. Antiquorũ aũt sen
tentiã Antiochus noster mihi uidet perseq diligentissime: quam eandem Aristote
lis fuisse & Polemonis docet, facit igit Lucius noster prudẽter: qui audire de sum
mo bono potissimũ uelit, hoc eni constituto in philosophia constituta sunt omnia
nam cæteris i rebus siue prætermissum sit siue ignoratũ est quippiam non plus icõ
modi est q quæq; quanti earum rerũ est: i quibus neglectum est aliquid. Summũ
autem bonum si ignoretur uiuendi rationẽ ignorari necesse est: ex quo tantus er/
ror consequitur: ut quem in portum se recipiant scire non possint, cognitis autẽ re
rum finibus quum intelligitur quid sit & bonorum extremum: & malorũ inuenta
uitæ uia est: confirmatioq; omnium officiorum, est igitur quo quicq; referatur ex
quo id quod omnes expetunt beate uiuendi ratio iueniri & cõparari potest: quod
quoniã i quo sit magna dissensio est. Carneadea nobis adhibenda diuisio ẽ qua no/
ster Antiochus libenter uti solet, ille igitur uidit non modo quot omnino fuissent
ad huc philosophorũ de summo bono: sed quot omnino esse potuissent sentẽtiæ.
negabat igitur ullam esse artem quæ ipsa a se proficisceretur. & eni semper illud ex
tra est quod arte comprehenditur, nihil opus est exemplis hoc facere longius. ẽ. n.
perspicuum nullam artem in se uersari, sed esse aliud artem ipsam: aliud quod pro/
positum sit arti, quoniam ut medicina ualitudinis: nauigationis gubernatio: sic uiuẽ
di ars est prudentia: necesse est eam quoq; ab alia re esse constitutam & profectam
constitit autem fere inter omnes id i quo prudẽtia uersaretur: & quod assequi uel
let aptum & accomodatum naturæ esse oportere: & tale ut ipsum per se inuitaret
& allicere appetitum animi: quem ὁρμὴν græci uocant, quid autem sit quid ita mo
ueat itaq; a natura in primo ortu appetat nõ constat, deq; eo est inter philosophos
quum summum bonum exquiritur omnis dissensio. totius eni quæstionis eius q
habetur de finibus bonorum & malorum quum quæritur in his quid sit extremũ
& ultimum fons reperiendus est: in quo sint prima inuitamenta naturæ. Quo in/
uento omnis ab eo quasi capite de summo bono & malo disputatio ducitur. Vo/
luptatis alii primum appetitum putant & primam depulsionem doloris alii cẽsent
primum ascitum: & primũ declinatum dolorẽ, ab his alii q prima secundum natu/
rã nominant proficiscuntur: i quibus numerant incolumitatem: conseruationemq;
omnium partium: ualitudinem: sensus integros: doloris uacuitatem: uires: pulchri/
tudinem: cæteraq; generis eiusdem: quorum similia sunt prima in animis quasi uir/
tutum igniculi & semina: ex his tribus unũ aliquod sit: quo primũ natura moueat
uel ad appetendũ: uel ad repellendum: nec quicq̃ omnino præter hæc tria possit es
se necesse est omnino officiũ aut fugiẽdi aut sequendi ad eorũ aliqd referri, ut illa
prudentia quã artẽ uitæ esse diximus: i earũ triũ rerum aliqua uersetur a qua totius

uitæ ducat exordium. Ex eo ãt quod ſtatuerit eſſe quo primum natura moueatur: exiſtet etiam recti ratio atq; honeſti: quæ cũ uno aliquo ex tribus illius congruere poſſit: ut aut id honeſtum ſit facere oĩa aut uoluptatis cauſa etiã ſi eam nõ conſequa re: aut non dolendi etiã ſi aſſequi nequeas: aut eorum quæ ſecundum naturã ſunt adipiſcẽdi etiam ſi nõ adipiſcare, ita fit ut q̃ta differentia eſt in principiis naturalibus tanta ſit in finibus bonorũ malorũq; diſſimilitudo alii rurſus iiſdem a principiis om ne officium referẽt aut uoluptatẽ: aut ad nõ dolendũ: aut ad prima illa ſecundũ na turam obtinẽda. Expoſitis iam igitur ſex de ſummo bono ſententiis trium proxima rum hi principes uoluptatis Ariſtippus: nõ dolendi Hieronymus: fruẽdi rebus his quas primũ ſecũdũ naturã eſſe diximus Carneades: nõ ille qdẽ auctor: ſed defenſor diſſerẽdi cã fuit ſuperiores tres erãt: q̃ eẽ poſſent: quarũ ẽ una ſola defenſa eaq; ue hemẽter: nã uoluptatis cã facere oĩa quũ ẽt ſi nihil cõſequamur: tñ ipſum illud cõſi liũ ita faciẽdi p̃ ſe expetẽdũ: & honeſtũ: ſolũ bonũ ſit. nemo dicit: ne uitationẽ qdẽ doloris ipſam p̃ ſe q̃ſq̃ in rebus expetẽdis putauit. ne ſi etiam euitare poſſet: at uero facere oa ut adipiſcamur quæ ſecũdũ naturã ſint: & ſi ea nõ aſſequamur id eſſe & hõeſtũ & ſolũ p̃ ſe expetẽdũ: & ſolũ bonũ ſtoici dicũt. Sex igitur hæ ſunt ſimplices de ſũmo & bonorũ malorũq; ſniæ: duæ ſine patrono: quattuor defenſæ: iũctæ ãt & duplices expoſitiões ſũmi boni tres oĩo fuerũt: nec uero plures ſi penitus rerũ natu rã uideas eẽ potuerũt: nã aut uoluptas adiũgi põt ad honeſtatẽ ut Caliphoni Dino machoq; placuit: aut doloris uacuitas: ut diodoro: aut prima nature ut ãtiquis quos eoſdẽ academicos & peripateticos noĩamus. Sed quoniã nõ poſſunt oĩa ſimul dici hæc ĩ p̃ſentia nota eẽ debebũt: uoluptatẽ ſemouẽdã eẽ q̃ñ ad maiora q̃dã: ut iã apa rebit: nati ſumus: de uacuitate doloris eadẽ fere ſolẽt dici: q̃ cõtra uoluptatem dicta ſunt: qm̃ igitur de uoluptate cũ Torquato & de honeſtate ĩ qua una oẽ bonũ pone reꝯ cũ Catone ẽ diſputatũ. primũ q̃ cõtra uoluptatẽ dicta ſunt eadẽ fere cadũt cõtra uacuitatẽ doloris nec uero alia ſũt q̃rẽda cõtra Carneadea illã ſniam quocũq;. n. mo ſũmũ bonũ ſic expõit: ut id uacet hõeſtate: nec officia: nec uirtutes ĩ ea rõe: nec ami cicia cõſtare poſſunt: cõiũctio ãt cũ honeſtate: uel uoluptatis uel nõ dolẽdi idipſum honeſtũ qd̃ amplecti uult efficit turpe. ad eas. n. referre quæ agas: quarum una ſi qs malo caret: ĩ ſummo eũ bono dicat eẽ. Altera uerſetur in leuiſſima parte naturæ: ob ſeruãtis id eſt oẽm ſplẽdorẽ honeſtatis: ne dicã inq̃nãtis. Reſtant ſtoici qui quum a peripatetieis & Academicis oĩa trãſtuliſſent: noĩbus aliis eaſq; res ſequuti ſunt hos cõtra ſingulos dici ẽ melius: ſed nũc qd̃ agimus: de illis quũ uolemus. Democriti ãt ſeuerĩtas q̃ eſt animi tãq̃ tranquillitas quam appellãt εὐθυμίαν eo ſeparanda fuit ab hac diſputatiõe: qa iſta animi tranquillitas eſt ea ipſa beata uita. Quærimus autẽ nõ quæ ſit: ſed unde ſit iam exploſæ eiectæq; ſententiæ pyrrhonis: Ariſtonis Herilli: qd̃ in hunc orbẽ quẽ circũſcripſimus incidere non poſſunt: adhibendæ omnino nõ fue runt. Nã quũ omnis hæc quæſtio de finibus & quaſi de extremis bonorum & ma lorũ ab eo p̃ficiſcatur qd̃ diximus naturæ primũ eſſe aptũ & accõmodatũ: quodq; ipſum p̃ ſe appetatur: hoc totũ & hi tollũt: qui in rebus his: in quibus nihil: quod nõ aut honeſtũ: aut turpe ſit negant ullam cauſam: cur aliud alii anteponatur: nec inter eas res qcq̃ omnino putant intereſſe. & herillus ſi ita ſenſit nihil eſſe bonum præter ſciẽtiam: omnem conſilii capiẽdi cãm inuentionẽq; officii ſuſtulit. Sic excluſis ſen tentiis reliquorum: quum p̃terea nulla eſſe poſſit: hæc antiqor ualeat neceſſe eſſe ẽ. Ergo inſtituto ueterum quo etiã ſtoici utũtur: hinc capiamus exordiũ. Oẽ aĩal ſeip

sum dílígit: & símul ac ortū est íd agit. ut se conseruet. q; hic ei primus ad omnem uitā tuendam appetitus a natura datur se ut conseruet: atq; ita sit affectū: ut optime secundū naturā affectū esse possit: hanc initío constrtutionē confusam habet & incertā ut tantū modo se tueatur: qualecūq; sit. sed nec qd sit: nec qd possit. nec qd ipsíus natura sit intel lígit: quū autē ꝓcessit paulū & quatenus quícqd se attingat: ad seseq; perrineat perspi cere cœpit sensím incipit ꝓgredi: seseq; agnoscere. & intelligere: quā ob causam habet eū quē díximus animí appetitū tentatq; & ea quæ uere sentit appetere: & propulsare cō traría. Ergo omní animalí illud quod appetit positum est. in eo quod naturæ est accōmo datū. Ita fínis bonorū consistit secundū naturā uiuere sic affectū ut optime afficí possit ad naturam q; accōmodatíssime. Q uoniā autē sua cuíusq; animantís natura est: necesse est omnium fínem hunc esse ut natura expleatur. níhil enim prohíbet quædam esse & in ter se animalíbus reliquís cum bestíis homíní communia. quoniam omnium est natura communis sed extrema & summa quæ quærímus inter animalíum genera dístincta & dísperssa sunt: & sua cuiq; propría: & ad íd apta quod cuíusq; natura desíderat. quare cum dícimus omnibus animalíbus extremū esse secundū naturā uíuere: nō ita accípiēdū est quasí dícamus unū esse omniū extremū. sed ut omniū artium recte dící pōt cōmune eē ut ín alíqua scientia uersetur. scientiā autē suā cuiusq; artis esse: sic animalíum commune secundū naturā uíuere sed naturas esse díuersas ut alíud equo sit natura alíud boui alíud homíní. & tamē in omnibus summa cōmunis. & quidē nō solū in animalibus. sed etiā in rebus omnibus iís quas natura alít auget & tuetur: in quíbus ea quæ gignūtur e ter ra multa quodāmodo efficere ípsa sibí per se: quæ ad uíuēdū crescendūq; ualeāt & suo genere perueníāt ad extremū ut iā lícat una cōprehensíone omnía cōplecti. nō dubitēq; dícere: omnē naturā esse cōseruatrícē sui ídq; habere ꝓpositū quasí fínē & extremū: seu ut custodíat quā in optimo sui generis statu ut necesse sit omniū rerū quæ natura uígeāt símílē esse fínē: nō euudē. ex quo intelligí debet homíní íd esse in bonís ultímū secundū naturā uíuere quod ita interprætemur: uíuere ex hominis natura undiq; perfecta & ní híl requírēte. hæ ígitur nobis explicāda sunt sed sí enodatíus uos ígnoscetis: huius enim ætatí: & huic nunc primum hoc fortasse audíentí seruire debemus. Ita prorsus inq;: & sí ea quídem quæ adhuc díxísti quanuis ad ætatem recte ísto modo ducerentur. Expósita ígitur inquit determinatione rerum expetendarum cur ísta se res ita se habeat ut díxí de inceps demonstrandum est: Q uāobrem ordínamur ab eo quod modo posuí: quod idē re ab se primuū est. ut intelligamus omne animal seipsum dílígere: quod quanq̄ dubíta tionem nō habet est enī ínfixum ín ípsa natura. cōprehenditur suís cuíusq; sensibus. sic ut contra sí quís dícere uelit nō audíatur tamē ne quíd prætermittamus: rationes quoq; cur hoc sít. afferendas puto. Et sí quíd potest íntellígí aut cogítarí esse alíquod animal: quod se oderit. res enī cōcurrent contrarīæ. Nam quum appetitus ílle animí alíquíd ad se trahere cœperit consulto. quod sibí obsít quía sit sibí ínimicus. quū íd sua causa faciet & oderit se: & símul dílíget: quod fierí nō potest. Necesse est quídem sí quís sibí ípsí ini mícus est ea quæ bona sunt mala putare: bona contra quæ mala: & quæ appetenda fu gere: & quæ fugienda appetere: quæ sine dubío uitæ sunt euersío. Neq; enim sí nōnulli reperíuntur qui aut laqueos: aut alía exítia quærant: aut ut ílle apud Terentíum quí de creuít tantísper se mínus íníurīæ suo na o facere: ut aít ípse. dū fíat míser: ínímícus ípse sibí putandus est sed alíí dolore mouentur alíí cupídítate: íracundía etíam multí efferū tur: & quum in mala scientes ruunt. tamen se optime sibí consulere arbitrantur. Itaque dícunt nec dubítant mihí sic usus est: tibí opus est facto face: uelut quí ipsí sibí bellum

indixisserit cruciari dies: noctes torqueri uellent. nec uero sese ipsi accusarent ob eã cau-
sam q̃ sese male rebus suis consuluisse dicerent. Eorum enim hæc est querela: qui sibi
cari sunt: seseq̃ diligunt. Quare quotiens cunq̃ diceretur male de se quis mereri. sibiq̃
esse inimicus: atq̃ hostis, uitam deniq̃ fugere: intelligatur aliquã subesse eiusmodi cau
sam: ut ex eo ipso intelligi possit: sibi quenq̃ esse carum. Nec uero satis est id neminem
esse: qui ipse se oderit: sed illud quoq̃ intelligendum est. neminem esse: qui quo modo
se habeat. nihil sua censeat interesse. Tolletur enim appetitus animi: si ut in iis rebus in
ter quas nihil interest neutram in partem propensiores simus. item in nobis metipsis
quemadmodum affecti simus: nihil nostra arbitremur interesse. Atq̃ etiam illud si quis
dicere uelit perabsurdum sit. ita diligi a sese quenq̃: ut ea uis diligendi ad aliã rem quã
piam referatur: non ad eum ipsum qui sese. Hoc cum in amicitiis. cum in officiis: cum
in uirtutibus dicitur: quomodocunq̃ dicitur intelligi tamen quid dicatur potest. In no
bis autem ipsis intelligi quidem propter aliam quampiam rem: uerbi gratia propter uo
luptatem nos amemus. propter nos enim illam nõ propter eam nosmetipsos diligimus
quanq̃ quid est quod magis perspicuum sit non modo carum sibi quenq̃: uerum etiam
uehementer carum esse? Quis est enim aut quotus quisq̃: cui mors quum appropin-
quet. non refugiat timido sanguis: atq̃ exalbescat metu? & si hoc quidem est in uitio:
dissolutione naturæ tam ualde perhorrescere. quod item est reprehendendum in dolo-
re. Sed quia fere sic afficiuntur omnes. satis argumenti est ab interritu naturam abhor-
rere. Itaq̃ quo magis quidam ita faciunt: ut iure etiam reprehendantur: hoc magis in-
telligendum est hæc ipsa nimia in quibusdam futura fuisse: nisi quædam essent modica
natura. Nec uero dico eorum metum mortis. qui quia priuari se uitæ bonis arbitrentur
aut quasdam post mortem formidines extimescant. aut si metuant ne cum dolore mo-
riantur: iccirco mortem fugiant. In paruis enim sæpe qui nihil eorum cogitant si quan-
do his ludentes minamur præcipitaturos alicunde extimescunt. Quin etiam fere inquit
Pacuuius quibus abest ad præcauendũ intelligi astutia sibi iniecto terrore mortis hor
rescunt. Quis autem de ipso sapiente aliter existimat. quinetiam quum decreuerit esse
moriendum: tamen discessu a suis: atq̃ ipsa relinquenda luce moueatur. Maxime autẽ
in hoc quidem genere uis est perspicua naturæ quum & mendicitatem multi perpeti-
antur ut uiuant: & agantur appropinquatione mortis confecti homines senectute: &
ea perferant. quæ Philoctetam uidemus in fabulis: qui quum cruciaretur nõ ferendis
doloribus. propagabat tamẽ uitã aucupio sagittarũ: cõfigebat tardus celeres stans uo-
lantes: Vt apud Actiũ est: pennarũq̃ cõtextu corporis tegumẽta faciebat. De hominũ
genere aut omnino de animaliũ loquor: quũ arborũ & stirpiũ eadẽ pene natura sit: siue
ut doctissimis uiris uisum est: maior aliqua causa atq̃ diuinior hanc uim ingenuit: siue
hoc ita sit fortuito: uideamus ea quæ terra gignit corticibus & radicibus ualida seruari
quod contingit animalibus sensuũ distributione: & quadã cõpactione membrorũ. Quã
quidẽ de re: quanq̃ assentior iis qui hæc omnia regi natura putant: quæ si natura negli-
gat ipsa esse nõ possint. tamẽ concedo ut qui de hoc dissentiunt existiment quod uelint:
ac uel hoc intelligãt: si quando naturã hominis dicam: hominẽ dicere me. Nihil eni hoc
differt. Nam prius poterit a se quisq̃ discedere q̃ appetitum earum rerum quæ sibi con
ducant amittere. Iure igitur grauissimi philosophi initium summi boni a natura petiue
runt: & illum appetitum rerum a natura accõmodatarũ ingeneratũ putauerunt omni-
bus: qui continentur ea cõmendatione naturæ qua se ipsi diligunt. Deinceps uidẽdum
est quoniam satis apertum est: sibi quenq̃ a natura esse carum: quæ sit hominis natura

id est enim de quo quærimus. Atqui perspicuum est hoiem e corpore animoq; constare quum primæ sint animi partes secundæ corporis. Deinde id quoq; uideamus: & ita figuratum corpus: ut excellat aliis aiumq; ita constitutum: ut & sensibus instructus sit: & habeat præstantiam mentis: cui tota hominis natura pareat: in qua sit mirabilis quædam uis rationis: q; cognitionis: & scientiæ uirtutumq; oium. Nam quæ corporis sunt: ea nec auctoritatem cum animi partibus comparãdam: & cognitõem habent faciliorẽ: Itaq; ab his ordiamur. Corporis igitur nostri partes: totaq; figura & forma & statura: quam apta ad naturam sit apparet. neq; est dubium quin frõs: oculi aures: reliquæ partes quales propriæ sunt hominis itelligatur: sed certe opus est ea ualere & uigere & naturales motus ususq; habere: ut nec absit quid eorum: nec ægrum debilitatumue sit. id enim natura desiderat. Est enim actio quædam corporis: quæ motus & status naturæ congruentis tenet in quibus si peccetur distortione & deprauatione quadam aut motu statuue deformi: ut si aut manibus ingrediatur quis: aut nó ante: sed retro fugere plane se ipse & hoiem ex hoie exuens naturam odisse uideatur. Quamobrem quum etiam sessiones: & flexi fractiq; motus: quales proteruorum hominum: aut mollium esse solent: contra naturam sunt: ut etiam si animi uitio id ueniat: tamen in corpore immutari hominis natura uideatur. Itaque e contrario moderati æquabilesq; habitus effectiones ususq; corporis apta esse ad naturam uidentur. Iam uero animus non esse solum: sed ẽt cuiusdam modi debet esse: ut & omnes partes suas habeat incolumes: & de uirtutibus nulla desit. Atqui in sensibus est sua cuiusq; uirtus: ut ne quid impediat: quo minus suo sensus quisq; munere fungatur in his rebus celeriter expediteq; percipiendis: quæ subiectæ sunt sensibus. Animi autem & eius animi partis: quæ princeps est: quæq; mens nominatur: plures sunt uirtutes. sed duo prima genera: unum earum quæ ingenerãtur suapte natura: appellanturq; non uoluntariæ. alterum earum quæ in uoluntate positæ magis proprio nomine appellari solent: quarum est excellens in animantia laude præstantia. Prioris generis est docilitas memoria: quæ fere oia appellantur uno ingenii nomine: easq; uirtutes qui habent ingenioси uocantur. Alterum autem genus est magnarum uerarumq; uirtutum: quas appellamus uoluntarias: ut prudentiam: temperantiã fortitudinem. iustitiam. & reliquas eiusdem generis. Et summatim quidem hæc erãt de corpore aioq; dicenda: quibus quasi informatum est quod hominis natura postulet. Ex quo perspicuum est quoniam ipsa a nobis diligamur: omnia quæ & in animo & in corpore perfecta uelimus esse: ea nobis ipsa cara esse propter se: & in his esse ad bene uiuẽdum momenta maxima. Nam cui proposita sit conseruatio sui: necesse est huic partes quoq; sui caras esse: carioresque: quo perfectiores sint: & magis in suo genere laudabiles. Ea enim uita expetitur: quæ sit animi corporisq; expleta uirtutibus: in eoq; summũ bonum poni necesse est: quando qdem id tale esse debet ut rerũ expetendarũ sit extremũ Quo cognito dubitari non põt: quin quum ipsi homines sibi sint per se & sua sponte cari. pates quoq; & corporis & animi & earum rerum quæ sunt in utriusq; motu & statu: sua caritate colantur: & per se ipsæ appetantur. Quibus expositis facilis est cõiectura ea maxime esse expetẽda ex nostris quæ plurimũ habent dignitatis: ut optimæ: cuiusq; partis quæ per se expetatur uirtus: sit expetenda maxima. Ita fiet ut animi uirtus corporis uirturi anteponatur: animiq; uirtutes nõ uolũtarias uincũt uirtutes uoluntariæ: quæ quidem propriæ uirtutes appellãtur multũq; excellunt, ppterea q; ex ratione gignũtur qua nihil est in homine diuinus. Est enim omniũ rerum quas & creat natura: & tuetur. quæ aut sine animo sint. aut multo secꝰ eorũ sumũ bonũ in corpore est. Vt non

inſcite illud dictum uideatur in ſue:aium illi pecudi datum pro ſale ne putreſceret. Sūt autem beſtiæ quædam:in quibus ineſt aliquid ſimile uirtutis:ut in leonibus:ut in canibus:ut in equis:in quibus non corporum ſolum ut in ſuibus:ſed ēt animorum aliqua ex parte motus aliquos uidemus:In homine autem ſumma omnis animi eſt & in aio rationis ex qua uirtus eſt:quæ rationis abſolutio definitur:quam etiam atq; etiam explicandam putant. Earum etiam rerū quas terra gignit educatio quædam & perfectio eſt non diſſimilis animantium. Itaq; & uiuere uitem & mori dicimus:arboremq; & nouellam & uetulam & uigere & ſeneſcere. Ex quo non eſt alienum ut amantibus ſic illis & apta quædam ad naturam:amputareq; aliena:earūq; augendarū & alendarū quandā cultricem eſſe:quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarū:quæ circuncidat:amputet erigat: extollat adminiculet ut quo natura ferat. eo poſſit ire:ipſæ uites ſi loqui poſſent:ita ſe tractādas tuendaſq; eſſe fateantur. Et nunc quidem quod eam tuetur:ut de uite potiſſimum loquar:eſt id extrinſecus:In ipſa. n. parum magna uis eſt ut quamoptime ſe habere poſſit ſi nulla cultura adhibeatur. At uero ſi ad uitem ſenſus acceſſerit:ut appetitum quendā habeat:& per ſe ipſam moueatur: quid facturam putas? an ea quæ per uinitorem antea conſequebatur:per ſe ipſam curabit? Sed uides ne acceſſuram ei curam: ut ſenſus quoq; ſuos eorumq; omnium appetitum:& ſi qua ſunt ei membra adiuncta tueatur? Sic ad illa quæ ſemper habuit:iungit ea quæ poſtea acceſſerunt nec eundem finem habebit quem cultor eius habebat:ſed uolet ſecundum eam naturam:quæ poſtea ei adiūcta ſit uiuere. Itaq; & ſimilis erit finis boni atq; antea fuerat. nec idem tamen:Non enim iam ſtirpis bonum quæret:ſed aialis. Quod ſi non ſenſus modo ei ſit datus:uerum etiam animus hois non neceſſe eſt & illa priſtina manere ut tuenda. inter hæc multo eſſe cariora:quæ acceſſerint:animiq; optimam quāq; partem cariſſimam in eaq; expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere:quum longe multumq; præſtet mens atq; ratio: Sic & extremum oium appetendorum:atq; ductum a prima cōmunitate naturæ multis gradibus aſcendit:ad ſummum peruenireq; quod cumulate ex integritate corporis & ex mentis ratione perfecta. Quum igitur ea ſit:quam expoſui:forma naturæ ſi ut initio dixi ſimulatque ortus eſſet:ſe quiſq; cognoſceret iudicare quæ poſſet quæ uis & totius eſſe naturæ & partium ſingularum continuo uideret quid eſſet hoc. qđ quærimus omnium rerum quas expetimus ſummum & ultimum:nec ulla in re peccare poſſet. Nūc uero a primo quidem mirabiliter occulta natura eſt: nec perſpici nec cognoſci poteſt. Progredientibus autem ætatibus ſenſim tardeue potius quaſi noſmetipſos cognoſcimus. Itaq; illa prima condemnatio quæ a natura noſtri facta eſt:nobis obſcura & incerta eſt:primuſque appetitus ille animi tantum agit:ut ſalui atq; integri poſſimus. Quū autem diſpicere cœperimus & ſentire quid ſimus:& quid ab animantibus cæteris differamus:tum ea ſequi incipimus ad quæ nati ſumus. Quam ſimilitudinem uidemus in beſtiis:quæ primo in quo loco natæ ſunt:ex eo ſe non commouent:deinde ſuo quæque appetitu mouetur. ſerpere anguiculos: nare anaticulas: euolare merulas: cornibus uti uidemus boues:ueſpas aculeis:ſuam deniq; cuiq; naturam eſſe ad uiuendum ducem: quæ ſimilitudo in genere etiam humano apparet:Parui enim primo ortu ſic iacent:tanquam omnino ſine animo ſint. Quum autem paululum firmitatis acceſſerit. & animo utuntur & ſenſibus connituntur q; ut ſe erigant:& manibus utantur. & eos agnoſcunt a quibus educantur:deinde æqualibus delectantur:libenterque ſe cum his congregant dant q; ſe ad ludendum. fabellarumque auditione dicuntur:deque eo quod ipſis ſuperat aliis gratificari uolunt:animaduertunt q; ea quæ domi fiunt curioſius:incipiuntque

cõmentarí aliquid & díſcere & eorũ quos uident uolũt nõ ignorare noía, qbuſq; rebus cum æqualíbus decertãt ſi uincũt: efferũt ſe lætítía: uicti debilitãtur animoſq; demittũt: quorũ ſine cauſa fieri nihil putandũ ẽ. Eſt enĩ natura ſic generata uis hominis: ut ad omnẽ uirtutẽ percipiendã facta uideatur: ob eãq; cauſam parui uirtutũ ſimulachris: quarũ in ſe habent ſemina ſine doctrina mouentur. Sunt enĩ prima elemẽta naturæ quíbus auctis uirtutis quaſi carmen efficitur: Nam quũ ita natí factiq; ſimus: ut & ad agẽdí aliquid & díligẽdí aliquos: & liberalitatis & referendæ gratiæ prícipia ĩ nobis cõtineremus: atq; ad ſcientiã: prudentiã: fortitudinẽq; aptos aíos habemns: a cõtrariíſq; rebus alienos: nõ ſine cauſa eas quas díxí in pueris uirtutum quaſi ſint ullas uidemus. e quíbus accẽdí philoſophí ratio debet: ut eam quaſi deũ ducem ſubſequens ad naturæ perueníat extremũ. Nã (ut ſæpe iam díxí in infirma ætate ímbecillaq; mente uis naturæ p caligínẽ cernít. Quũ aũt progrediẽs cõfirmater animus: agnoſcit ille qdẽ naturæ uim: ſed ita ut progredí poſſit lõgius p ſe ſit tñ ícohata. Intrandũ eſt igitur ĩ rerũ naturã: & penitus qd ea poſtulet puidendum. Aliter enĩ noſmetipſos noſſe nõ poſſumus: qd præceptũ qa maius erat: quã ut ab hoíe uideretur: ícciro aſſignatũ eſt deo. Iubet igitur nos pythius Apollo noſcere noſmetipſos. Cognitio aũt hæc eſt una: ut uim noſtrí corporis animiq; norímus: ſe q̃murq; eam uitã quæ rebus ípſis pficíatur: Quouiã aũt is animí appetitus a prícípio fuit: ut ea q̃ díxí q̃ pfectiſſima a natura haberemus: cõfitẽdũ ẽ quũ íd adeptí ſímus quod appetitũ ſit: ĩ eo quaſi ultimo cõſiſtere naturã: atq; id eſſe ſummũ bonũ: quod certe uniuerſum ſua ſponte ipſum expetí & ꝓpter ſe neceſſe eſt: quoniã ante demonſtratũ eſt: etiã ſingulas eius partes eſſe p ſe expetẽdas. In enumerãdis ãt corporis cõmodís ſiquís p̃termiſſam a nobis uoluptatẽ putabit: ĩ aliud tẽpus quæſtío differat. Vtrũ enĩ ſit uoluptas ĩ his rebus quas prímas ſecundum naturã eſſe díxímus nec ne ſit: ad íd quod agímus. nihil intereſt: Sí enĩ (ut míhí quidẽ uídetur) non explet bona naturæ uoluptas iure p̃termiſſa eſt. ſín eſt ĩ ea quod quídam uolunt níhil ímpedít naturam hanc comprehenſionem ſummí boni. Quæ enĩ conſtituta ſũt prima naturæ: ad ea ſí uoluptas acceſſerit: unũ aliquod acceſſerit cõmodũ corporis. neq; eam conſtitutionẽ ſummí boni quæ eſt propoſita mutauerit. Et adhuc quidem ita nobis progreſſa ratio eſt: ut ea duceretur omnis a prima cõmẽdatione naturæ: Nunc autem aliud iam argumentãdí ſequamur genus: ut nõ ſolũ qa nos díligamus: ſed quía cuiuſq; partis naturæ: & ĩ corpore: & ĩ animo ſua quæq; uis ſit: circo ĩ his rebus ſũma noſtra ſpõte moueatur: Atq; ut a corpore ordiar: uídeſne ut ſi qua quæ ĩ mẽbrís praua: aut debilitata: aut ímutata ſint: occultent homines. ut ẽt contendant & laborarent ſi efficere poſſint: ut aut non appareat corporis uítium: aut quãminimum appareat: multoſq; etiam dolores curationis cauſa perferant: ut ſí ípſe uſus membrorum non modo non maior: uerũ etiã minor futurus ſit: eorũ tamen ſpecies ad naturam reuertatur. Etenim quũ omnes natura totos ſe expetendos putẽt: nec íd ob aliam rem: ſed propter ſeipſos: neceſſe eſt eíus etíam partes ꝓpter ſe expetí: quod uniuerſum propter ſe expetat: quod ĩ motu & in ſtatu corporís nõ eſt níhílne eſt quod animaduertẽdum eſſe ípſa natura iudicet: quemadmodum qs ambulet: ſedeat: quí ductus orí: quí uultus ĩ quoq; ſit. nihil ne ẽ ĩ his rebus quod dignum líbero aut indignũ eſſe ducamus: Nõne odío dignos multos putamus: quí quodam motu aut ſtatu uídentur naturæ legẽ & modũ contempſiſſe: Et quoniam hæc deducuntur de corpore: quíd ẽ cur nõ recte pulchritudo etíam ípſa

propter se expetēda ducatur: Nā si prauitatem iminutionemq; corporis propter se fugiendā putamus: cur nō ēt ac fortasse magis propter se formæ dignitatem sequamur. Et si turpitudinē fugiāus i statu & motu corporis: qd est cur pulchritudinem nō sequamur: atq; ēt ualitudinem: uires: uacuitatem doloris nō pp utilitatem solum sed etiā ipsas pp se expetemus: Quoniā. n. natura suis oībus expleri partibus uult: hūc statū corporis p se ipsum expetit: q est maxie e natura: q̄ tota pturbat: si autem ægrū corpus est: aut dolet: aut caret uiribus. Videamus animi ptes quarū ē aspectus illustrior: q̄ quo sunt excelsiores: eo dāt clariora indicia naturæ. Tātus est igitur ina tus nobis cognitionis amor & scientiæ: ut nemo dubitare possit: quin ad eas res ho minū natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmus ne ut pueri ne uerberi bus quidem a cōtemplādis rebus pquirendisq; deterreantur: aut pulsi requirant: & aliquid scire se gaudeāt: ut aliis narrare gestiant: ut pompa ludis atq; eiusmodi specta culis teneātur: ob eamq; rem aut famem: aut sitim perferāt: Quid uero qui ingeniis studiisq; atq; artibus delectātur: nō ne uidemus eos nec ualitudinis nec rei familia ris habere rationem: oiaq; perpeti ipsa cognitiōe & scientia captos: & cum maximis curis & laboribus cūpensare eam: quā ex discendo capiāt uoluptatem: Mihi quidē Homerus huiusmodi cuiq; uidisse uidetur in iis quæ de sirenum cantibus finxerit. Neq; enim uocū suauitate uidentur aut nouitate quadam & uarietate cantandi re uocare eos solitæ: qui pteruehebantur: sed quia multa se scire profitebantur ut ho mines ad earū saxa discendi cupiditate adhæresc erent. Ita enim inuitant Vlyxem: nā uerti quædā Homeri sic istū ipsum locum. O decus argolicū quin pupi flectis uly xes. Auribus ut nostros possis agnoscere cantus. Nam nemo hæc unq̄ est transue ctus cærula cursu. Quin prius astiterit uocū dulcedie captus: Post uariis auido sa tiatus pectore musis Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras. Nos graue certam belli cladēq; canemus. Græcia quā troiæ diuino numine uexit. Oia quæ elatis regū uestigia terris. Vidit Homerus probari fabulā nō posse: si cantiunculis tantus uir ir retitus teneretur scientiā pollicentur: quā non erat mirū sapientiæ cupido patria ca riorē. Atq; omnia quidē scire cuiuscunq; modi sint cupere curiosorū. duci uero ma iorū rerum cōtemplatiōe ad cupiditatē scientiæ summorū uirorū est putandū. Quē eni ardorem studii censetis fuisse in Archimede: qui dū in puluere quædam descri bit attentus: ne patriā captā esse senserit. Quantū aristoxeni ingeniū cōsumptū ui demus in musicis. Quo studio Aristophane putamus ætatē in litteris duxisse: quid de Pythagora: quid de platone: aut Democrito loquar: à quibus pp discendi cupi ditatem uidemus ultimas terras esse peragratas: quæ q non uidēt nihil unq̄ magna cognitiōe dignū amauerūt. Atq; hoc loco qui propter animi uoluptates coli dicūt ea studia quæ dixi: nō intelligūt iccirco eē ea propter se expetēda: q̄ nulla utilitate obiecta delectēt animi: atq; ipsa scientia: ēt si incōmoda datura sit gaudeāt. Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere: Ipsi enim quæramus a nobis stellarum motus: cōtemplationesq; rerū cælestiū: eorūq; oīum: q̄ naturæ obscuritate occultā tur cognitiōes quemadmodū nos moueāt: & qd historia delectet: quā solemus pse qui usq; ad extremū: ptermissa repetimus: ichoata psequimur. Nec uero sum iscius eē utilitatē in historia: nō mō uoluptatē: Quid quū fictas fabulas: e quibus utilitas nulla dici pōt: cū uoluptate legimus: Quid quū uolumus noīa eor̄ qui quid gesse rint nota nobis esse parentes: patriam multa præterea minime necessaria: Quid q̄ homines infima fortuna nulla spe rerum gerēdarū: opifices deniq; delectēt historia

maximeq; eos uidere possumus res gestas audire: & legere uelle: qui a spe gerendi absunt' cõfecti senectute? Quocirca intelligi necesse est in ipsis rebus quæ discũtur: & cognoscũtur inuitamẽta inesse: q̃bus ad discendũ cognoscendũq; moueamur ac ueteres quidẽ philosophi i beatorũ quidẽ insulis fingunt qualis naturæ sit uita sapiẽtiũ: quos cura oĩ liberatos nullũ necessariũ uitæ cultum aut paratũ requirẽtes nihil aliud esse acturos putãt: nisi oẽ tp̃s i quærendo ac discendo i naturæ cognitiõe consumãt. Nos ãt nõ solum beatæ uitæ istã oblectationẽ uidemus: sed ẽt leuamen tũ miseriarum. Itaq; multi cum i ptãte essent hostiũ aut tirãnorũ: multi i exilio dolorẽ suum doctriæ studiis leuauerũt. princeps huius ciuitatis phaleriusDemetrius cũ ptia pulsus esset iniuria ad ptolæmeũ se regẽ Alexãdriã cõtulit: q cum in hac ipsa phia ad quã te hortamur excelleret: Theophrastiq; esset auditor multa præclara i illo calamitoso ocio scripsit nõ ad usum aliquẽ suum: quo erat orbatus: sed aĩ cultus ille erat ei q̃ĩ quidã humanitatis cibus. Equidẽ e. Cn. Aufidio p̃torio erudito hoie oculis capto sæpe audiebã: cum se lucis magis quã utilitatis desiderio moueri diceret: sõnum deniq; nobis nisi requietẽ corporibus: & medicinã quãdã laboris afferret: cõtra naturã putaremus datũ. Aufert. n. sensus actionemq; tollit oẽm. itaq; si aut requietem natura nõ q̃reret: aut eã posset quandã alia ratione cõsequi facile pateremur: qui eti ã nunc agendi aliquid discendiq; causa prope cõtra naturã uigiliam suscipere soleamus. Sunt ãt clariora uel plane perspicua nec dubitãda iudicia naturæ maxime, s, in hoie sed i omni aĩali' ut appetat animus aliquid agere semp: neq; ulla cõditiõe quietem sempiternã possit pati: facile est hæc cernere in primis puerorũ ætatulis: q̃q̃ enim uereor ne minus in hoc genere uidear: tñ omnes ueteres philosophi maxie nostri ad incunabula accedunt. q; in pueritia facillime se arbitrentur naturæ uoluptatem posse cognoscere. Videmus igitur ut cõquiescere ne infantes quidem possint. quũ uero paulum ꝓcesserit: lusiõibus uel laboriosis delectãt' ut ne uerberibus quidẽ deterri possint eaq; cupiditas agendi aliqd adolescit una cũ ætatib9. Itaq; nisi iocundissimis quidẽ nos sõnis usuros putemus. Endymõis somnum nobis nolimus dari. idq; si accidat: mortis instar putemus. Quin ẽt inertissimos hoies nescio qua singulari segnitie p̃ditos uidemus tñ & aĩo & corpore moueri semp: & cũ re nulla impediãt' necessaria: aut alueolũ poscere aut q̃rere quempiã ludum aut seruorem aliquem reqrere. Quũq; nõ habeãt ingenuas ex doctrina oblectatiões circulos aliquos & semicirculos cõsectari. Nec bestiæ quidẽ quas delectationis cã cõcludimus quũ copiosius alãt': q̃ si essent liberæ: facile patiũtur sese cõtineri: motusq; solutos & uagos a natura sibi tributos requirũt: itaq; ut quisq; optie natus ĩstitutusq; est esse oĩno nolit in uita: si gerẽdis negociis orbatus possit paratissimis uesci uoluptatibus. Nã aut priuatim aliqd gerere malũt: antiq altiore aĩo sunt capessunt rẽ publicã honoribus impiisq; adipiscendis: aut totos se ad studia doctriæ cõferũt: q̃ i uita tãtum abest' ut uoluptates cõsectẽt': ẽt curas: solicitudies: uigilias perferunt optimaq; parte hominis q̃ nobis diuina ducenda est: ingenii & mẽtis acie fruunt' nec uoluptates requirẽtes nec fugientes laborẽ. Nec uero intermittunt aut admiratiõe earum rerum quæ sunt ab antiquis repertæ: aut inuestigatõe nouarum: quo studio cum satiari nõ possunt oĩum cæterarũ: rerũ oblíti nihil abiectũ nihil humile cogitãt tãtaq; est uis talibus i studis: ut eos ẽt qui sibi alios proposuerũt fines bonorũ: quos utilitate aut uoluptate dirigũt. tamen in rebus quærendis: explicandisque naturis ætates conterere uideamus. Ergo hoc quidem apparet nos ad agendum eẽ natos:

actionum autem genera plura ut obscurẽtur etiam minora maioribus. Maxime autem sunt (primum ut mihi quidem uidetur & his quoq; nunc in ratione uersamur) consideratio cognitione rerum cælestiũ: & earũ quas a natura occultatas & latẽtes indagare ratio potest: deinde rerum pub. administratio: aut administrandi sciẽdiq; prudens temperata fortis & iusta ratio reliquæq; uirtutes & actiones uirtutibus cõgruentes: quæ uno uerbo complexi oia honesta dicimus: ad quorũ etiam cognitionẽ & usum iam coroborati natura ipsa ꝑeunte deducimur. Omniũ enim rerum principia parua sunt: sed suis progressionibus usa agentur: nec sine causa: In primo enĩ ortu est temeritas & mollicies quædã ut nec res uidere optimas nec agere possint. Virtutis enĩ beataeq; uitæ quæ duo maxime expetẽda sunt: serius lumen apparet: multo etiam serius ut plane q̃lia sint intelligantur. Præclare enĩ plato beatũ cui etiam in senectute contigerit: ut sapientiam ueraſq; opiniones assequi possit. Quare quoniã de primis naturæ cõmodis satis dictum est: nunc de maioribus consequẽtibusq; uideamus. Nutara igitur corpus quidem hominis sic & genuit & firmauit: ut alia in primo ortu perficeret: alia progrediente ætate fingeret. neq; sane multum adiumẽtis externis & aduentitiis uteret. Animũ aũt reliqs rebus ita perfecit ut corpus. Sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis: ut nihil: aut nõ multũ adiumento ullo ad suam cõfirmationẽ indigeret. Quod autẽ in homine præstantissimũ atq; optimum est: id deseruit: & si dedit talem mẽtẽ quæ oẽm uirtutem iam accipere posset: ingenuitq; sine doctrina notitias paruas rerum maximarũ: & quasi instituit docere: & induxit in ea: quæ erant tanq̃ elemẽta uirtutes: sed uirtutem ipsam inchoauit. Nihil itaq; amplius nostrũ est: quod nostrũ dico artis est: ad ea principia q̃ accipimus cõsequẽtia exquirere: quoad sit id quod uolumus effectũ: quod quidem pluris sit haud paulo: magisq; ipsum propter se expetendũ: quam aut sensus aut corporis ea quæ diximus: qbus tantum præstat mentis excellens perfectio: ut uix cogitari possit qd iterſit: Itaq; ois honos: omnis admiratio: omne studium ad uirtutem & ad eas actiones quæ uirtuti sunt cõsentaneæ refert: eaq; omnia quæ aut ita in animis sunt: aut ita gerũtur uno nomĩe honesta dicuntur: quorũ omniũ quæq; sint notitiæ: quæq; significentur rerũ uocabulis: quæq; cuiusq; uis & natura sit mox uidebimus. Hoc autẽ loco tantũ explicemus hæc honesta quæ dico præterq̃ q̃ nosmet ipsos diligamus præterea suapte natura per se esse expetenda indicãt pueri in qbus ut in speculis natura cernitur. Quanta studia decertãtiũ sunt: quanta ipsa certamina ut illi efferuntur lætitia quũ uicerit: ut pudet uictos ut se accusari nolunt quam cupiunt laudari: quos illi labores nõ pferũt ut æqualiũ principes sint: quæ memoria est in his bene merentium: quæ referendæ gratiæ cupiditatis: Atq; ea in optima quaq; indole maxime apparent: in qua hæc honesta quæ intelligimus a natura tanq̃ adumbrãtur. sed in pueris expressa. In his uero ætatibus quæ iam cõfirmatæ sunt: quibus est tã dissimilis homini: q non moueatur & offensione turpitudinis & cõprobatione honestatis: Quis est q non oderit. libidinosam: proteruã adolescentiã: qs contra in illa ætate pudorẽ cõstantiã etiã si sua nihil interſit: non tamẽ diligat: Quis Pullũ Numitorẽ fregellanũ proditorẽ q̃q̃ rei pu. nostræ posuit nõ odit: Quis uerbis conseruatorẽ Codrum: quis Ericthei filias non maxime laudat: cui Tubulli nomẽ odio nõ est. Quis Aristidẽ nõ mortuũ diligit: An obliuiscimur quãtopere in audiendo legẽdoq; moueamur: quũ pie: quũ amice: quũ magno animo aliqd factũ cognoscimus. Quid loquar de nobis. q ad laudẽ & ad decus nati: susceptí: instituti sumus: Qui

clamores uulgi atq; imperiorum excitantur in theatris: quum illa dicũtur Ego sum Orestes: contraq; ab altero. Immo ení uero ego sum inquam Orestes? Quum autem exitus ab utroq; datur conturbato errantiq; regi: ambos ergo una uiuere pcamur: quotiens hoc agitur quandoue nisi admirationibus maximis. Nemo ẽ igitur qui non hanc affectionẽ animi probet atq; laudet. qua non modo utilitas nulla q̃rítur: sed contra utilitatem etiam conseruet fides. Talibus exemplis non fictæ solum fabulæ: uerum etiam historiæ refertæ sunt: & quidem maxime nostræ. Nos ení ad sacra Idæa accipienda optimũ uirum delegimus: nos tutores misimus regibus nostri imperatores pro salute patriæ sua capita uouerunt: nostri consules regem inimicissimum mœnibus iam appropiquantem monuerũt: a ueneno ut caueret. Nostra in republica lucretia & quæ per uim oblatum stuprũ uoluntaria morte lueret inuenta est: & qui iterficeret filiam ne stupraretur. Quæ quidem omnia & inumerabilia præterea: quis est qui non itelligat & eos qui fecerunt dignitatis splendore ductos imemores fuisse utilitatum suarum: nosq; quum ea laudemus nulla alia re nisi hõestate duci: Quibus rebus expositis breuiter: nec enim sum copiam quã potui quia i re nulla erat: psecutus: sed his rebus cõcluditur pfecto & uirtutes omnes & honestum illud: quod ex his uirtutibus exoritur: & in his hæret: esse per se expetendũ: In omni autem honesto de quo loquitur: nihil est tam illustre: nec quod latius pateat: quam cõiunctio inter homines hominũ: & quasi quædam societas & cõmunicatio utilitatũ: & ipsa caritas generis humani: quæ nata a primo statu quo a p creatoribus nati diligũtur: & tota domus cõiugio & stirpe coniungitur: serpit sensim foras cognationibus primũ: tum affinitatibus: deide amicitiis post i ciuitatibus cum ciuibus: & his q publice socii atq; amici sunt deinde totius cõplexu gentis humanæ: quæ animi affectio suum cuiq; tribuens: atq; hanc quam dico societatem cõiunctionis humanæ munifice & æque tuens iustitia dicitur: cui sunt adiunctæ pietas: bonitas: liberalitas: benignitas comitas: quæq; sunt generis eiusdẽ. Atq; hæc ita iustitiæ propria sunt: ut sint uirtutum reliquarũ cõmunia. Nam quum sic hominis natura generata sit ut habeat quiddam inatum quasi ciuile atq; populare: quod græci πολίτικον uocant: quicqd aget quæq; uirtus: id a comitate & ea quam exposui: caritate atq; societate humana non abhorrebit uicissimq; iustitia: ut ipsa se fundet usu in cæteras uirtutes: sic illas experet. Seruari ení iustitia nisi a forti uiro: nisi a sapiente põt: Qualis est igitur omnis hæc: quam dico cõspiratio cõsensusq; uirtutum tale ẽ illud ipsum honestũ: quãdoquidẽ honestũ aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute. Quibus in rebus uita cõsentiens: uirtutibusq; respondens recta & honesta & constans & naturæ congruens existimari potest. Atq; hæc cõiunctio confusioque uirtutum tamen a philosophis ratiõe quadã distinguitur. Nam quum ita copulatæ connexæq; sunt ut omnes oĩum participes, sint nec alia ab alia possit separari: tamẽ proprium suum cuiusq; munus ẽ. ut fortitudo in laboribus periculis quæ cernatur temperantia i prætermittẽdis uoluptatibus: prudẽtia in delectu bonorũ & malorũ iustitia in suo cuiq; tribuendo. Quando igitur ineſt in omni uirtute cura quædam quasi foras spectans, alioq; appetens atq; complectẽs: existit illud ut amici ut fratres ut propinqui, ut affines: ut ciues: ut omnes denique: quando unam societatem hominum esse uolumus propter se expetendi sint atq; eorũ nihil est eius generis: ut sit in fine atq; extremo bonorum. Ita fit ut duo genera propter se expetẽdorum reperiantur: unũ quod est in iis in quibus completur, q̃ sunt aut animi aut corpo

ris. Hæc ãt quæ sunt extrinsecus id est quæ neq; in animis sunt: neq; in corpore: ut amici: ut parentes: ut liberi: ut propinqui: ut ipsa patria: sunt illa quidem sua sponte cara: sed eodẽ ĩ genere quo illa non sunt. Nec uero quisq̃ summũ bonũ assequi unquam posset: si oia illa quæ sunt extra: quãquã expetenda summo bono continerẽtur. Quomodo igitur inquies uerum esse poterit omnia referri ad summum bonũ si amicitiæ: si propinquitates: si reliqua externa sũmo bono ñ continerentur? Hac uidelicet ratione quod ea quæ externa sunt: iis tuemur officiis: quæ oriuntur a suo cuiusq; genere uirtutis. Nam & amici cultus: & parẽtis: & qui officio fungitur ĩ eo ipso prodest: quod ita fungi officio in recte factis est: quæ sunt orta uirtutibus quæ q̃dem sapientes utentes sequuntur tãquam duce natura. Non perfecti autem homie & tamẽ ingeniis excellentibus prædĩti excitantur spe gloriæ: quæ habet formã honestatis: & similitudinem. Quod si ipsam honestatẽ undiq; perfectã & absolutã: & absolutam rem unã præclarissimã omniũ maximeq; laudandam penitus uiderent: quoniam gaudio complerentur: quũ tantopere eius adumbrata opinione lætentur. Quẽ enim deditũ uoluptatibus: cupiditatũ ĩcẽdiis iflammatũ ĩ his potiendis: q̃ acerrie corripuisset tanta lætitia perfundi arbitramur: quanta ad superiorẽ africanũ hannibale uicto: aut posteriorem carthagine euersa: quem Tyberiana dissentio festo illo die tanto gaudio affecit quanto. L. paulum quum regem persen captum adduceret eodem flumine inuecto? Age nunc Luci noster extrue animo altitudinem excellẽtiãq; uirtutũ: iam non dubitabis quam earum compotes homines magno animo erectoq; uiuentes semper sint beati: qui omnes motus fortunæ mutationesque rerũ & temporum leues & imbecilles fore intelligant: si in uirtutis certamen uenerint. Illa enim quæ sunt a nobis bona corporis numerata: complent ea quidem beatissimam uitã: sed ita ut sine illis possit beata uita existere. ita enim paruæ & exiguæ sunt istæ accessiones bonorũ: ut quemadmodũ stellæ in radio solis: sic iste in uirtutum splendore ne cernãt q̃dẽ: atq; hæc ut uere dicitur parua esse ad beate uiuẽdum momẽta ista corporis cõmodorum: sic nimis uiolentum est nulla esse dicere. Quieni sic disputant oblíti uidentur: quæ ipsi egerint principia naturæ: Tribuendum igitur est his aliquid: dum modo quantum tribuendum sit intelligas. Est tamen philosophi: non tam glorioſa: quam uera quærentis: nec pro nihilo putare ea quæ secundum naturam: illi ipsi glorioſi esse fatebantur & uidere tantam uim uirtutis tantamq; ut ita dicam auctoritatem honestatis: ut reliqua non illa quidem nulla: sed ita parua sint ut nulla esse uideantur: Hoc est non omnia spernentis præter uirtutẽ: & uirtutem ipsam suis laudibus amplificantis. Oratio deniq; hæc est undiq; completa & perfecta explicatio summi boni. Hinc cæteri particulas arripere conati suam quisq; uideri uoluit afferre sentẽtiã. Sæpe ab Aristotele: a Theophrasto mirabiliter est laudata pro se ipsa rerum scientia. hoc uno captus herillus scientiam summum bonum esse defendit: nec rem ullam aliam per se expetẽdam. Multa sunt dicta ab antiquis de contemnendis ac despiciendis rebus humanis: hoc unum Aristo tenuit: præter uitia atq; uirtutes negauit rem esse ullam: aut fugiendam: aut expetendam. Positum ẽ a nostris ĩ his esse rebus quæ secundum naturam essent non dolere. hoc Hieronymus summũ bonum esse dixit: At uero Calipho & post eum Diodorus: quũ alter uoluptatem adamauisset: alter uacuitatem doloris: neuter honestate carere potuit: quæ est a nostris laudata maxime. Quin etiam ipsi uoluptarii diuerticula quærant: & uirtutes habeant ĩ ore totos dies uoluptatem prio dũtaxat expeti dicant: deinde

consuetudine quasi alteram naturam effici: qua impulsi multa faciunt nullam quæren tes uoluptatem. Stoici restant. hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis: sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt: atq; ut reliqui fures earū rerum quas cœperunt signa commutant. sic illi ut sententiis nostris pro suis uterentur nomina tanquam rerum notas mutauerunt. Ita relinquitur sola hæc disciplina digna studiosis inge nuarū artium. digna eruditis. digna claris uiris: digna principibus. digna regibus. Q uæ quum dixisset: paulum q; instituisset. quid est inquit satisne uobis uideor pro meo iure in uestris auribus commentatus? Et ego tu uero inquā Piso ut sæpe alia sic hodie ista nos se uisus es ut si cui copia nobis semper fieret: non multum græcis supplicandum putarem. quod quidem eo probaui magis q; memini Stasea m Neapolitanum doctorem illum tuum nobilem sane peripateticum aliquando ista secus dicere solitum assentientem his qui multum in fortuna secunda aut aduersa: multum in bonis aut malis corporis ponerent. Est ut dicis inquit sed hæc ab Antiocho nostro familiari dicunt multo melius & fortius q̄ a Stasea dicebatur. quanq̄ ego non quæro quid tibi a me probatum sit: sed huic Ciceroni nostro: quem discipulum cupio te abducere. Tum Licius: mihi uero ista ualde probata sunt: quod item fratri puto. Tum mihi Piso quid ergo inquit dasne adolescenti ueniam? an eum discere mauis ea quæ quū præclara didicerit. nihil sciat. Ego uero isti inquā permitto. sed nonne meministi mihi licere probare ista: quæ sunt apte dicta? Q uis enim potest ea quæ probabilia uideantur: ei non probare? An uero inquam quisq̄ potest probare quod perceptum: quod comprehensum quod cognitum non habet? Non est ita inquit Piso magna dissensio. Nihil est enim aliud quamobrem nihil percipi mihi posse uideatur: nisi quod percipiendi uis ita definitur a stoicis: ut negent quicquam posse percipi. nisi tale uerum quale falsum esse non possit. Itaq; hæc cum illis est dissentio cum peripateticis nulla sane. sed hæc omittamus: habent enim & bene longam: & satis litigiosam disputationem. Illud mihi a te nimium festinanter dictum uidetur sapientes omnes esse beatos: nescio quo modo præteruolauit oratio: quod nisi ita efficitur: quæ Theophrastus de fortuna. de dolore: de cruciatu corporis dixit. cum quibus coniungi beatam uitam nullo modo posse putaui: uereor ne uera sint. Nam illud uehementer repugnat esse beatum & multis malis oppressum. hæc quomodo conueniant non sane intelligo. Vtrum igitur tibi non placet inquit uirtutis tantam uim esse ut ad beate uiuendum se ipsa contenta sit: an si id probas: ita fieri posse negas: ut ii qui uirtutis cōpotes sint etiam malis quibusdam affecti beati sint. Ego uero uolo in uirtute uim esse quam maximam: sed quanta: sit alias. nunc tantum possit ne esse tanta: si quicquam extra uirtutem habeatur in bonis. Atqui inquit si stoicis concedis: ut uirtus sola si adsit uitam efficiat beatam. & concedis etiam peripathecis: Q uæ enim mala illi non audent appellare. aspera autem & incommoda & reiicienda & aliena naturæ esse concedunt: ea nos mala dicimus. sed exigua & porro minima. Q uare si potest esse beatus is qui est in asperis reiiciendisq; rebus. is potest quoq; esse qui in paruis malis. Et ego Piso inquam si est quisquam qui acute in causis uidere soleat quæ res agatur is es profecto tu. Q ua re attende quæso. nam adhuc meo fortasse uitio quid ego quæram: non perspicis. Istic sum inquit expectoq; quid ad id quod quæream respondeas. Respondebo me non quærere inq̄ hoc tpe. quid uirtus possit efficere: sed quid constater dicatur: qd ipsum a se dissentiat. Q uo igit inqt mō? Q uia quū a Zenōe inq̄ hoc magnifice tanq̄ ex oraculo editur. Virtus ad beate uiuendū seipsa cōtenta est: Q uare inquit respondet? Q uia nisi qd

honestum est nullum est aliud bonum. nō quæro iam uerum ne sit: illud dico ea quæ dicat præclare inter se cohærere. Dixerit hoc quidem Epicurus semper beatu esse sapientem: qui quidem solet ebullire nō nunquā. quem quidem quū summis doloribus conficiatur ait dicturum quam suaue est: quam nihil curo. Non pugnem cum homine cur tantum habeat in natura boni: illud urgeam nō intelligere eum. quid sibi dicendum sit: quum dolorem summū malum esse dixerit. Eadem nunc mea aduersum te oratio: est dicis eadem omnia & bona & mala: quæ quidem dicunt qui nunq̄ philosophum pictū: ut dicitur. uiderunt. Valitudinem: uires: staturam. formam: integritatem. unguiculorum omniū deformitatem: morbum. debilitatē. mala iam illa externa pace tu quidem sed hæc quum corporis bona sint: eorum conficientia certe in bonis numerabis amicos liberos. propinquos: diuitias: honores. opes. Contra hæc attende me nihil dicere. Si ista mala sunt: in quæ potest incidere sapiens sapientem esse nō esse ad beate uiuendum satis. Immo uero inquit ad beatissime uiuendum parum est. ad beate uero satis. Animad uerti inquam te isto modo pauloante ponere: & scio ab Antiocho nostro dici sic solere. Sed quid minus probandum q̄ esse aliquem beatum: nec satis beatum? Quod autem satis est eo quicquid accesserit nimium est: & nemo nimium beatus est: & nemo beato beatior. Ergo inquit tibi. Q. Metellus qui tres filios consules uidit e quibus unum etiam & censorem & triumphantem quartum autem prætorem eosq; saluos reliquit: & tres filias nuptas quum ipse consul. censor etiam augur fuisset: triumphasset: ut sapiēs fuerit nō ne beatior. quam ut item sapiens fuerit qui in potestate hostium uigiliis & inedia necatus est Regulus? Quid me istud rogas? quam? stoicos roga: Quid igitur inquit eos responsuros putas? nihilo beatiorem esse Metellum quam regulum? Inde igitur inquit audiendum est: Tamen a proposito inquam aberrauimus. Non enim inquā quæro quid uerum: sed quod cuiq; dicendum sit. Vtinam quidam dicerent alium alio beatiorem. iam ruinas uideres. In uirtute enim sola: & in ipso honesto quum sit bonum positum. quumq; nec uirtus ut placet illis: nec honestum crescat idq; bonum solum sit quo qui potiatur necesse est beatus sit. quum id augeri non possit: in quo positum est beatum esse: qui potest esse quisquam alius alio beatior? Vides ne ut hæc continuant? Et Hercule fatendum est enim quod sentio. mirabilis est apud illos contextus rerum respondent extrema primis: media utrisq;. omnia omnibus: quid sequatur: quid repugnet uident. In geometria prima si dederis. danda sunt omnia. Concede nihil esse bonū nisi quod honestum sit: concedendum est in uirtute positam esse beatam uitam. Vide rursus retro dato hoc: dandum erit illud: quod uestri nō item: tria genera bonorum: procliuius currit oratio: uenit ad extremum: hæret in salebra. Cupit enim dicere nihil posse ad beatam uitam deesse sapienti. Honesta oratio Socratica: Platonis etiam: Audeo dicere inquit: non potest nisi retexueris illa. Paupertas si malū est. mendicus malus esse nō potest: quāuis sit sapiens. At Zeno eum nō beatum modo sed etiam diuitem dicere ausus est. dolore malum in cruce qui angitur beatus esse non potest. bonum liberi: misera orbitas: bonum patria. miserum exilium: bona ualitudo: miserū morbus: bonum integritas corporis. misera debilitas: bonum incolumis acies: misera cæcitas. Quæ si potest singula consolando leuare: uniuersa quomodo sustinebit? Sit enim idem cæcus debilis. morbo grauissimo affectus: exul: orbus. egens: torqueatur eculeo: quem hunc appellas Zeno beatū inquit etiā beatissimum quippiet: quum tam docuerim gradus istam rem non habere: quam uirtutem i qua sit etiam ipsum beatum. tibi hoc incredibile

quia beatissimum. quid tuum credibile. Si enim ad populum me uocas eum qui ita sit affectus beatum nunq̃ probabis: si ad prudentes: alterum fortasse dubitabunt: sit ne tã tum in uirtute: ut ea præditi uel in Phalaridis tauro beati sint: alterum non dubitabunt quin & stoici conuenientia sibi dicant: & uos repugnantia. Theophrasti igitur tibi inqt tibi liber ille placet de beata uita. tamen aberramus a proposito: & ne longius prorsus inquam Piso si ista mala sunt placet. Non ne igitur tibi uidentur inquit mala? Idq; hæres inquam in quo uitium respondebo uerses te huc atq; illuc necesse est. Quo tandem modo inquit: quia si mala sunt: is qui erit in his beatus non erit: si mala non sunt: iacent omnis ratio peripatheticorum. Est ille ridens uideo inquit quid agas: ne discipulum abducam times. Tu uero inquam ducas licet si sequatur erit enim mecum si tecum erit. Audi igitur inquit Luci tecum enim: ut ait Theophrastus: mihi instituenda oratio est. Omnis auctoritas philosophiæ consistit in beata uita comparanda. Beatæ enim uiuendi cupiditate incensi omnes sumus. hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Quare hoc uidẽdum est possit ne nobis hoc ratio philosophorum dare pollicetur certe. Nisi enim id faceret cur Plato ægyptum peragrauit? ut a sacerdotibus barbaris numeros & cælestia acciperet? cur post tarentum ad Architam? cur ad cæteros Pythagoreos? Ecchratem? Timeum? Acrionem? locros ut quum Socratem expressisset: adiungeret pythagoreorum disciplinam: eamq; quæ Socrates repudiabat addisceret? Cur ipse Pythagoras & egyptum lustrauit: & persarum magos adiit? Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit: tot maria transmisit? Cur hæc eadem Democritus: qui uere falsoue quæreremus: dicitur oculis se priuauisse: certe ut q̃ minime animus a cogitationibus abduceretur: patrimonium neglexit: agros deseruit incultos: quid quærens aliud nisi beatam uitam? quam si etiam in rerum cognitione ponebat tamen ex illa inuestigatione naturæ conse qui uolebat: ut esset bono animo. Idem enim ille summum bonum. εὐθυμίαν & sæpe ἀκαταπληξίαν appellat: id est animum terrore liberum. Sed hæc & si præclare nondũ tamen & perpolita. Pauca enim neq; ea ipsa enucleate ab hoc de uirtute qdem dicta. Post enim hæc in hac urbe primum a Socrate quæri cœpta: deinde in hunc locum delata sũt. Nec dubitant quin in uirtute omnis ut bene: sic ẽt bene uiuendi spes poneretur. Quæ quum Zeno didicisset a nostris: ut in auctoribus præscribi solet: de re eadem fecit alio modo. Hoc tu nunc in illo probas scilicet uocabulis rerum mutatis: inconstantiæ crimen ille effugit: nos effugere non possumus. ille Metelli uitam negat beatiorem quam Reguli: præponendam tamen: nec magis expetendam: sed magis sumẽdam. & si optio esset eligendam Metelli: reiiciendam Reguli. Ego quam ille præponendam & magis eligendam: beatiorem hanc appello: nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo quam stoici. Quid interest nisi q̃ ego res notas notis uerbis appello: illi noua quærunt quibus idem dicant. Ita quemadmodum in senatu semper est aliquis qui interpretem postulet: sic isti nobis cum interprete audiendi sunt: Bonum appello quicqd secundum naturam est: quod cõtra: malum. Nec ego solus: sed tu ẽt Chrysippe in foro domi: in schola definis. Quid ego aliter hoies: aliter philosophos loqui putes oportere? quanti quicquid sit aliter doctos & indoctos. sed quum constiterit inter doctos quanti res quæque sit: si homines essent usitate loquærentur. Dum res maneant uerba fingant arbitratu suo: Sed uenio ad inconstantiæ crimen: ne sæpius dicas me aberrare quã tu ponis in uerbis. ego positam in re putabam: Si satis erit hoc perceptum: in quo adiutores stoicos optimos habemus tantam uim esse uirtutis: ut omnia si ex altera parte ponantur ne appareant quidem: quum oia quæ illi cõmoda certe dicũt esse & sumenda &

eligenda: & præpoſita: quæ ita definiunt ut ſacris magna æſtimanda ſint. Hæc igit quũ ego tot nominibus appellata partim nouis & commentitiis ut iſta producta & reducta partim idem ſignificantibus. Quid enim intereſt expectes an eligas? Mihi quidem etiam lautius uidetur: quod eligitur: & ad quod delectus adhibetur. Sed quũ ego iſta bona oia dixero: tm̃ refert quam magna dicam: quam expetenda q̃ ualde. ſin aũt nec expetenda ego magis quam tu eligenda: nec illa ego pluris æſtimanda qui bona: quam tu q producta appellas: Oia illa neceſſe eſt obſcurari nec apparere & in uirtutes tanq̃ in ſolis radios incurrere. At enim quia in uita eſt aliquid mali eſſe beata non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris ſi auenam uſpiam uideris: nec mercatura q̃ ſtuoſa ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit, An uero uſq; quaq; aliter in uita & non ex maxima parte de tota iudicabis: An dubium ẽ quin uirtus ita maximã partem obtineat in rebus humanis: ut reliquas obruat? Audebo igitur q̃ ſecundum naturam ſit bona appellare: nec fraudare ſuo ueteri noie: quam aliquid potius nouum exquirere. Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. Tertiam mihi crede ea lanx & maria deprimet. Semper. n. ex eo quod maximas partes continet: latiſſimeq; fũditur: tota res appellatur. Dicimus aliquem hilare uiuere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt hilara uita amiſſa eſt? An hæc in eo. M. Craſſo: quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucilius: nõ contingit: ut ea re minus agelaſtus: ut ait idẽ uocaretur. Polycratẽ ſamium fœlicem appellãt. nihil acciderat ei quod nollet: niſi quod anulũ quo delectabat in mari abiecerat. Ergo infœlix una moleſtia: fœlix rurſus: quũ is ipſe anulus in præcordiis piſcis inuentus eſt. Ille uero ſi inſipiens: quod certe quoniam tyrannus nunq̃ beatus ſi ſapiens ne tum quidem miſer: quũ ab Oronto prætore Darei crucem actus ẽ. At multis malis affectus: quis negat: ſed ea mala uirtutis magnitudine obruebãtur. An ne hoc quidem peripatheticis concedis: ut dicant oium uirorum bonorum, id eſt ſapiẽtum omnibuſq; uirtutibus ornatorum uitam omnibus partibus plus habere ſemper boni q̃ mali? quis hoc dicit? ſtoicis licet? minime. ſed iſti ipſi qui uoluptate & dolore omnia metiuntur: nonne clamant ſapienti plus ſemper adeſſe quod uelit? q̃ quod nolit? Quum tm̃ igitur in uirtute ponant ii qui ſe fatentur uirtutis cauſa niſi ea uoluptatem acciret ne manum quidem uerſuros fuiſſe: quid facere nos oportet qui q̃uis minimam animi præſtantiam omnibus bonis corporis ante ire dicamus ut ea nec in conſpectum quidem relinquantur? Quis enim eſt qui hæc cadere in ſapientem dicere audeat? ut ſi fieri poſſit uirtutem in perpetuum abiiciat: ut dolore omni liberetur? Quis noſtrum diceret quos nõ pudet ea quæ ſtoici aſpera dicunt: mala dicere: melius eſſe turpiter aliquid facere cum uoluptatem: quam honeſte cum dolore? Nobis Heracleotes ille Dionyſius flagitioſe deſciuiſſe uidetur a ſtoicis propter oculorum dolorem. Quis uero hoc didiciſſet a Zenone non dolere cum doleret: illud audierat: nec tamen didicerat. Malum illud nõ eſſe quia turpe non eſſet: & eſſet ferendum uiro. Hic ſi peripatheticus fuiſſet: permanſiſſet credo in ſententia: quoniam dolorem dicunt malum eſſe. De aſperitate autem eius fortiter ferenda præcipiunt eadem: quæ ſtoici: Et quidem Archeſilas tuus: & ſi fuit in diſſerendo pertinacior: tamen noſter fuit. Erat enim Polemonis. is quum arderet podagræ doloribus uiſitaſſetq; hoiem Carneades Epicuri perfamiliaris. triſtis exiret: mane quæſo inquit Carneade noſter nihil illinc huc peruenit? oſtendit pedes & pectus: attamen hic mallet non dolore. Hæc igitur eſt noſtra ratio quæ tibi uidetur inconſtans quum propter uirtutis cæleſtem quandam & diuinam tantamq; præſtantiam ut ubi uirtus ſit: reſq; magnæ ſumendæ laudabileſq; uirtute geſtæ: ibi eſſe miſeria & erumna nõ poſſit:

tamen labor possit: & molestia non dubitem dicere omnes sapientes semper beatos esse: sed tamen fieri posse: ut sit alius alio beatior. Atqui iste locus est Piso tibi etiam atq; etiam confirmandus inquam: quem sit tenueris: non modo meum Ciceronem: sed etiam me ipsum abducas licebit. Tum quitus mihi qdem iquit satis hoc confirmatum uidetur. Lætor quidem philosophiam: cuius antea suppellectlē pluris æstimabam, quā possessiones reliquoꝝ: ita mihi diues uidebat: ut ab ea petere possem quicquid i studiis nostris concupissem hāc igit lætor etiā acutiorem repertā quam cæteras, quod quidā ei deesse dicebāt. Nunq̄ nostram quidem iquit Pomponius iocans: sed mehercule pergrata mihi oratio: Quæ enī dici latine posse non arbitrabar: ea dicta sunt a te: nec minus plane quam dicūtur a græcis uerbis aptis: Sed tempus est si uidetur & recta quidem ad me. Quod quum ille dixisset & satis disputatum uideretur i oppidum ad Pomponium perreximus omnes.

Τέλος

M. T. Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum Libri quinti & ultimi.

FINIS

Q. Cicero de petitione Consulatus ad. M. Tullium fratrem

Tsi tibi omnia suppetũt quæ cõsequi ingenio aut usu: aut diligẽtia possunt: tamẽ ab amore nostro nõ solũ alienum arbitratus ad te perscribere ea quæ mihi ueniebãt in mentem dies ac noctes de petitione tua cogitanti: non ut aliquid ex iis noui adiicerẽ: sed ut ea quæ ĩ re dispersa atq; infinita uidẽtur esse rõne & distributõe sub uno aspectu ponerẽtur. Quãq; plurimũ natura ualet: tamen uidetur in pauco⁹ mensium negocio posse simulatio naturã uicere. Ciuitas quæ sit cogita: quid pietas: qui sis prope quotidie ad forũ tibi descẽdenti meditandum hoc sit. Nouus sum: consulatum peto. Roma ẽ. Nouitatem dicendi gloria maxie subleuabis: semper ea res plurimũ dignitatis habuit. Nõ põt q dignus habetur patronus cõsularium indignus cõsulatu putari: Quãobrem quoniã ab hac laude proficiscẽris: & quicquid es ex hoc es ita paratus ad dicẽdum uenio: quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurũ sit. Eius facultatis adiumẽta quæ tibi scio esse sepositа ut prompta ac parata sint cura: & sæpe q̃ Demosthenis studio & exercitatione scripsit Demetrius recordare. Deinde & amicorũ multitudo & genera appareant. Habes enim ea quæ noui habuerũt publicos totũ equestrẽ ordinẽ. Multa p̃terea municipia. Multos abs te defensos hoies cuiusq; ordinis aliquot collegia. Præterea studio dicendi cõciliatos plurimos adolescentulos quotidianã amicorũ assiduitatem & frequentiã. Hæc cura & ut teneas cõmendando & rogãdo & omni ratione efficiendo: ut intellígant qui debent tua causa referendæ gratiæ: & q̃ uolunt obligandi tui tempus sibi aliud nullũ fore ẽt hoc multũ uidentur adiuuare posse nouũ hominẽ hominum nobiliũ uolũtas: & maxie consulariũ prodest: quorum ĩ locũ ac numerum si pueníre uelis: ab his ipsis illo loco ac numero dignũ putari. Hi rogandi omnes sunt diligenter: & ad eos allegãdum est persuadẽdumq; est iis: nos semp cum optimatibus de re pub. sensisse: minime populares fuisse: si quid locuti populariter: id nos eo cõsilio fecisse ut nobis. Cn. Põpeiũ adiungeremus: ut eũ qui plurimum posset aut amicũ ĩ nostra petitione haberemus: aut certe non aduersariũ. Preterea adolescẽtes nobiles elabora ut hẽas: uel ut teneas studiosos quos hẽs multum dignitatis afferrent. Plurios habes pfice ut sciant quãtum ĩ his putes esse si adduxeris ut ii qui nõ uolunt cupiãt. Plurimũ quidẽ proderunt ac multum etiã nouitatẽ tuã adiuuat q̃ eiusmodi nobiles tecum petunt: ut nemo sit q̃ audeat dicere plus illis nobilitatẽ q̃ tibi uirtutẽ prodesse oportere. Iam. P. Galbam: &. L. Cassium summo loco natos quis est qui petere consulatum putet: Vides igitur amplissimis ex familiis hoies: q̃ sine neruis sunt tibi pares nõ posse. At Antonius & Catilina molesti sunt: ĩmo homini nouo ĩdustrio ĩocẽti diserto gratioso apud eos qui res iudicant: optandi cõpetitores: ambo sicarii: ambo libidinosi: ambo egentes: eorum alterius bona p̃scripta uidimus: uocem deniq; audiuimus iurantis se Romæ iudicio æquo cum hoie græco certare non posse: & ex Senatu eiectũ scimus. Optima uero cẽsorũ existimatione in prætura cõpetitorẽ habuimus amico Sabidio & Põthera: q̃ ad tabulã quos poneret nõ habebat: quo tñ in magistratu amicam quam palã domi haberet de machinis emit: In petitione cõsulatus componens omnes hic copulare per turpissimã legationẽ maluit q̃ adesse &. R. P. supplicare: Alter uero quo dii boni splendore est. Primum nobilitate eadẽ qua Catilina: num maiore non: sed uirtute. Quamobrem q̃ maniũ umbram suam metuit hunc negliges quidẽ natum

in patris ætate educatum in sororis stupris. Corroboratũ in cede ciuium. Cuius primus ad. R. P. aditus in equitibus Romanis occidẽdis fuit. Nã illis quos memimus gallis qui tantum Ticinniorum ac Vanniorum ac Tanusiorum capita debãt Sylla unum Catilinam præfecerat: in quibus ille hominem unum optimũq; Catulum sororis suæ uirum equitem Ro. nullarum partium cum semper natura: tũ etiam ætate iam quietum suis manibus occidit. Quid ego nunc dicam petere cum eo te consulatum: qui hominem carissimum. Po. Ro. M. Marium inspectante. Po. Ro. uirgis per totam urbem cecident ad bustum egerit: tibi omni cruciatu lacerauit uiuo statim collum gladio sua dextra secuerit cum sinistra capillũ eius a uertice teneret caput sua manu tulerit cum inter digitos eius riui sanguinis fluerent. qui postea cum histrionibus & cum gladiatoribus ita uixit: ut alteros libidinis alteros facinoris adiutores haberet qui nullum in locum tam sanctum & tam religiosum accessit ĩ quo non ẽt sine aliis culpa non esset tamen ex sua nequitia dedecoris suspitionẽ reliqueret: qui ex curia Curios & Annios: ab atriis: Sapalas & Carnilios: ex equestri ordine Pompilios & Cneios sibi amicissimos cõparariť. Qui tantum habet audaciæ tantum nequitiæ tantum deniq; ĩ libidie artis & efficacitatis ut prope in parenum gremiis prætextatos liberos cõstuprarit. Quid ego nunc tibi de Africa. quid de testium dictis scribam: Nota sunt: & ea tu sæpius legito. Sed tamen hoc mihi nõ prætermittendum uidetur q; primum in eo iudicio tam egẽs discessit q̃ iudices eius ante illud iudicium fuerũt. Deide tam inuidiosus ut aliud ĩ eum iudiciũ quotidie flagitetur. Hic se sic habet ut magis timeat etiam si quieuerit q̃ ut contemnat si quid cõmouerit. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est: quam nuper homini nouo. C. Cælio ille cum duobus hominibus ita nobilissimis petebat: ut tamen ĩ iis omnia pluris essent q̃ ipsa nobilitas: summa ĩgenia: summus pudor: pluria beneficia: sũma ratio ac diligentia petẽdi. Tamẽ eorum alterum cum deesset alter. Cælius etiam cum tnmulto esset iferior genere: superior nulla re pene superauit. Quare si facies ea quæ tibi natura & studia quibus usus es semper largiuntur quæ temporis tui ratio desiderat quæ potes quæ debes: non erit difficile certamen iis comperitoribus qui nequaq̃ sunt tam genere insignes q̃ uitiis nobiles. Quis enĩ reperiri potest tam improbus ciuis qui uelit uno suffragio duas in rem publicã ficas distinguere. Quoniam igitur quæ subsidia nouitatis haberes & habere posses exposui. Nunc de magnitudine petitionis dicendum uidetur. Consulatum petis: quo honore nemo ẽ q te non dignum arbitretur: sed sunt multi q inuideant. petis enim homo ex equestri loco summum locum ciuitatis: atq; ita summũ: ut forti homini deserto inocẽti multo ille idẽ honos plus amplitudinis q̃ cæteris afferat. Noli putare eos q sunt eo honore usi non uidere. Tu cum idem sis adeptus quid dignitatis habiturus sis. Eos uero qui consularibus familiis nati locum maiorum consecuti non sunt: suspicor tibi nisi qui admodum te amant inuidere. Et nouos homines prætorios existimo nisi q̃ tuo beneficio iuncti sunt nolle abste se honore superari. Iam ĩ populo q̃ multi inuidi sunt. Quam multi consuetudine horum annorum ab honoribus nobis alienati uenire tibi in mentem certe scio etiam non nullos tibi iratos ex iis causis quas ægisti necesse est. Iam illud tute circũspicito: quod ad. Cn. Pompeii gloriam augẽdam tanto studio te dedisti. Num quos tibi putes ob eam causam eẽ amicos. Quamobrem cum summum locum ciuitatis petas & uideas esse studia quæ tibi aduersent: adhibeas necesse est omnem rationem & curam & laborem & diligentiam. Et peti

tio magistratuum diuisa est in duarum rationum diligentiam quarum una in amicorum studiis, altera in populari uoluntate ponenda est Amicorum studia beneficiis & officiis & uetustate & facilitate ac iucūditate naturæ parta eē oportet. Sed hoc nomen amicorū in petitione latius patet q̄ in cætera uita. Quisquis est enim q̄ ostēdit aliquid in te uolūtatis q̄ colat qui domum uentitet is in amicorum numero est habendus. Sed tamen qui sunt amici ex causa honestiore cognationis aut affinitatis: aut sodalitatis: aut alicuius necessitudinis hic carum & iucundū maxime prodest. Deinde ut quisquam optimus ac maxime domesticus ut is amet quiq̄ fidelissimū ut cupiat ualde elaborandum puto: ut tribules: ut uicini: ut clientes: ut deniq̄ liberti. Postremo etiam seruitutes, nam fere omni sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus. Deniq̄ istituendi sunt cuiuscūq̄ generis amici ad spē nominis illustris honore ac nomine, qui etiam suffragandi si studia nō iuuant: tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad iustitiam optinendam. Magistratus ex q̄bus maxime Cons. Deinde Tr. Pl. ad conficiendum centurias homines excellenti gratia qui tribuunt centuriam: ut aliquod ex te beneficium: aut habent: aut ut habeant sperent eos prorsus magnopere compara & cōfirma. Nam per hos annos hoies ambitiosi uehementer oi studio atq̄ opere laborarūt ut possent a tribulibus suis ea quæ peterēt impetrare. Hos tu hoies q̄buscūq̄ rationibus poteris ut ex aio atq̄ ex illa summa uolūtate tui studiosi sint laborato. Quod si satis grati homines eēnt: illa omnia parata esse debent sicut parata esse concerno. Nam hoc biennio quatuor sodalitates ciuiū ab ambitione gratiosissimorum tibi obligasti, M. Fundam. Q. Galli, Cn. Cornelii, L. Coruini: & horū in causis ad te deferendis quidnam eorum sodales receperint & cōfirmarint: scio, nam interfui. Quare hoc tibi faciendum est ut idem ab iis quos debent exigas, sæpe commonendo: rogando: confirmando: curando: ut intelligant nullum tēpus aliud se unquam habituros restituendæ gratiæ. Profecto homines & spe reliquorum tuorum officiorum & recentibus beneficiis ad studium seruandum excitabuntur. Et omnino quoniam eo genere amicitiarū petitio tua maxime initiata est quo causarum defensionibus adeptus es fac ut plane iis in rebus quos deuictos tenes descriptum ac depositum suum cuiq̄ munus sit. Et quemadmodum memini q̄ nulla in re illis unquam molestus fuisti sit cura ut intelligant omnia te quæ ab illis tibi deberi putaris ad hoc tēpus reseruasse. Sed quoniam tribus rebus homines maxime ad beniuolentiam atq̄ hæc suffragandi studia ducuntur beneficio spe adiuuctione animi uel uoluntate, animaduertendū est quē admodū cuiq̄ horum generi sit inseruiendū. Minimis beneficiis homines adducūtur: ut satis causæ putent se ad studium suffragationes dedisse, ne dum ii quibus saluti fuisti quos tu habes plurimos: & intelligant si hoc tuo tempore non satisfecerint: se probatos nemini unquam fore. Quod cum ita sit: tamen rogandi sunt: atq̄ etiam in hanc opinionem adducēdi ut qui nobis adhuc obligati fuerit iis uicissim nos aduc obligari posse uideamur. Qui autem spe tenentur quod genus hominum multo est diligentius atq̄ officiosius, iis fac ut propositum ac paratū auxilium tuum esse uideatur. Deniq̄ ut spectatorem te suorū officiorū esse intelligant diligentem: ut uidere te plane atq̄ animaduertere quantū ab unoquoq̄ proficiscatur appareat. Tertium illud genus est studiorum uolūtariū quod agendis gratiis accommodandis sermonibus ad eas rationes propter quas quisq̄ studiosus esse ui

debitur significando ergo illos pari uoluntate adducendam amicitiam in spem fami liaritatis & consuetudinis consumari oportebit. Atq; in iis omnibus generibus iu dicato & perpendito: quantum quisq; possit ut scias & quemadmodū cuiq; iseruí as & qd a quoq; expectet & postules. Sūt enī hoīes in suis ciuitatibus & municipi is gratiosi sunt diligentes & copiosi qui & si antea non studuerunt huic gratiæ: tñ ex tempore elaborare eius causa cui debent & uolunt: facile possunt. His hominū generibus sic inseruiēdum est ut ipsi intelligāt te uidere quid a quoq; expectes: sen tire quid accipias: meminisse quid acceperis. Sunt autem alii qui aut nihil possunt aut odio sunt etiam tribulibus suis. nec habent tantum animi: aut facultatis ut enitā tur ex tempore. Hos internoscas & uideto ne spe in aliquo maiore posita præsidii parum comparetur: & quanq̄ partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret. Tamen in ipsa petitione amicitiæ permultæ ac perutiles cōparātur. Nā i cæteris molestiis habet hoc tamen cōmodi possis honeste: quod i cætera uita nō queas quoscunq; uelis adiūgere ad amicitiā quibus cum si alio tempore agas ut te utantur: absurde facere uideare. In petitione autem nisi id agas: & cum multis & di ligenter nullus petitor esse uideare. Ego autem tibi hoc confirmo esse neminē nisi aliqua necessitudine competitorum alicui tuorum sic adiunctum a quo non facile si cōtenderis ipetrare possit: ut suo beneficio promereatur se ut ames: & sibi ut de beas modo intelligant te magni existimare ex aio agere bene se ponere: fore ex eo nō breuem & suffragatoriam: sed firmam & perpetuam amicitiam. Nemo erit mi hi crede in quo modo aliquid uirtutis sit qui hoc tempus sibi oblatum amicitiæ te cum cōstituendæ prætermittat: præsertim cū tibi hoc casus afferat uti tecum petāt quorū amicitia: aut cōtemnenda: aut fugienda sit: & qui hoc qd̄ ego te hortor non modo non assequi: sed ne incipere quidem possint. Nam quid incipiat Antonius homines adiungere atq; iuuitare ad amicitiam quos per se suo nomine appellare nō possit: Mihi qdem stultius nihil uidetur q̄ existimare eum studiosum tui quē nō noris. Eximiā quandam gloriam & dignitatem ac rerum gestarum magnitudinem esse oportet in eo quem homines ignoti nullis suffragantibus meritis honore affi ciant. Nāq; ut homo iners sine officio, sine ingenio cum infamia nullis amicis sep/ tus hominem plurimorū studio atq; ominum bona existimatione munitum p̄cur rat: sine magna culpa negligentiæ fieri non potest. Quamobrem omnes cēturias multis & uariis amicitiis cura ut cōfirmatas habeas: & primum id quod ante ocu/ los situ ē: Senatores eqtesq; R.o. cæterorum hominum nouos homines & gratio sos cōplectere. Multi homines urbani industrii, multi libertini i foro gratiosi nāq; uersantur: quos per te quos per cōmunes amicos poteris summa cura ut tui cupi di sint elaborato appetito allegato sūmo studio & bñficio te efficere ostēdito: Dei de habe oratores orbis totius: collegium omniū pagorum & ciuitatum. Ex iis pri cipes amicitiam tuam si adiunxeris: per eos reliquam multitudinem facile tenebis. Postea totam Italiam fac ut in animo ac in memoriam tibi distributam comprehē sam̄q; habeas ne quod municipium holoniam perfecturam locum deniq; Italiæ ne quem esse patiare in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit. Perquiras etiam & iuestiges homines eos omni regione eosq; cognoscas: appetas: cōfirmes: cures: ut in suis ciuitatibus tibi aliquo petant: & tua causa quasi candidati sint uolēt te amicum si suam a te amicitiam expeti uidebunt id ut intelligant oratione quæ ad

rationem pertinet consequere homines municipales ac rusticam nomine tãtũ no
ti amicitia se esse arbitrentur. Si uero etiam præsidii se aliqd sibi cõstituere putant
ut amittũt occasionẽ ꝑmerendi. Hos cæteri & maxime tui competitores ne norũt
quidem. Tu & nosti & facile cognosces, sine quis amicitia esse nõ potest. Neq; id
tamen satis est tã & si magnũ est: sed ut consequatur spes utilitatis atq; amicitiæ: ne
nomenclator solum sed amicus etiam bonus esse uideare. Ita & cum hos ipsos ꝑ
pter suam ambitionem qui apud tribules suos plurimum gratia possint studiosos
in centuriis habebis & cæteros qui apud aliquam partem tribulum propter muni
cipii: aut ciuitatis: aut collegii rationem ualent cupidos tui cõstitueris, in optima spe
esse debebis. Iam equitum centuriæ multo facilius mihi diligẽtia posse teneri uiden
tur. Primum cognoscendi sunt equites, deinde adipiscẽdi. Multo enim facilius illa
adolescentulorum ad amicitiam ætas adiungitur. Deinde habebis tecum ex iuuen
tute optimũ quenq; & studiosissimum humanitatis. Tum equester ordo sequetur
illius auctoritatem ordinis solum uolũtate: sed etiam singulorum amicitiis eas cen
turias confirmatas habeas. Iam studia adolescentulorum: in suffragãdo: in obeun
do: i nunciando: in affectando mirifice: & magna & honesta sunt. Et quoniam asse
ctationis mentio facta est: id quoq; curandum est: ut quottidiana cuiusq; generis &
ordinis & ætatis utare. Nam ex ea ipsa copia eoniecta fieri poterit quanto iis i ipso
campo uirium ac facultatis habiturus. Huius autem rei tres partes sũt. una salutato
rum dum domum ueniant, altera deductorum tertia assectatorum. In salutatoribus
qui magis uulgares sunt: & ad hanc cõsuetudinẽ quæ nũc est pluris ueniunt. Hoc
efficiendum est: ut hoc ipsum minimum officium eorum tibi gratissimum esse ui
deatur. Qui domum tuam ueniunt iis significato te animaduertere: & eorum ami
cis qui illis renũcient ostendito. Sæpe ipsis dicito, sic homines sæpe cum obeũt plu
res competitores: & uident unum esse aliquem qui hæc officia maxime animaduer
tat: ei se dedunt deserũt cæteros minutatim ex communibus proprii, ex fucosis fir
mi suffragatores euadunt. Iam illud teneto diligenter: si eum qui tibi promiscerit fu
cũ ut dicitur facere uelle senseris: ut te id audisse & scire dissimules: si qs tibi se pur
gare quod suspectum esse arbitretur affirmes te de illius uoluntate nunquam dubi
tasse nec debere dubitare. Is enim qui se nõ putat satisfacere amicus esse nullo mo
do potest. Scire autem oportet quo quisq; animo sit ut: & quãtũ cuiq; cõfidas cui
q; cõstituere possis. Iam deductorum officium quod maius est quã salutatorũ hoc
gratius tibi esse significato atq; ostẽdito: & quoad fieri poterit certis tẽporibus de
scendito. Magnam affert opinionem magnam dignitatem quottidiana i deducen
do frequentia. Tertia est ex hoc genere assidua assectatorum copia in ea quos uolũ
tarios habebis cura: ut itelligãt te sibi ui perpetuo summo beneficio obligari. Qui
autem tibi debent: ab iis plane hoc munus exige, qui per ætatem ac negocium po
terũt ipsi tecũ ut assidui sint. Qui si sectari non poterunt: necessarios suos i hoc mu
nere constituant. Valde ego te uolo: & ad rem pertinere arbitror semper cũ multi
tudine esse. Præterea magnam affert laudem & summã dignitatẽ si ii tecum erunt
qui a te defensi: & qui per te seruati: ac iudiciis liberati sunt. Hær tu plane ab iis po
stulato ut quoniam nulla impensa per te: alii rem honestã alii salutẽ ac fortunas oẽs
obtinuerũt: nec aliud ullum tempus futurũ sit ubi tibi referre gratiam possint: hoc
te officio remunerẽt. Et quoniam i amicorũ studiis hæc omnis oratio uersatur qui

locus in hoc genere cauendus sit prætermittendum nō uidetur fraudis atq; insidiarum: & perfidiæ plena sunt omnia. Nō est huius temporis perpetua illa de hoc genere disputatio. Quibus rebus beniuolus & similator diiudicari possit. Tātum est huius temporis admonere summa tua uirtus eosdem homines & similare tibi esse amicos & inuidere coegit: Quamobrem ἐπιχαρμὲτον illud teneto neruos atq; artus esse sapientiæ non temere credere: & cum tuorum amicorum studia cōstitueris tum etiam obtrectatorum atq; aduersariorum rationes & genera cognoscito. Hæc tria sunt unum ex iis quos læsisti, alterum q sine causa nō amāt, tertium q competitorum ualde amici sunt. Quos læsisti cum cōtra eos pro amico diceres, his te purgato plane, necessitudines cōmemorato: in spem adducito, te in eorum rebus si se in amicitiam cōtulerint: pari studio atq; officio futurum spondeto. Qui sine causa nō amant eos: aut beneficio, aut spe, aut significādo tua erga illos studia futura deliniēs: dans operam: ut de illa animi prauitate deducas. Quorum uolūtas erit abste ꝓpter competitorum amicitias alienior. His quoq; inserui oratione q̄ superioribus: & si probare poteris te in eos ipsos cōpetitores tuos beniuolo esse aio ostēdito. Quoniā de amicitiis constituendis satis dictum est: dicendum est de illa altera parte petitionis quæ in populari ratione uersatur. Ea desiderat nomen: elationem blanditiā: assiduitatem: benignitatē rumorem: spem in re publica. Primū id quod facis ut hoies noris significa ut appareat: & auge ut quotidie melius fiat. Nihil mihi tā popularе: neq; tam gratum uideturt Deinde id quod natura nō habes induc i animum ita simulandum esse: ut natura facere uideare nō cōmittas tibi necesse est ea quæ bono ac suaui homine digna sunt. Sed opus est magnopere blanditia quæ etiam si uitiosa est: & turpis in cætera uita: tamen in petitione necessaria. Tibi enim cum deteriorem aliquem assentando facit: improba est: cum amicioreē: nō tā uituperanda. Petitioni uero necessaria est: cuius & frons & uultus: & sermo ad eorum quoscunq; conuenerit sensum: & uoluntatem cōmutandus est. Iam assiduitatis nullum est præceptum uerbumq; ipsum docet quæ res sit. Prodest quidem uehementer nusquam deesse. sed tamen hic fructus est assiduitatis nō solum esse Romæ atq; i foro: sed assidue petere sæpe eosdem appellare: non committere ut quisquā possit dicere qđ eius sic cōsequi possis: si abste non sit rogatū & ualde ac diligenter rogatū. Benignitas autem late patet: & est in re familiari: Quæ quanquā ad multitudinē peruenire nō potest: tamē ab amicis laudatur multitudine grata ē. Est i conuiuiis quæ facere te oportet & amicis tuis concelebrentur: & passim & tributim. Est etiam in opera quam per uulga & cōmunica cura: ut aditus ad te diurni atque nocturni pateāt: neq; foribus solum edium tuarū: sed etiam uultu & fronte q̄ est animi ianua. Quæ si significant uoluntate abditam esse ac retrusam parui refert patere hostium: homines enim non modo promitti sibi præsertim quod a candidato petant: sed etiam large ac honorifice promitti uolent. Quare hoc quidem facile præceptum est: ut quod aucturus sis id significes te studiose ac libenter eē facturū. illud difficilius: & magis ad tempus quam ad naturā accōmodatū tuam quod facere non posses: ut id iucunde neges: quorum alterum est boni uiri: alterum boni petitoris. Nam cum id petitur quod honeste: aut sine detrimento nostro promittere non possumus. Quomodo si quis roget ut contra amicum aliquam causam recipiamus: belle negandum est: ut ostendas necessitudinē, demōstres q̄ moleste feras:

aliis te id rebus exacturum esse persuadeas. Audiui hoc dicere quendam de qbus/dam oratoribus ad quos causam suam detulisset, gratiorem sibi orationem fuisse q negasset q̄ illius qui recepisset. Sic homines fronte & oratione magis q̄ ipso benefi cio req; capiuntur. Verum hoc probabile est: illud alterum subdurum tibi homi/ni Platonico sua dare. Sed tamē tempori tuo consulā. Quibus enī te propter aliqd̄ officium necessitudinis affuturum negaris: tamen si possunt abs te placati equiq; di scedere. Quibus autem iccirco negaris q; te impeditum esse dixeris: aut amicorum negociis: aut grauioribus causis: aut ante susceptis: inimici discedūt: omnes qui hoc animo sunt: ut sibi te mentiri malint q̄ negare. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat se operam suam quod non contra officiū rogaretur pollicerī solere omni/bus impartire his apud quos optime poni arbitraret: ideoq; se negare memini qd̄ sæpe accidere causa cur is qui pollicitus eēt uacuus foret plus q̄ putasset: neq; posse domum eius compleri qui tantummodo reciperet quantum uideret se obire pos/se casu fieri: ut agantur ea q̄ nō putaris, illa quæ credideris in manibus eē: ut aliqua de causa non agantur. Deinde esse extremum: ut irascatur is cui mendacium dixe/ris id si promittas: & incertum ē: & i diē: & i paucioribus. Si autem id negas: statim abalienant se & inimicantur. Plures enim multo sunt qui rogant: ut uti liceat opera alterius q̄ qui utantur. Quare satius est ex iis quos aliquando tibi in foro irasci q̄ omnes continuo: domi præsertim cū multomagis irascantur: iis qui negent q̄ iis q uideāt ea causa impeditum ut facere quod promisit cupiat si ullo modo possit: Ac ne uidear aberrasse distributione mea qui hæc i hac populari parte petitiōis dispu tem, hoc sequor. Hæc omnia non tam ad amicorū studia q̄ ad popularem famam pertinere: & si inest aliquod dictum ex illo genere benigne respondere: studiose in seruire negociis amicorū ac periculis. Tamen hoc loco ea dico qbus multitudinē capere possis: ut de nocte domus compleatur: ut multi spe tui præsidii teneantur ut amiciores abs te discedant q̄ accesserūt: ut q̄plurimorum aures optimo sermo/ne cōpleantur. Sequtur enī ut de rumore dicēdū sit. Cui maxime seruiēdū ē. Si quæ dicta sunt omni superiori oratione eadem ad celebrādū rumorē ualent: dicēdi laus studia publicanorū: & equestris ordinis hoium nobiliū uolūtas adolescentulorum frequentia eorum q abs te defensi sunt: assiduitas ex municipiis multitudo eorum: quos tua causa uenisse appareat: bene hoies nosse comiter appellare assidue ac dili genter petere: benignum ac liberalē eē: bene loq; æstimare: domus ut multa nocte cōpleatur: oium generū frequētia assit satisfiat oratio ne omnibus re operaq; multis ꝓficiatī id quod fieri potest labore & arte: & diligentia: nō ut ad populū ab iis om/nibus fama pueniat: sed ut iis studiis populus ipse uersetur. Iam urbanā illā multitu dinē: & eor; studia qui cōtiones tenēt quæ adeptus es i Pōpeio ornādo: i Mallii cā recipiēda, Cornelio defendēdo excitāda nobis sunt quæ adhuc habuit nemo: ut si/mul idem splendorem hoium: uoluntates q; haberet. Efficiendū q; etiam illud est: ut sciant omnes, Cn. Pom. summam apud te esse uoluntatem: etiam uehementer ad illius rationes te id assequi: quod petis pertinere. Postremo tota petitio cura: ut pō pæ plena sit: ut illustris: ut splendida: ut popularis: ut habeat summam speciem ac di gnitatem: ut etiam si quid posset ne cōpetitoribus existat: aut sceleris: aut libidinis: aut largitionis accōmodata ad eorum mores & infamiā. Atq; ēt in hanc petitionē maxime uidendum est, ut spes, R. P. bona de te sit & honesta opinio, Nec ta/men in periculo, R. P. capessenda est neq; in Senatu: neq; in cōcione. Sed hæc sunt

retinenda tibi;ut Senatus te existimet ex eo q̄ ita uixeris defensorē auctoritatis suæ fore.Et equites Ro.boni & locupletes ex uita acta te studiosum ocii ac rerum tranquillarum multitudo: ex eo dumtaxat q̄ oratione in concionibus ac iudicio popularis fuisti te a suis commodis alienum non futurum.Hæc mihi ueniebant in mentē de duabus illis commotionibus matutinis: quo tibi quottidie ad forum descendenti meditandum esse dixeramus.Nouus sum.Consulatum peto.Tertium restat. Roma est ciuitas ex nationum conuentu constituta;in qua multæ insidiæ; multa falacia multa in omni genere uitia uersentur;multorum arrogantia;multorum contumacia;multorum maliuolentia;multorum superbia;multorum odia ac molestia perferenda est;Video esse magni consilii atq; artis in tot hominum cuiusq; modi uitiis tantisq; uersantem uitare insidias esse unū hoiem accōmodatū ad tantam morum ac sermonum ac uoluntatum uarietatem.Quare etiam atq; etiam perge tenere istā uiam quam instituisti excellere dicendo;hoc etiam tenentur Romæ homines & alliciuntur;& ab impediendo ac lædendo repelluntur.Et quoniam in hoc uel maxime uitiosa est ciuitas q̄ largitione interposita uirtutis ac dignitatis obliuisci solet in hoc fac ut bene noris;ideſt ut intelligas eum esse te qui iudicii ac periculi metum maximum competitoribus afferre possis;fac itaq; ut se abs te custodiri atq; obseruari sciant;cum diligentiam tuā tū auctoritatē uimq; dicendi;tū profecto equestris ordinis erga te studium pertimescent.Atq; hæc ita te uolo illis proponere;ut uidеare occasionē meditari.Sed hoc terrore facilius hoc ipsum qđ agis cōsequare.Et plane sic contende omnibus neruis ac facultatibus;ut adipiscamur quod petimus. Video esse nulla comitia tam iquinata largitione quibus nō gratis aliquæ cēturiæ renuncient,suos maxime necessarios.Quare si aduigilamus pro rei dignitate: & si nostros ad summū studiū beniuolos excitamus;& si hominibus studiosis gratio sisq; nostri suum cuiq; minus describimus: & si competitoribus indicia proponimus.si ex equestribus metum iniicimus.diuisores ratione aliqua coercemus: perfici potest ut largitio nulla fiat;aut nihil ualeat.Hæc sunt quæ putaui nō melius scire me q̄ te;sed facilius his tuis occupationibus colligere unum in locū posse: & ad te perscripta mittere.quæ tam ita scripta sunt;ut nō ad omnes q honores petāt;sed ad te proprie;& ad hanc petitionem ualeāt.Tamen si qd mutandum esse uidebitur aut omnino tollendum;aut si qd erit præteritum uelim hoc mihi dicas.Volo enim hoc cōmentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

Q.Ciceronis de petitione consulatus ad.M. Tullium Libelli Primi.

M. Tullii Ciceronis de fato Liber Incipit.

Via pertinet ad mores quos ἠθικὰ græci uocãt nos eã partẽ philosophiæ de moribus appellare solemus. Sed decet augentẽ linguã latinã noiare molarem explicãda uis ẽ ratioq; enũciationũ: quæ græci ἀξιώματα uocãt q̃ de re futura cũ aliquid dicunt deq; eo quod fieri possit: aut nõ possit: quã uim habeãt obscura quæstio est: quã περὶ τῶν ἀξιωμάτων appellãt. Totaq; est logicæ: quã rationem differendi uoco: quod autem in aliis libris feci: qui sunt de natura deorũ: itẽque in his quos de diuinatiõe edidi: ut in utrãq; partẽ perpetua explicaret oratio: quo facilius id a quoq; probaret: quod cuiq; maxime probabile uideret in hac disputatione de fato casus quidã ne facerẽ impediuit. Nã cum essem in puteolano: hirciusq; noster consul designatus iisdẽ in locis uir nobis amicissimus & his studiis in quibus nos a pueritia uiximus deditus: multũ una eramus maxie nos quidẽ exquirentes ea cõsilia quæ ad pacẽ: & ad cõcordiã ciuium pertinerẽt. Cũ enim omnes post interitũ cæsaris nouarũ pturbationũ causæ quæri uiderent: hisq; eẽ occurrẽdũ putaremus: ois fere nostra in his deliberationibus cõsumebat oro: idq; & sæpe alias: & quodam liberiore q̃ solebat. Et magis uacuo ab interuẽtiõibus die cũ ille ad me uenisset: prio illa quæ erãt quottidiana: & quasi legitima nobis de pace: & de ocio: qbus acceptis qd ergo inquit ille: qñ oratorias exercitatiões nõ tu: ut spero: reliqsti: sed certe philosophiã illis anteposuisti: possũ ne aliqd audire: tu uero inquã uel audire: uel dicere: Nec enĩ illud: quod recte existimas oratoria illa studia deseruí: qbus ẽt te icẽdi q̃ flagrãtissimũ acceperã: nec ea quæ nũc cõtracto minuũt: sed augẽt potius illã facultatẽ. Nã cũ hoc genere philosophiæ: quod nos sequimur: magnã hẽt orator societatẽ: subtilitatẽ enĩ ab academia mutuat. Et ei uicissim reddit ubertatẽ oratiõis & ornamẽta dicẽdi quãobrẽ inq̃ quoniã utriusq; studii nostra possessio ẽ. Vtro fruí malis: optio sit tua. Tũ hircius gratissimũ inqt: & tuo⁹ oium simile: nihil enĩ unq̃ abnuit uolũtas tua meo studio: sed quoniã rhetorica nostra mihi sunt nota: teq; in his audiuimus fæpe & audiemus: atq; hãc academicorũ cõtra ꝓpositũ disputãdi cõsuetudinẽ indicat te suscepisse tusculanæ disputatiões: ꝓponere aliqd ad qd audiã si tibi nõ ẽ molestũ uolo. At mihi inquã põt qcq̃ eẽ molestũ qd tibi gratũ futurum sit: sed ita audies: ut romanũ hoiem: ut timide ingrediẽtẽ ad hoc genus disputandi: ut lõgo iteruallo hæc studia repetentẽ. Ita inqt audiã te disputãtẽ ut ea lego quæ scripsisti ꝓ inde ordire: Cõsideramus hirci: quorũ in aliis. Vt in antipatro poeta: ut in brumali die natis: ut in simul ægrotãtibus fratribus: ut i urina: ut i unguibus: ut in reliqs eius modi naturæ cõtagio ualeret: quã ego nõ tollo: uis ẽ nulla fatalis. In aliis aũt fortuita quædã esse possunt. Vt i illo naufragio: ut i icadio. Vt i daphyta: quædam etiam possidonius: pace magistri dixerim: cõminisci uidet: sunt inquã absurda: quid enim si daphytæ fatũ ita fuit de equo cadere atq; ita perire: ex hoc ne equo: qui cũ equus nõ esset nomẽ hẽbat alienũ: aut Philippus hasce i capulo q̃drigulas uitare monebatur: quasi uero capulo sit occisus: quid autẽ hoc magnã ut naufragũ illũ sine nomie esse in riuo lapsum: quãq̃ huic: quid enim scribit hoc prædictũ in aqua esse pereundum ne hercule & icadii prædonis quidem uideo fatum ullum. Nihil enim scribit ei ꝑdictũ: qd mirũ igitur ex spelũca saxũ in crura eius incidisse: puto. n. si icadius tũ i spelũca nõ fuisset saxũ tñ illud casurũ fuisse: nã aut oio nihil est fortuitũ: aut hoc ipsum potuit euenire fortũa. Quæro igit atq; hoc late patebit si fati oio: nullũ nomẽ:

nulla natura: nulla uis esset: & forte temere. Casu aut plæraq; fierēt: aut oia nū aliter ac nūc eueniūt, euenirēt: quid ergo attinet inculcare fatū: Cum sine fato ratio omnium rerū ad naturā fortunāue referat: sed posidoniū sicut æquū est cū bona gratia dimittamus. Ad chrysippi laqueos reuertamur. Cui primū quidē de ipsa rerū cōtagione respōdeamus: reliqua postea psequemur. Inter locorū naturas q̄tum interſit uideamus: alios esse salubres: alios pestilētes: in aliis eē pituitosos: & quasi redūdantes: i aliis exiccatos: atq; aridos: multaq; sunt alia: quæ iter locū & locū plurimū differāt: athenis tenue cœlū: ex quo ēt acutiores putāt attici: Crassum thebis: itaq; pingues thebani: & ualētes: tū neq; illud tenue cœlū efficiet ut aut zenonem qs aut Archeſilā: aut Theophrastū nō audiat: neq; Crassum ut nemea potiusq̄ isthmo uictoriā petat: diſſiunge lōgius: qd enī loci natura afferre pōt ut in porticu pōpeii potiusq̄ i cāpo ambulemus: tecū quā cū alio: idibus potiusq̄ calēdis: ut igitur ad quasdam res naturas loci ptinet aliqd ad quasdā āt nihil: sic astrorū ualeat affectio: si uis ad q̄sdā res ad oēs certe nō ualebit: at enī quoniā i naturis hominū dissimilitudines sunt: ut alios dulcia alios subamara delectāt: alii libidinosi: alii iracūdi: aut crudeles: aut superbi sint: alii talibus uitiis abhorreāt. quoniā igitur inquit tm̄ natura a natura distat qd mirū est has dissimilitudines ex differētibus causis eē factas: Hæc differens quade re agatur: & in quo casu consistat nō uidet: non enim si alii ad alia propensiores sunt propter causas naturales & antecedētes: nā tum nihil esset i nostra potestate si res ita haberet: nūc uero fatemur acuti hebetesue ualētes imbecilliue simus nō esse id in nobis quod aūt ex eo cogi putat ne ut sedeamus quidē: aut ambulemus uolūtatis eē is nō uidet quæ quāq; rem res cōsequatur: ut enī & ingenioſi & tardi ita nascantur antecedētibus causis: itēq; ualentes & ibecilli. Non sequitur tn̄ ut & sedere eos & ambulare: & rē agere aliquā pricipalibus causis definitū: & cōstitutū sit. Stilponē megaritū philosophū acutū sane hoiem: & pbatū tpibus illis accepimus: hūc scribūt ipsius familiares & ebriosum & mulieroſum fuisse: neq; hoc scribūt uitupe rātes: sed potius ad laudē: uitiosam. n. naturā ab eo sic domitā: & cōpssam eē doctrina: ut nemo unq̄ uinolētū illū: nemo i illo libidinis uestigiū uiderit: qd Socratē: non ne legius quēadmodū notarit Zophyrus Physognomō: q se pfitebat hoium mores naturasq; ex corpe: oculis: uultu: fronte: pnoscere: stupidū eē Socratē dixit & bardū: qd iugula cōcaua n̄ hēret obstructas eas ptes & obturatas eē dicebat: addidit ēt mulieroſum: i quo alcibiades dr̄ cachinū sustulisse: sed hæc ex naturalibus causis uitia nasci possunt: extirpari āt & funditus tolli: ut is ipse qui ad ea ppēsus fuerit a tantis uitiis auocetur: nō ē id positū i naturalibus causis: sed i uolūtate studio: disciplia q̄ tollūtur oia: si uis & natura fati ex diuinatiōis rōne firmabit: &. n. si ē diuinatio q̄libet natura a pceptis artis pficiscit: pcepta appello quæ dicūt græce ὑφηγήματα: nō enī credo nullo pcepto ante cæteros artifices uersari i suo munere: aut eos q diuinatione utātur futura pdicere. Sūt igit astrologoꝝ pcepta huiusmodi: si qs uerbi causa oriente canicula natus ē: i mari nō morietur. Vigilia chrysippe ne tuā cām in qua tibi cū Diodoro ualēte dialectico magna luctatio est: deseras. si. n. ē uerū quod ita cōnectit: si quis oriēte canicula natus est i mari nō morietur: illud quoq; uerū ē: si fabius oriente canicula natus ē fabius in mari nō morietur. pugnant igitur hæc inter se. fabium oriente canicula natum & fabium in mari moriturū eē: & quoniam certum in fabio ponitur natum esse eum canicula oriente: hæc quoq; pugnant & esse fabiū & in mari eē moriturum. ergo hæc quoq; coniunctio est ex repugnantibus:

& ẽ fabius & in mari fabius morietur.quod ut propoſitũ ẽ ne fieri quidẽ poteſt. ergo illud morietur in mari fabius:ex eo genere eſt quod fieri nõ poteſt.omne er go quod falſum dicitur i futuro id fieri nõ poteſt.At hoc chryſippe miníme uis ma ximeq; tibi de hoc ipſo cũ Diodoro certamen eſt.Ille enim id ſolũ fieri poſſe dicit qđ aut ſit uerũ:aut futurũ ſit uerũ & qcquid futurũ ſit id fieri neceſſe eſſe:& quic/ quid nõ ſit futurũ id negat fieri poſſe:tu etiam quæ nõ ſunt futura poſſe fieri dicis: ut frãgi gẽmã hãc etiã ſi id nunq̃ futuꝝ ſit.neq; neceſſe fuiſſe cypſellũ regnare cori thi:quanq̃ id milleſimo ante anno apollinis oraculo editũ eſſet at ſi iſta cõprobabis diuina prædita & quæ falſa in futuris dicũtur:in his habemus ut ea fieri nõ poſſint ut ſi dicatur Africanũ carthaginem potiturũ:& ſi uere dicatur de futuro idq; ita fu turũ ſit dicas eſſe neceſſariũ: quæ eſt tota Diodori uobis inimica ſentẽtia: & enĩ ſi illud uere cõnectitur ſi oriente canicula natus eſt in mari nõ morietur: primũq; qđ eſt in cõnexo natus eſt oriente canicula neceſſariæ eſt:omnia enim neta in præteri tis neceſſaria ſunt:ut Chryſippo placet diſſentiẽtia magiſtro Cleãthe:quia ſũt ĩmu tabilia nec in falſum e uero præterita poſſunt cõuerti.ſi igitur quod primũ i eo cõ nexo eſt neceſſariũ eſt:ſit etiã quod cõſequitur neceſſariũ: quanq̃ hæc Chryſippo non uidentur ualere in oĩbus:ſed tamẽ ſi naturalis eſt cauſa cur in mari fabius non moriatur:i mari fabius mori nõ poteſt.hoc loco chryſippus eſtuans falli ſpat chal dæos cæteroſq; diuinos:neq; eos uſuros eſſe cõiunctionibus ut ita ſua præcepta ꝓ nũcient:ſiquis natus eſt oriente canicula:is in mari non morietur: ſed potius ita di cãt:nõ & natus eſt qs oriente canicula & is i mari morieť.O licẽtiã ioculare.ne ip ſe incidat in Diodorũ docet chaldæos quo pacto eos exponere p̃cepta oporteat. quæro enĩ ſi chaldæi ita loquãtur ut negationes infinitarũ coniunctionũ potiuſq̃ i finita cõnexa ponant.cur idẽ medici:cur geometres:cur reliqui facere nõ poſſunt Medicus in primis quod erit ei perſpectũ in arte nõ ita ꝓponet:ſi cui uenæ ſic mo uentur is habet febrem & is febrem non habet. Itemq; geometres nõ ita dicet ſi i ſphæra maximi orbes medii iter ſe diuidũtur:ſed potius illo modo nõ:& ſũt i ſphæ ra maximi orbes:& hi nõ medii iter ſe diuidũtur qđ eſt quod non poſſit iſto modo ex cõnexo tranſferri ad cõiunctionum negationẽ:& quidẽ aliis modis eaſdem res efferre poſſumus.modo dixi i ſphæra maximi orbes medii inter ſe diuiduntť:poſ/ ſum dicere:ſi i ſphæra maximi orbes erũt.poſſũ dicere qa in ſphæra maximi orbes erũt multa ſunt genera enunciandi:nec ullũ diſtortius q̃ hoc quo Chryſippus ſpat chaldæos cõtentos ſtoicorũ cauſa fore:illorum tamen nemo ita loquitur:maius ẽ enĩ has cõtortiones orationis q̃ ſignorũ ortus:obituſq; ꝓdiſcere:ſed ad illã Diodo ri cõtẽtionem quã περὶ ἀδύνατον appellant reuertamur:in qua quid ualeat id qđ fie ri poſſit inquirit.placet ergo Diodoro id ſolũ fieri poſſe quod aut uerũ ſit: aut ue rum futurũ ſit:qui locus attingit hanc quæſtionẽ nihil fieri quod nõ neceſſe fuerit & quicquid fieri poſſit id aut eſſe iã: aut futurũ eſſe:nec magis cõmutari ex ueris i falſa poſſe ea quæ futura ſunt quidẽ q̃ ea q̃ facta ſunt:ſed in factis ĩ mutabilitatẽ appa rere in futuris quibuſdã quia nõ apparẽt.ne in eſſe quidẽ uideri:ut in eo qui mor/ tifero morbo urgeať uerũ ſit hic morieť hoc morbo:at hoc idẽ ſi uere dicatur i eo in quo tanta uis morbi non appareat nihilominus futurũ ſit.Ita fit ut cõmutatio ex uero in falſũ ne in futuro quidẽ ulla fieri poſſit.nã morieť Scipio talẽ uim hẽt ut q̃q̃ de futuro dicať tñ id ñ poſſit cõuerti i falſũ:de hoie.n.dr̃ cui neceſſe ẽ mori.ſic ſi di ceret moriet noctu i cubiculo ſuo ui oppꝛſſus Scipio ueꝛ diceret:id.n.foꝛ diceret

quod eēt futurū: futuꝝ ãt fuisse ex eo quia factū ē intelligi debet: nec magis erat uerum morietur Scipio q̄ morietur illo mō: nec minus necesse mori Scipioi q̄ illo mō mori: nec magis mutabile ex uero i falsum necatus est Scipio quā necabitur scipio Nec cū hæc ita sint ē causa cur Epicurus ꝓtimescat fatū: & ab atomis petat præsidiū easq; de uia deducat & uno tēpore suscipiat res duas inenodabiles unam ut sine cā fiat aliquid ex quo existet ut de nihilo quippiā fiat quod nec ipsi: nec cuiq̄ physico placet: alterā ut cum duo īdiuidua ꝓ inanitatē ferantur alterū e regione moueatur: alterum declinet: licet enim epicuro cōcedenti oē enūciatū aut ueꝝ: aut falsum esse nō uereri ne oīa fato fieri sit necesse: nō enī æternis causis naturæ necessitate manātibus uerū est id quod ita enūciatur descēdit in academiā carneades: nec tamen sine causis: sed interest īter causas fortuito antegressas: & īter causas cohibentes i se efficiētiā naturalē: ita & semper uerū fuit: morietur Epicurus cū duos & septuaginta annos uixerit archonte pytharato: neq; tñ erāt causæ fatales cur ita accideret: sed quod ita accidisset certe causaꝝ sicut accidit fuit: nec hi qui dicunt immutabilia esse quæ futura sint nec posse uerum futurum conuertere in falsum fati necessitatem cō firmāt: sed uerboꝝ uī iterprætantur: ac qui introducūt causarū seriem sempiternam hi mētē hominis uoluntate libera spoliatā necessitate fati deuincunt: sed hæc hactenus: alia uideamus: Cōcludit enī chrysippus hoc mō si est motus sine causa non omnis enūciatio quod ἀξιῶμα dialectici appellāt: aut uera aut falsa erit causas enī efficiētes: quod nō habebit id nec uerū nec falsum erit: omnis autem enunciatio: aut uera aut falsa est: motus ergo sine causa nullus est: quod si ita est oīa quæ fiūt causis fiunt antegressis: id si ita est: fato oīa fiunt: efficitur ergo fato fieri quæcunq; fiant. Hic primum mihi si libeat assentiri Epicuro & negare omnem enunciationem: aut uerā esse: aut falsam: eā plagam potius accipiam quam fato oīa fieri comprobem. Illa enī snīa aliquid habet disputatiōis. Hæc uero nō est tolerabilis. Itaq; contēdit oēs neruos Chrysippus ut persuadeat omne ἀξιῶμα: aut uerum esse: aut falsum: ut enī Epicurus ueretur ne si hoc concesserit concedendum sit omnia fato fieri quæcunq; fiant si alterum: si neutrum ex æternitate uerum sit: esse id ēt certum: & si certum: necessariū: ita & necessitatē & fatū confirmari putat sic chrysippus metuit: ne si nō obtinuerit omne quod enuncietur: aut uerum esse: aut falsum omnia fato fieri possint & ex causis æternis rerum futurarum: sed epicurus declinatione atomi uitari fati necessitatem putat, itaq; tertius quidem modus oritur extra pondus & plagam cū decliat atomus īteruallo minimo id appellat ἐλάχιστον quam declīationem sine causa fieri si mius uerbis recogitur confiteri: non enī atomus ab atomo pulsa declinat. nam qui potest pelli alia ab alia si grauitate feruntur ad perpendiculum corpora in diuidua a rectis lineis: ut Epicuro placet: sequitur enī ut si alia ab alia nunq̄ depellatur ne contigat quidem alia aliam ex quo efficitur ut iam si sit atomus eaq; decliet: decliare sine causa, hanc Epicurus rationem iduxit ob eam rem quod neritus est ne si semper atomus grauitate feratur naturali ac necessaria nihil liberum nobis eēt cū ita moueretur animus ut atomorum motu cogeretur: id Democritus auctor a tomorū accipere maluit ex nec essitate oīa fieri, q̄ a corporibus indiuiduis naturales motus auellere. Acutius Carneades qui dicebat posse Epicureos suam causam sine hac cōmēticia declīatione defendere. Nam cum doceret eē posse quēdam aī motū uoluntariū id fuit defendi melius q̄ introducere declīationē: cuius pīsertim cām reperire nō possunt: quo defenso facile Chrysippo possent resistere. Cū, n, concess

ſiſſent motū nullum eſſe ſine cauſa;nō cōcederent omnia quæ fierēt fieri cauſis antecedentibus,uoluntatis enī noſtre nō eſſe cauſas exteruas; & antecedētes. Cōmuni igitur cōſuetudine ſermonis abutimur cū ita dicimus;uelle aliquid quēpiam,aut nolle ſine cauſa,ita enī dicimus ſine cauſa; ut dicamus ſine externa & antecedente cauſa nō ſine aliqua;ut cum uas inane dicimus;non ita loquimur;ut phyſici quibus inane eſſe nihil placet;ſed ita ut uerbi cauſa ſine aqua;ſine uino;ſine oleo uas eſſe dicamus. ſic cum ſine cauſa animum dicimus moueri;ſine antecedenti & externa cauſa moueri;nō omnino ſine cauſa dicimus;de ipſa atomo dici poteſt cū per inane moueat grauitate; & pōdere ſine cā moueri;qa nulla cauſa accedat extrīſecus. Rurſus aūt ne oēs phyſici irrideamur ſi dicamus quicq̄ fieri ſine cauſa diſtīguendū eſt; & ita dicendū ipſius idiuiduī hāc eſſe naturam,ut pondere & grauitate moueatur, eamq; ipſam eē cauſam cur ita feratur;ſimiliter ad animorum motus uoluntarios nō eſt exquirēda externa cauſa motus enī uolūtarius; eā naturā ī ſe ipſe cōtinet; ut ſit ī noſtra poteſtate;nobiſq; pareat nec id ſine cauſa;eius enim rei cauſa ipſa natura eſt,quod cū ita ſit quid eſt cur non omnis pronunciatio;aut uera;aut falſa ſit;niſi cū conceſſerimus fato fieri quæcunq; fiant,quia fatura uera inquit non eſſe poſſunt; ea quæ cauſas cur fatura ſint non habent, habeant igitur cauſas neceſſe eſt ea quæ uera ſint ita cū euenerint fato euenerit confectū negociū;ſi quidē tibi concedē dum eſt;aut fato oīa fieri;aut quicq̄ poſſe fieri ſine cauſa,an hæc enūciatio aliter uera eſſe nō poteſt capiet numātiā Scipio niſi ex æternitate cauſa cauſam ferens hoc erit effectura;an hoc falſum potuiſſet eſſe ſi eſſet ſexcētis ſæculis ante dictū; & ſitū nō eſſet;uera hæc enūciatio;Scipio numātiā capiet;ne illa quidē uera eſſe uera eſt hæc enūciatio capiat numātiā Scipio,Poteſt igitur quicq̄ factū eē qđ non fuerit uerum futurū eſſe;nam ut præterita ea uera dicimus;quorū ſuperiore tempore uera fuerunt inſtantia;ſic futura quorū conſequenti tempore uera erūt inſtantia ea uera dicemus,nec ſi omne enuntiatum;aut uerum;aut falſum eſt,ſequitur ilico eſſe cauſas imutabiles;eaſq; æternas quæ prohibeāt quicq̄ ſecus cadere atq; caſurū ſit. fortuitæ ſunt cauſæ quæ efficiant;ut uere dicantur quæ ita dicāt cato ī ſenatum ueniet nō icluſæ in rerū natura atq; mundo;& tamen tam eſt imutabile uenturū cum ē uerum quam ueniſſe;nec ob eam cauſam fatū aut neceſſitas extimeſcenda eſt; & enī erit confiteri neceſſe ſi hæc enuntiatio ueniet in tuſculanū hortēſius uerum non eſt ſequitur ut falſum ſit;quorū iſti neutrū uolunt, quod fieri nō poteſt,nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur,appellatur,n,a philoſophis ἀργὸς λογὸς cui ſi pareamus nihil eſt oīno quod agamus in uita,ſic enim iterrogāt ſi fatum tibi ē ex hoc morbo cōualeſcer;ſiue tu medicū adhibueris;ſiue ñ conualeſces;itē ſi fatum eſt tibi nō conualeſcere;ſiue medicū adhibueris;ſiue non conualeſces; & alterutrū fatū eſt,medicū ergo adhibere nihil attinet,recte genus hoc iterrogationis ignauū atq; iners nominatū eſt;quod eadem ratione omnis e uita tollatur actio,licet etiam imutare;ut fati nomē nō adiungas,& eandem teneas ſententiā hoc modo ſiue adhibueris medicū;ſiue nō cōualeſces;ſi ex æternitate uerum hoc fuit ex iſto morbo cōualeſces;ſiue adhibueris medicū;ſiue nō itemque; ſi ex æternitate falſum hoc fuit ex iſto morbo nō conualeſces;ſiue adhibueris medicū;ſiue non adhibueris nō cōualeſces,deinde cætera,Hæc ratio a chryſippo reprehēditur;quædā enī ſunt iqt ī rebus ſimplicia;quædā copulata,ſimplex ē,morietur illo die Socrates huic;ſiue qđ fecerit;ſiue nō fecerit finitus ē moriēdi dies;at ſi ita fatū ſit naſcet oedipus laio nō pote

rit dici; siue fuerit latius cum muliere siue nō fuerit. Copulata enim res est: & cōsa talis. sic enī appellat; quia ita cōfatale sit esse cōcubiturū cū uxore laiū; & ex ea œdi pum procreaturū; ut si esset dictū luctabitur olympiis milon & referet aliqd ergo; siue adhibuerit aduersariū; siue nō luctabitur; erraret. est enim copulatū luctabit; qa sine aduersario nulla est luctatio. oēs igitur huius generis captiones eodē modo re fellūtur; siue tum adhibueris medicū; siue nō cōualescēs captiosum. tam enī ē fatale medicū adhibere quam conualescere; hæc ut dixi cōfatalia ille appellat. Carneades Genus hoc totum nō probabat; & nimis iconsiderate cōcludi hāc rationē putabat Itaq; præmebat alio modo nec ullā adhibebat calūniā; cuius erat hæc conclusio si oia antecedētibus causis fiunt omnia naturali colligatione conserta cōtextaq; fiūt qd si ita est oia necessitas efficit; id si uerū est nihil est i nostra ptāte; est āt aliqd i nostra potestate. at si oia fato fiunt oia causis antecedentibus fiūt. nō igitur fato fiunt quæcūq; fiunt. hoc arctius stringi ratione nō potest; nam siqs uelit idē referre atq; ita dicere; si omne futurū ex æternitate uernm est; ut ita certe eueniat quēadmodū sit futurū oia necesse est colligatiōe naturali cōserte cōtexteq; fieri nihil dicat. multum enī differt utrū causa naturalis ex æternitate futura uera efficiat; an etiam sine æternitate naturali futura quæq; sint ea uera eē possint itelligi. Itaq; dicebat Carneades ne apollinē qdē futura posse dicere; nisi ea quorū causas natura ita cōtineret ut ea fieri necesse esset qd enī spectās deus ipse diceret marcellū eū q ter cōsul fuit i mari esse piturū. erat qdē hoc uerū ex æternitate; sed causas efficientes id nō habebat; ita ne pterita quidē ea quorū nulla signa tāq; uestigia extarent apollini nota esse censebat; quominus futura. Causis enī efficiētibus quāq; rem cognitis. posse deniq; sciri quod futurum esset: ergo nec de œdipo potuisse apollinē pdicere nullis i rerū natura causis ppositis cur ab eo patrē iterfici necesse esset; nec quicq; eius modi. Quocirca si stoicis qui oia fato fieri dicūt cōsentaneū est huiusmodi oracula cæterāq; q ad diuinationē pertinēt cōprobare; hæc aūt quæcūq; futura sūt ea uera eē ex eternitate dicūt nō idem dicēdū est. Vide nō eadē sit illorū causa & stoicorū. Hi enī urgentur angustiis illorū. ratio soluta ac libera est quod si cōcedatur nihil posse euenire nisi causa antecedente quid ꝓficiatur si ea causa nō æternis causis apta ducatur. Causa aūt est q id efficit cuius ē causa ut uulnus mortis; cruditas morbi ignis ardoris; itaq; nō sic causam itelligi oportet; ut quod cuiq; antecedat idē causa sit. Sed qd cuiq; efficiēter antecedat id & causa sit; nec quod i cāpū descēderim id fuisse causæ cur pila luderē; nec hecubā cām iteritus fuisse troianis quod Alexādrū genuerit; nec Tyndareū causam Agamenoni quod Clytēnestrā. hoc enī modo uiator bene uestitus causa foret cur à crassatore expoliaretur ex hoc genere illud ē ennii. Vtinā ne i nemore pelio securibus cæsæ cecidissent abiegnæ ad terrā trabes; licuit uel altius utinā ne in nēore pelio nata ulla unq; esset arbor; etiā supra utinā ne esset mons ullus pelius similiterq; repetētem regredi in infinitū licet. Neue ide nauis inchoādæ exordiū cœpisset. Quorsum hæc pterita; qa sequit illud. nā nunq; hera errās mea domo efferret pedē. Medea aio ægro; amore sæuo saucia. non ut hæres causam afferret amoris; interesse aūt aiunt utrū eiusmodi qd sit sine quo aliqd effici nō possit; an eiusmodi cū quo aliquid effici necesse sit; nulla igit earū ē causa; quia nulla earū eā rē sua ui efficit; id cuius causa dicit. nec id sine quo ꝓpiā nō sit causa ē sed id quod cū accessit id cuius ē causa efficit necessario. nōdū enī ulcerato serpētis morsu philocteta; quæ causa in rerū natura cōtinebat; fore ut is in insula lemno

linqueretur, post autem causa fuit propior; & cum exitu iūctior. Ratio igitur eue
tus aperit causam; sed ex æternitate uera fuit hæc enūciatio; relinquetur i ísula lem
no philoctenes, nec hoc ex uero i falsum poterat cōuerti, nec ē enī i rebus cōt rari
is duabus. Cōtraria aūt hic ea dico; quorū alterū ait quod alterū negat, ex his igit
necesse est iuito Epicuro alterū uerum esse; alterū falsum; ut sauciabitur philocteta
oibus ante fæculis uerū fuit, nō suaciabitur falsum, nisi forte uoluerimus Epicureo
rum opiniones sequi; qui tales enūciationes nec ueras; nec falsas eē dicūt, aut cū id
pudet illud tamen dicūt; quod est īpudētius, ueras eē ex cōtrariis disiūctiones; sed
quæ i his enūciata essent eorū neutrū eē uerum. O admirabilē licentiā & miserabi
lem inscitiā differendi; si enim aliquid i eloquendo nec uerū; nec falsum est; certe id
uerum nō est, quod aūt uerū nō est q̄ potest nō falsum esse; aut quod falsum non ē
qui potest nō uerum esse; tenebitur id quod a Chrysippo defenditur oēm enuncia
tionem; aut uerā; aut falsam esse; ratio ipsa coget; & ex æternitate quædā esse uera;
& ea nō eē nexa causis æternis; & ea fati necessitate esse libera. Ac mihi quidē uide
tur cum duæ sententiæ fuissent ueterū philosophorū; una eorum; q̄ cēserent oia ita
fato fieri; ut id fatū uim necessitatis afferret, i qua sentētia Democritus; Heraclitus;
Empedocles; Aristoteles fuit; altera eorum quibus uiderētur sine ullo fato esse ani
morū motus uoluntarii; Chrysippus tanq̄ arbiter honorarius mediū fieri uoluisse;
sed applicat se ad eos potius qui necessitate motus animos liberatos uolūt, dū aūt
uerbis utitur suis; delabitur i eas difficultates; ut necessitatē fati cōfirmet iuitus, atq;
hoc si placet quale sit uideamus in assensionibus quas prima oratione tractaui, eas
enī ueteres illi qhus oia fato fieri uidebantur ui effici; & necessitate dicebant qui āt
ab iis dissentiebant fato assensiones liberabant negabantq; fato assensionibus adhi
bito necessitatē ab his posse remoueri; hiq; ita differebāt, si oia fato fiunt, oia fiunt
causa antecedente; & si appetitus illa etiam quæ appetitū sequūtur; ergo etiā assen
siones. At si causa appetitus nō est sita i nobis ne ipse quidē appetitus est in nostra
potestate; quod si ita est; ne illa quidem quæ appetitu efficiuntur sūt sita i nobis, nō
sunt igitur; neq; assensiones; neq; actiones i nostra potestate ex quo efficitur; ut ne
q̄ laudationes iustæ sint; nec uitupationes; nec honores; nec supplicia; quod cū ui
tiosum sit probabiliter cōcludi putant; nō oia fato fieri; quæcūq; fiāt; Chrysippus āt
cum; & necessitatē īprobaret; & nihil uellet sine præpositis causis euenire causarū
genera distīguit; ut & necessitatē effugiat & retineat fatū. Causarū enī iquit aliæ sūt
p̄fectæ & principales; aliæ adiuuātes, & p̄ximæ; quāobrē cū dicimus oia fato fieri
causis antecedētibus non hoc itelligi uolumus causis p̄fectis & pricipalibus; sed ca
usis adiuuātibus; antecedentibus & p̄ximis. Itaq; illi rationi quā paulo ante conclu
si sic occurrit; si oia fato fiant sequi illud quidē; ut oia causis fiant antepositis, uerum
nō principalibus causis & p̄fectis; sed adiuuantibus & p̄ximis quæ si ipsæ non sint
i nostra ptāte, at nō sequitur; ut ne appetitus qdē sit in nostra ptāte, at hoc sequeret
si oia p̄fectis & principalibus causis fieri diceremus; ut cū hæ causæ non eēnt in nr̄a
ptāte. Quamobrē qui ita fatū introducūt ut necessitatē adiūgant in eos ualebit illa
cōclusio; qui āt causas antecedētes nō dicūt p̄fectas neq; principales i eos nihil ua
lebit, qd enim dicāt assensiones fieri causis antepositis id quale sit facile a se explica
ri putant. Nā quanq̄ assensio nō possit fieri nisi cōmota uiso, tn̄ cum id uisum pro
xīmā causam habeat nō principalē hāc habet rationē; ut Chrysippus uult quam du
dum diximus; nō ut illa quidē fieri possit nulla ui extrinsecus excitata; necesse ē enī

assensionem uiso cõmoueri: sed reuertitur ad cylindrũ: & ad turbinẽ suum: q̃ moueri icipere nisi pulsa nõ possit: id autẽ cũ accidit suapte natura quod supereſt & cylindrũ uolui: & uersari turbinem putat: ut igitur inquit qui protrusit cylindrum dedit ei principiũ motionis: uolubilitatẽ autẽ nõ dedit: sic uisum obiectum ĩprimet illud qdẽ: & quasi signabit in animo suam speciẽ: sed offensio nostra erit in potestate eaq; quemadmodũ ĩ cylindro dictum est extrinsecus pulsa quod reliquũ est suapte ui: & natura mouebitur: quod si aliqua efficeretur sine causa antecedente falsum esset omnia fato fieri. sin omnibus quæcũq; fiunt uerisimile est causam antecedere qd afferri potuerit cur nõ oia fato fieri fatendum sit modo intelligatur quæ sit causarũ distinctio ac dissimilitudo. Hæc cum ita sint a Chrysippo explicata si illi qui negant assensiones fato fieri: fateantur tamẽ eas sine uiso antecedente fieri alia ratio est: sed si concedunt anteire uisã: nec tamen fato fieri assensiones q; proxima illa & continens causa non moueat assensionem: uide ne idem dicant neq; enĩ Chrysippus concedens assensionis proximã & cõtinentem causam esse in uiso positam eam causam esse ad assentiẽdũ necessariam cõcedet: ut si omnia fato fiant omnia fiant causis antecedentibus: & necessariis. Itemq; illi qui ab hoc dissentiũt confitẽtes nõ fieri assensiones sine præcursione uisorum dicent si oia fato fierẽt eiusmodi: ut nihil fieret absq; prægressione causæ: cõfitẽdũ esse fato fieri omnia: ex quo facile intellectu ẽ: quoniam utrinq; patefacta atq; explicata sententia sua ad eundem exitũ ueniant: uerbis eas non redissidere. Omninoq; cum hæc sit distinctio: ut quibusdam in rebus uere dici possit cum hæ causæ antegressæ sint non esse in nostra potestate: quin illa eueniant quorũ causæ fuerit: quibusdam autem in rebus causis antegressis in nostra tamen esse potestate: ut illud aliter eueniat. tum hanc distinctionẽ utriq; approbãt: sed aliter censent: quibus rebus cum causæ antecesserint non sint ĩ nostra potestate ut aliter illa eueniant eas fato fieri. quæ autem ĩ nostra potestate sint ab his factum abesse. hoc modo hanc causam disceptari oportet non ab atomis errãtibus: & de uia declinantibus præsidium petere. declinat igt atomus primum. Cur enim aliam quandã uim motus habeant a Democrito impulsionis: quã plagam ille appellat a te epicure grauitatis & ponderis? Quæ ergo noua causa est ĩ natura quæ declinet atomũ? aut num sortiuntur inter se quæ declinẽt quæ nõ? aut cur minimo declinẽt interuallo: maiore nõ: aut cur declinẽt uno minimo non declinent duobus: aut tribus: optare hoc quidẽ est non disputare. Nã neq; extrinsecus atomũ impulsam loco moueri & declinare dicis: neq; in illo inani p quod feratur atomus quicq̃ fuisse causæ cur ea nõ e regione feratur nec in ipsa atomo mutationis aliqd factũ est: quã obrẽ naturalẽ sui ponderis motũ nõ teneret. Ita cum attulisset nullam causam q̃ istã declinationẽ efficeret: tamen aliquid sibi dicere uidet cũ id dicat: quod omniũ mẽtes aspernẽtur: ac respuant. nec uero quisq̃ magis cõfirmare mihi uidet: non modo fatum uerum etiã necessitatẽ: & uim omniũ rerum: sustulisseq; motus animi uolũtarios quam hic qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse nisi ad has cõmenticias declinationes confugisset: ut essent atomi: quas quidem esse mihi brobari nullo modo potest: tamẽ declinationes istæ nunq̃ explicarentur. nã si atomis ut grauitate ferantur tributũ est necessitate naturæ: quodq; pondus nulla re ĩpediente moueatur & feratur necesse est. Illud quoq; necesse est declinare qbusdã atomis: uel si uolunt omnibus naturaliter.

FINIS.

M. T. Ciceronis De uniuersitate Liber Incipit.

VLTA sunt a nobis in academicis nostris cōscripta contra physicos: & sæpe. P. nigidio Carneadeo more ac modo disputata fuit enī uir ille tum cæteris artibus quæ quidem dignæ libro essent. ornatus omnibus. tum acer inuestigatur: & diligens earum rerum quæ a natura inuolutæ uidentur: deniq; sic iudico post illos nobiles pythagoreos: quorū doctrina extincta est quodāmodo. Cum aliquot sæcula in Italia Siciliaq; uiguisset hunc extitisse qui illa renouaret: qui cū mē in cilicia proficiscentem ephesi expectauisset Romā ex legatione ipse descendens: ueniissetq; eodē mytilenis mei salutādi uiscendiq; causa Cratippus peripathetico rū omniū: quos quidē ego audiueri: facile principes. perlibenter & nigidiū uidi: & Cratippū cognoui. At primū quidē tēpus salutationibus: reliquū percūctatione cōsumpsimus quid est quod semp sit neq; ullū habet ortum: & quod gignatur nec unq̄ sit quorū alterū intelligentia: & ratione cōprehēditur quod unū semper atq; idem est. alterū quidem afferr opinionē sensus rationis expers. quod totū opinabile est: id gignitur & interit: nec unquam uere potest esse. omne autem quod gignitur: ex aliqua causa gigni necesse est. quocirca si is qui aliquod munus efficere mollitur eam speciem quæ semper est eadē intuebitur. ad quod si proponit exemplum præclarū opus efficiat necesse est. si nautem illam quæ gignitur nunq̄ illam quam expetet pulchritudinē consequetur. omne igitur cælum siue mundus: siue quo alio uocabulo gaudet: hoc a nobis nuncupatus sit de quo id primum considerem⁹: quod præcipue est in omni quæstione. Considerandum semper ne fuerit nullo generatus ortu: an ortus sit: an ab aliquo temporis principatu ortus sit: quando quidem cernitur & tangitur: & undiq; corporatus: omnia autē talia sensum mouent. sensusq; mouentia quæ sunt eadem in opinatione consident. quæ ortū habere; gigniq; diximus. Nihil autem gigni posse sine causis. atq; illum quidem quasi parentem huius uniuersitatis inuenire difficile: & cum iam inuenerit iudicari in uulgus nephas rursus igitur uidendum ille fabricator tāti operis utrum sit imitatus exemplar id ne quod semper unum & idem: ut sui simile. an id quod generatum ortumq; dicimus At qui si pulcher est hic mundus si probus eius artifex: pfecto speciē æternitatis imitari maluit. sin secus quod ne quidē dictu fas est generatū exemplū est pro æterno secutus: nō igitur dubiū quī æternitatē maluerit exequi. quādo quidē: neq; mūdo quicq̄ pulchrius. neq; eius ædificatore præstātius. si ergo generatus ad id effectus: quod ratione scientiaq; conprehendātur: atq; immutabili æternitare cōtineatur. ex quo efficitur: ut sit necesse hunc quē cernimus mundū simulachrū æternū esse alicuius æterni. difficilimū autē est in omni inquisitione orationis exordiū: de his igitur quæ diximus hæc sit prima distinctio in omni oratiōe cū his rebus de qbus uidet explicata cognitio. Itaq; cū de re stabili & imutabili disputat oratio talis sit qualis sit illa quæ neq; redargui: neq; cōuinci pōt. Cū aūt ingressa est imutata: & effecta simulachra bene agi putat si similitudinē ueri cōsequatur. q̄tum enī ad id quod ortū est æternitas ualet tantū ad fidē ueritas: quo circa si forte de deorū natura ortuq; mūdi differentes minus quod habemus animo cōsequimur: ut tota dilucide: & plane oratio exornata sibi constet & ex omni parte secum ipsa consentiat. haud sane erit mirū contentiq; esse debetis si probabilia dicentur. æquū est enim meminisse: & me qui differā hominem esse: & uos qui iudicatis: ut si probabilia dicentur nil ultra requiratis. Quæramus igitur causam quæ eum impulerit qui hæc machinatus sit ut originem rerum & molitionem nouam quæreret probitatem: uideli-

eet præstabat. Probus aũt inuidet nemini. Itaq; oĩa sibi símília generauit hæc nímirũ gignẽdi mũdi causa iustíssima. Nam cũ cõstituísset deus omnibus explere mundũ malí nihil admíscere quoad natura pateretur. quícq d erat quod in cernendi sensum caderet id sibí assumpsit. nõ tranquillum & quietũ: sed immoderate agitatũ & fluctuãs. Ideoq; ex inordinato in ordinẽ adduxit. hoc enĩ iudicabat esse præstãtius. Fas autẽ nec est: nec unq̃ fait quícq̃ nísi pulcherrimũ facere eũ qui esset optimus. Cum rationẽ igitur habuíset reperiebat nihil esse eorũ qua natura intelligẽs intelligẽte in toto genere præstãtius quocirca intelligẽtiã in animo animũ cõclusit in corpore: sic ratus est opus íllud effectũ esse pulcherrimũ. quã ob causam nõ est cõctandũ profiteri sí modo inuestígarí aliquid cõiectura põt hunc mundũ animal esse: idq; intelligẽs: & diuina prouidẽtia cõstitutũ. hoc posito quod sequitur uidendũ est cuiusnã animãtiũ deus infingendo mũdo símilítudinẽ secutus sit. nullius ꝑfecto eorũ quidẽ quæ sunt nobis nota animãtia. sunt enĩ oĩa in quædã genera partita. aut inchoata nulla ex parte ꝑfecta: ímpfecto autẽ nec absolu to símile pulchrũ esse nihíl potest. huius ergo omne animal quasí particula quædã est: sí ue in síngulis: síue in díuerso genere cernatur: cuius símilẽ mundũ esse dicamus omnes igitur quí aío cernũtur: & ratione intelligũtur aíantes: cõplexu ratiõis & intelligẽtiæ sí ut hoies. hoc mũdo & pecudes: & oĩa quæ sub aspectũ cadũt cõprehendũtur quod enĩ pulcherrimũ in rerũ natura intelligí potest: & quod ex omní parte absolutíssimũ est cũ deus símilẽ mundũ efficere uellet animal unũ aspectabile: in quo oĩa aialia cõtinerẽtur effecit. recte ne igitur unũ mundũ díxerimus: an sint plu es: an inumerabiles. dic ut ue-rius: & melius unus ꝑfecto síquidẽ factus est ad exemplũ: quod enĩ oẽs aíantís eos qui ratione intelligũtur cõplectítur: id nõ põt esse cũ altero. rursus enĩ alius animãs qui eũ cõtíneat sít necesse est. Cuius partes sínt animãtes supiores. Cælũq; hoc símulacrũ íllíus ultimí sit nõ ꝓximí. quorũ ne quid accíderet: atq; ut hic mũdus esset animãtí absolu to símillímus: hoc ípso quod solus atq; unus iccirco síngularẽ deus hũc mundũ atq; uní genũ procreauit. Cotporeũ aũt & aspectabile. itẽq; tractabile esse necessariũ est: quod natũ est nihíl porro ígní uacuũ uideri põt. nec uero tãgi quod careat solído. solídum aũt nihil quod terræ sit expers. quãobrẽ mundũ efficere mollíẽs deus terrã primã ígnẽq; iũ gebat. omnia autẽ duo ad cohærendũ tertiũ alíquid requírunt: & quasí nodũ uinculũq; desiderãt. sed uinculorũ íd est aptíssimũ: atq; pulcherrimũ: quod ex se atq; æque de bis quæ astringit q̃ maxime unũ efficit id optime assequitur æque quod græce analogía. la tine: audendũ est enim: quoniã hæc primũ a nobís nouãtur; cõparatio proportione dící potest. Q uãdo enĩ triũ uel numerũ uel figurarũ: uel quorũcũq; geuerum contingit ut quod sit uti primũ postremo proportione: ita ut postremũ primo cõparetur uicíssimq; ut extremũ cum medío sic medium cum primo cõferatur íd quod mediũ est tum primũ sít: tũ postremũ. postrema uero & prima media fiunt: ita necessitas cogit: ut eadem sínt ea quæ deuincta fuerunt eadẽ. autẽ cum facta sínt efficitur: ut omnia sínt unum. quod sí uniuersitatís corpus planũ: & æquabile explicaretur: neq; in eo quícq̃ esset requísitum: unũ interiectũ mediũ: & seipsam: & ea quibus esset interpositũ colligaret. sed cũ solídi-tas mũdo quæreretur: solída autẽ omnia uno medio nunq̃ duobus semper copulentur. Ita contingit ut inter ígnẽ & terrã: & aquã: & aerẽ deus poneret eaq; inter se cõpararet: proportione coniungeret: ut quẽadmodum ignis aeri: sic aer aquæ: quodq; aer aquæ: id aqua terræ proportione redderet. qua ex cõiunctiõe cælũ ita actum est: ut sub aspectũ & tractũ cadat. Itaq; & ob eam causam: & ab iis rebus numero quatuor mundí est cor-pus effectũ ea constructũ proportione quã díxí; ex quo ípse se cõcordi quãdã amicitia:

& caritate complectitur atq; ita apte cohæret: ut nequeat dissolui ullo modo nisi ab eo dem a quo est ligatus. earũ autem quatuor rerũ quas supra dixi sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt: ut nulla pars ullius generis excederet extra: atq; in hoc uniuerso inessent genera illa uniuersa. Id ob eas causas primũ ut mũdus animatus possit ex perfectis partibus esse perfectus. deinde ut unus esset nulla parte unde gigneretur relicta: postremo ne quis morbus eum possit aut senectus affligere: omnis enim coagmẽtatio corporis uel calore uel frigore: uel aliqua impulsione uehementi labefactatur & frangitur: & ad morbos senectutemq; compellitur. hanc igitur habuit rationem effector mundi mollitorq; deus: ut unũ opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atq; perfectis absolueretur quod omni morbo senioue careret: formam autem: & maxime sibi cognatam & decoram dedit. æquo enim animantes omnes reliquos contineri uellet animantes: hunc ea forma figurauit qua una omnes reliquæ fotmæ cocluduntur: & globosus est fabricatus quod sphæroides græci uocant: cuius omnis extremitas partibus a medio radiis attingatur: id itaq; ita tornauit ut nihil effici possit rotundius nihil ut asperitatis haberet: nihil oflensionis: nihil inclusum angulis: nihil anfractibus: nihil eminens nihil lacunosum: omnesq; partes similimæ omnium quoad eius præstabat iudicio: similitudinis dissimilitudo. omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit. nec eni oculis egebat quia nihil extra quod cerni posset relictum erat: nec auribus quia ne quod audiretur quidem: neq; erant aere circunfusa externa mundi: ut respirationem requireret: nec uero desiderabat ut alimenta corporis: aut detractionem confecti & consumpti cibi: neq; enim ulla decessio fieri poterat: neq; accessio: neq; uero erat unde. itaq; se ipse consumptione & senio alebat sui quo ipse per se: & a se: & pateretur: & faceret omnia sic enim ratus est ille qui ista iunxit & condidit ipsum se contentum esse mundũ neq; egere altero. Itaq; nec ei manus affixit: quia nec capiendum quicquam erat nec repellẽdum. nec pedes: nec alia membra quibus ingressus corpore sustineret: motum enim dedit cælo eum qui figuratus sit aptissimus. qui unus ex septem montibus mentem atque intelligentiam cohiberet. maxima itaq; una couersione atq; eadem circumse torquetur & uertitur. sex autem reliquos motus: ab eo separauit: itaq; eum ab omni ratiõe liberauit: ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus & manibus non egeret ingrediendi membra non dedit deus is qui erat: de aliquando deo futuro cogitans leuem: eum effingit: & undiq; æquabilem: & a medio ad summum parem & perfectum arq; absolutum ex absolutis atq; perfectis animum autem ut in eius medio collocauit: ita per totum tetendit deinde eum circundedit corpore: & uestiuit extrinsecus cæloque soliuago & uolubili: & in orbem incitato complexus est. quod secum ipsum propter uirtutem facile esse posset. nec desiderat alterum satis sibi ipse notus: & familiaris: sic deus ille æternus hũc perfecte deum beatum deum procreauit. sed haud ita ut modo locuti sumus: tum deniq; cum corpus effecisset inchoauit: neq; enim esset rectum minori parere maiorem: sed nos multa inconsiderate ac temere dicimus: deus autem & ortu & uirtute antiquiorem genuit animum eumque dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori. idque molitus tali quodam est modo non ex materia quæ indiuidua est. & quæ semper uniusmodi suiq; similis: sed ex ea quæ corporibus diuidua gignitur tertium materiæ genus ammiscuit ex duobus in medium quod esset eiusdem naturæ & quod alterius: idque interiecit inter indiuiduum atque id quod diuiduum esset in corpore. ea cum tria sumpsisset in unam speciem temperauit naturaq; illa quam diximus uel cum eadẽ coniunxit fugientem: & eius copulationis alienam permiscens cum materia cum: &

ex tribus effeciſſet unum idipſum in ea quæ decuit membra partitus eſt. iam partes ſingulas ex eodem: & ex altero: & ex materia temperauit fuit autem talis illa partitio unã principio partem detraxit ex toto. Secundam autem primæ partis duplam. Deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſqualtera primæ tripla. Deinde quartum quę ſecundæ dupla eſſet: quintam inde quæ tertiæ tripla tum ſextam octuplam primæ: poſtremo ſeptimam quæ ſeptem: & uiginti partibus antecederet primæ. Deinde inſtituit dupla & tripla interualla explere partes rurſus ex toto deſecans quas interuallis ita locabat: ut in ſingulis eſſent bina media: uix enim audeo dicere medietates quas græci meſſotetas appellant. ſed quaſi ita dixerim ita intellígatur: erit enim planius earum alteram eadem parte præſtantem extremis eademq; ſuperatam alteram pari numero præſtãtem extremis alteram: alteram pari numero ſuperatam: ſeſqualteris autem interuallis: & ſeſquitertiis: & ſeſquioctauis ſumptis ex his colligationibus & primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat cum particulam ſingulorũ relinqueret: Eius autem particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemq; in extremis quã habent. cc. lvi. cum. cc. xliii. atq; ita permiſtũ illud ex quo exequi etiã omne cõſumpſerat: hanc igitur oẽm cõiunctionem duplicem in longitudinem diffidit medięq; accõmodans mediam quaſi decuſſauit. deinde in orbem torſit: ut & ipſe ſecum: & inter ſe ex cõmiſſura quæ e regione eſſet iungerentur eoq; motu cuius orbis ſemper in eodẽ erat eodemq; modo ciebatur undiq; eſt eos circũplexus: atq; ita cum alterũ feciſſet exteriorem amplexus orbẽ. illum eiuſdem naturæ: hunc alterius notauit: eamq; quæ erat eiuſdem detorſit latere in dextrã partem: hãc autem contra. Item & a media linea detorſit: ſed principatum dedit ſuperiori. quam ſolam indiuiduam reliquit interiorem autem cum in ſex partes cæli diuiſiſſet ſeptimam orbis diſparis duplo & triplo interuallo moueri iuſſit cõtrariis inter ſe curſibus. eorum autem trium fecit pares celeritates: ſed quatuor & inter ſe diſpares: & diſſimiles trium reliquorum: animum igitur cum ille procreator mundi deus ex ſua mente & diuinitate genuiſſet. tum deniq; omne quod erat concretum atq; corporeum ſubſternebat animo interiuſq; faciebat atq; ita mediæ õmedium accmodans copulabat: ſic animus a medio profectus extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit ſeſaq; ipſe uerſans diuinæ ſempiterne ſapiẽtiſq; uitæ induxit exordium & corpus quidem cæli ſpectabile effectum eſt: animus autẽ oculorũ effugit obtutum. eſt autẽ animus ex omnibus rationis contentioniſq; harmonia ut græce ſempirernarum rerum: & ſubintelligentiam cadentium: compos & particeps quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem uinctus altera natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta ſe ipſe conuerſans cum materiam mutabilem arripuiſſet: & cum rurſus diuinam atq; ſimplicem per quam omnis mouetur: diſcernitq; quid ſit eiuſdem generis: & qd alterius: & cætera diiudicat quid cuiq; rei ſit maxime aptum quid quoq; loco aut modo: aut tempore contigat: quæq; diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur: & ea quæ ſunt ſemper eadem. ratio autem uera quæ uerſatur in his quæ ſunt ſemper eadem: & in his quæ mutantur cum in eodem: & in altero mouẽtur ipſa per ſeſe: & ſine ullo ſono eandem partem attingit qua ſenſus cieri poteſt: orbis illius generis alterius immutatus & rectus omnia animo mentiq; denunciat: tum opiniones firmas quæ uere gignũtur: cum autem in illis rebus uenitur quæ manentes ſemper eædem nõ ſenſu: ſed intelligentia cõtinetur ita uim ſuã natura conuertit: ut terrã lunæ curſus proxime ambiret: eiq; ſupra terrã ꝓxima ſolis circũuectio eſſet: lucifer deinde & ſan

cta mercurii stella cursum habent solis celeritati parem: sed uim quandam contrariam eaq; conuersione quam inter se hñt lucifer: mercurius: sol alii q; alios uincunt uicissimq; uincuntur. Reliquorũ syderum quæ caula collocandi fuerit quæq; eorum sit collocatio in sermonem aliũ differendum est ne in eo quod attingendũ fuit cuius causa id attingimus longior ponatur oratio. quando igitur unum quoq; eorum siderum cursum decorũ est adeptũ ex quibus erat motus tpis configurandus colligatisq; corporibus uinculis animalibus cum aiantia orta sunt eaq; imperio parere didicerunt: tunc ex alterius naturæ motione transuersa in eiusdem naturæ motum incurrentia in eaq; hærentia atq; impedita cum alia maiorem lustrarent orbem: alia minorem tardiusq; maiorem celeriusq; minorem motu unius eiusdemq; naturæ quæ uelocissime mouebantur ea celeritate uinci a tardioribus: & cũ superabant supari uidebantur: ois. n. orbis eorũ quasi facilitatis inflexione uertebatur: quã bifariã contrarie similis ꝓcedentia efficiebãt ut quod esset tardissimũ id proximũ fieret celerrimo. atq; ut esset mensura quædam euidens: q̃ in istis octo cursibus cælerítates tarditatesq; declararet. deus ipse solem quasi lumẽ accendit ad secũdũ supra terrã ambitum: ut quã maxime cælũ oibus colluceret. aiantesq; quibusuis esset doceri ab eodem motu: & ab eo quod simile esset numerorum naturam uimq; cognoscerent. Nox igitur & dies ad hunc modũ: & ob eas generata causas unũ circuitum orbis efficit sapientissimũ: atq; optimũ: mensis autem quãdo luna lustro suo cursu solem cõsecuta est. annus ubi sol suum totũ confecit & peragrauit orbem. Cæterorum aũt siderũ ambitus ignorantes hoies præter admodũ paucos neq; nomen appellant: neq; inter se numero commetiuntur. itaq; nesciunt hos siderum errores ad ipsum esse quod rite dicitur tempus multitudine infinita: uarietate admirabili præditos. atta men illud prospici: & intelligi potest absoluto profectoq; numero temporis absolutum perfectum q; annum tunc compleri deniq; cum se ambitus cõfectis suis cursibus ad idẽ caput rettulerunt. cumq; eos permensus est idem & semper sui similis orbis. has igitur ob causas nata astra sunt: quæ per cælũ penetrantia solstitiali se & brumali ratione conuerterent: ut hocce animali quod uidemus esse illi animali quod sentimus ad æternitatis imitationem simillimum: & cætera quidem usque ad temporis ortum impræssa ab illis quæ imitabatur effinxerat: sed quia nõdum omne animal in mundo incluserat ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. quot igitur: & quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere totidem. & tales in hoc mundo secum cogitauit efficere. erant autem animantium genera quatuor quorũ unum diuinum atq; cæleste. alterum pennigerum & aerium. tertium terrestre. quartũ diuinæ animationis. maxime speciem faciebat ex igne: ita ut splendidissimus esset: & aspectu pulcherrimus. cumque similem uniuersitatis natura efficere uellet ad uolubilitatem rotundauit comiteq; eum sapientia quam optimæ mentis effecit: circumq; cælum æqualiter distribuit: ut hac uarietate distinctum bene græci cosmon: nos lucentem mundum nominaremus. dedit autem diuinis duo genera motus. unum quod semper esset in eodem æque & idem ut omnibus atque uno modo celaret. alterum quod ante mouitu inqam partem a conuersione eiusdem: & similis pelleretur: quinq; autem reliquis motibus orbem eum esse uoluit expertem immobilem. & stantem ex quo genere ea sunt sidera quæ infixa cælo non mouentur lo o: quæ sunt animantia: eaque diuina ob eamque causam: suis sedibus inhærent: & perpetuo manent. Q uæ autem uaga & mutabili ratione labuntur: ita generata sunt: ut supra diximus. iam uero terram altricem nostram: quæ transiectio axe sustinetur diei noctisque effectricem: eandem

cuſtodem antiquiſſimam deorum uóluit eſſe: eorum qui intra cælum gignerentur: ſuſ
ſiones aũt deorum: & inter ipſos concurſiones. cumq; in orbibus eorum conuerſiones:
cumq; anteceſſiones eueniant: cumq; inter ſe pene contingant eorum qui prope copu-
lentur contraria regione: aut pone quos: aut ante labuntur quiq; tpibus a noſtro aſpe
ctu obliteſcant: rurſuſq; em erſi errorem incutiant rationis expertibus ſi uerbis explica
re conemur nullo poſito ſub oculis ſimulachro earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor.
Sed hæc ſatis ſunt dicta nobis: quæ de deorum qui cernuntur: quiq; orti ſunt natura p̃
fati ſumus habeant hunc terminum reliquorum autem quos græci dæmonas appellãt
noſtri: ut opinor laris: ſi modo hoc recte conuerſum uideri poteſt: & noſſe. & nunciare
ortum eorum maius eſt quam ut profiteri ſcribere nos audeamus. Credendum nimirũ
eſt ueteribus: & priſcis. ut aiunt uiris: qui ſe de progenie deorum eſſe dicebant. itaq; eo
rum uocabula nobis prodiderunt. non autem generatores ſuos optime poterant ac diſ
ficillime factum eſt a diis ortis fidem non habere quanq̃ nec argumentis: nec rationib9
certis eorum oratio confirmetur: ſed quia de ſuis rebus notis uidentur loqui ueteri legi
moriq; parendum eſt. Sic igitur: ut ab his eſt traditum horum deo deorum ortus habe
atur atq; dicatur: ut oceanum ſalaciamq; cæli ſatu terræq; conceptu generatos editoſq;
memoremus ex his phorcyn: ſaturnum & opem deinceps iouem atque iunonem reli-
quos fratres inter ſe agnatoſq; uſurpare atq; appellare uidemus: & eorum ut utamur
ueteri uerbo proſapiam: quando igitur omnes & qui mouentur palamq; oſtenduntur:
& quatenus nobis declarantur quam ipſi uolunt creati ſunt. tum ad eos is deus qui om
nia genuit fatur hæc. Vos qui deorum ſatu orti eſtis attendite. quorum operum ego pa
rens effectorq; ſum quæ per me facta non ſunt diſſoluta me inuito: quanq̃ omne colli-
gatum ſolui poteſt: ſed haud quaq̃ boni eſt ratione uinctum uelle diſſoluere: ſed quoni
am orti eſſe immortales uos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis ne unq̃ tamen diſ
ſoluemini: nec uos ulla mortis fata periment: nec fraus uiolentior quam conſilium me-
um quod maius eſt uinculum ad perpetuitatem ueſtram quam illa quibus eſtis tum
cum gignebamini colligati. quid ſentiam igitur cognoſcite. tria nobis genera reliqua
ſunt eaq; mortalia quibus prætermiſſis cæli abſolutio perfecta non erit omnia enim ge
nera animalium complexus non tenebit: teneat autem oportebit: ut ex eodem ne quid
abſint quæ a me ipſo effecta ſint quod deorum uitam poſſit adæquare: ut igitur morta
li generetur condictione uos ſuſcipite: ut illam gignatis. imiteminiq; uim meam qua in
ueſtro ortu me uſum eſſe meminiſtis in quibus qui tales creantur: ut deorum immor-
talium quaſi gentiles eſſe debeant diuini generis appellentur: teneantq; omnium ani-
mantium principatum nobiſq; iure & lege uolentes pareant: quorum uobis initium ſta
tus tradetur a me. uos autem ad id quod erit immortale partem adtexitote mortalem.
Ita orientur animantes: quos & uiuos alatis: & conſumptos ſinu recipiatis. hæc ille di-
xit. Deinde ad temperationem ſuperiorem reuertitur in qua omnem animum uniuer-
ſæ naturæ temperans pmiſcebat ſuperiſq; mixturis reliquas fundens æquabat eodẽ
modo firma niſi quod non ita incorrupta: ut ea quæ ſemper idem: ſed a diis ſecundum
ſumebat: atq; tertium: toto igitur oio conſtituto ſideribus numerũ diſtribuit aiorum:
& ſingulos adiunxit ad ſingula atq; ita quaſi in currum uniuerſitatis impoſuit commõ
ſtrauitq; leges fatales: ac neceſſarias: & oſtendit primum ortum unum fore omnibus:
eumq; moderatum atq; conſtantem. nec ab ullo iminui. conſatis autem: & quaſi ſpar-
ſis animis forte uti certis interuallis orietur animal quod eſſet ad cultum deorum aptiſ
ſimum: ſed cum duplex eſſet natura generis humani ſic res habebant: ut præſtantius

genus esset eorum qui essẽt futuri uiri. cum autem animis corpora cum necessitate mis cuisset: cumq; ad corpora necessitate accessio fieret: tum abscessio necesse erat sensum existere unũ cõmunẽq; oium uehementiore motu excitato cõiunctoq; naturæ. deinde uoluptate: & molestia mixtum amorem post iram & metum: & reliquos motus animi comites supiorũ: & his etiam cõtrarios dissidentes quos qui ratione rexerit iuste uixerit qui aũt his se dederit iniuste. atq; ille qui recte & honeste curriculũ uiuendi a natura datum confecerit: ad illud astrum quo cum aptus fuerit reuertetur: qui aũt immoderate & intemperate uixerit eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet: & sine tũ quidem finem uitioru faciet: grauius ẽt iactabitur: & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neq; malorũ terminum prius aspiciet q̃ illam seq; cœperit conuersionem: quam habebit in se eiusdem & unius simul innatam & insitã qd tum eueniet cum illam quæ ex igne. aere: aqua: atq; terra turbulentam: & rõnis expertem insederit. deniq; rõne depulerit: & ad primã atq; optimam affectionem aĩ puenerit Quod cum ita designasset se si quid postea fraudis: aut uitii eueniisset exempto oẽm culpam causamq; posuisset: alioq; in terra: alios in luna: alios in reliquas mundi partes q̃ sunt ad spatiorum tpis significationem notæ constitutæ spargens quasi serebat. post ãt sationem eam diis: ut ita dicam: iunioribus pmisit: ut corpora mortalia effingerent quã tunq; esset reliquum ex humano aĩo quod debet accedere idomne: & quæ sequentia esset perinueherent & absoluerent: deinde huic aĩanti principemq; se ducemq; preberet uitamq; eius pulcherrime regeret & gubernaret nisi quatenus ipse beneficiis sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret atq; is quidem qui cuncta composuit constãter in suo manebit statu: qui aũt erant ab eo creati cum parentis ordinem cognouissent hunc sequebantur. itaq; cum accepissent immortale principium mortalis aĩantis imitãtes genitorem & effectorem sui particulas ignis: & terræ: & aquæ & aeris a mundo quas rursus redderẽt mutuabãtur: easq; inter se copulabant. haud iisdem uinculis quibus ipsi erant colligati. sed talibus quæ cerni non possent pp paruitatẽ hærentibus crebris quasi cuneolis iniectis unũ efficiebãt ex oibus corpus. itẽq; in eo influente atq; effluẽte animi diuini ambitu illigabant. itaq; illi in flumine imersi: neq; tenebãt: neq; tenebantur. sed ui magna cum cõferebant & conferebantur: ita totũ aĩal mouebatur illud quidem: sed immoderate & fortuitu: ut sex motibus ueheretur: nam & ante & pone ad læuam: & ad dextram: & sursum & deorsum: modo huc modo illuc. Sed si in splendore consedit: tum uel eadẽ species uel interdũ imutata redditur cũ ignis oculorũ cum eo igne: qui ẽ ob os offusus se confundit & contundit. dextra autem uidentur quæ læua sunt: quia cõtrariis partibus oculorum contrarias partes attingunt. respondent autem dextra dextris: læua læuis cõuersione luminũ. cum ea inter se nõ cohæresc unt. id fit cum speculorũ læuitas hinc illincq; altitudinem assumpsit: & ita dextra detrusit in læuã partẽ oculorũ læuaq; in dextram. spina ẽt ora cernuntur depulsione luminũ quæ conuertens inferiora reddit quæ sunt supiora: atq; hæc oia ex eo genere sunt quæ rerũ adiuuãt causas: qbus utitur ministeriis deus cum optimi spẽm. quod fieri põt effecit: sed æstimãt pleriq; nõ hæc adiuuãtia causarũ: sed has ipsas esse oium causas quæ uim habeãt frigoris & caloris. cõcretiõis & liquoris. Careant aũt omni intelligentia atq; rõne: quæ nisi in aĩo nulla alia inatura repiantur. aius autẽ sensum omnem effugit oculorum. at ignis: & aqua: & terra: & aer corpa sunt: eaq; cernũtur. Illũ aũt q̃ intelligẽtiæ sapiæq; se amatorẽ pfitetur. necesse ẽ intelligẽtis sapiẽtisq; naturæ prias cãs cõquirere. deinde secũdas cãs rerũ earum q̃ necessario mouẽt alias ipsæ ab aliis mouentur. quocirca nobis sic cerno esse faciendũq;:

ut de utroq; nos quidem dicamus generē cauſarū ſeptimatim tam de his quæ cū intel
ligentia ſunt efficiētes pulcherrimarū rerū atq; optimarū & de his quæ uacātes prudē
tia incōſtātia pturbata q̄q; efficiūt. at de oculorū qdē cauſis ut haberent eam uim quā
nunc habent ſatis ferme eſſe dictū puto: maxima aūt eorū utilitas donata humano ge-
neri deorū munere deinceps explicetur: rerum. n. optimarum cognitōes nobis óculi at
tulerunt. nam hæc quæ eſt habita de uniuerſitate oratio a nobis haud unq̄ eſſet inuen
ta: ſi neq; ſydera: neq; ſol: neq; cælum ſub oculorū aſpectum cadere potuiſſent. nūc ue
ro dies noctesq; oculis cognitæ. tum menſium annorum q; cōuerſiones ad numerum
machinatæ ſunt: & ſpatiū tpis dimenſſæ ſunt: & ad quæſtiōem totius naturæ impule-
runt: quibus ex rebus philoſophiā adepti ſumus. quo bono nullum optabilius: nullum
præſtantius: neq; datū eſt mortalium generi deorum conceſſu: neq; munere dabitur:

FINIS.

Somnium Scipionis ex Ciceronis Libro de Republica exceptum.

VM in Aphricam ueniſſe a Manlio conſule ad quartā legiōem tri
bunus: ut ſcitis: militum nihil mihi fuit potius: q̄ ut maſſimiſſā cō
uenirem regē familiæ noſtrę iuſtis de cauſis amiciſſimū: ad quē ut
ueni complexus me ſenex collachrimauit aliquanto. poſt ſuſpexit
cælū & grates inqt tibi ſūmæ Solago uobiſq; reliqs cælites: q; añq̄
ex hac uita migro: conſpicio in meo regno: & in his tectis Pub. cor
nelium Scipionem cuius ego noīe ipſe recreor: ita nunq̄ ex aio meo diſceſſit illius opti-
mi atq; inuictiſſimi uiri memoria: deinde ego illum de regno ſuo: ille me de nra repu. p
cunctatus eſt: multiſq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis cōſumptus eſt dies. Poſt
aūt regio apparatu accepti ſermonem in multā noctem produximus: cū ſenex nihil ni
ſi de Aphricano loqueretur: oiaq; non ſolum eius facta: ſed ēt dicta meminiſſet: deinde
ut cubitū diſceſſimus: me & de uia: & qa ad multā noctē uigilaſſem arctior q̄ ſolebat
ſomnus cōplexus eſt. Hic ergo mihi: credo equidem ex hoc quod eramus locuti: fit. n.
ſæpe fere ut cogitatōes ſermoneſq; noſtri pariant aliq̄d in ſomno tale. quale de Home-
ro ſcribit Ennius: de quo uidelicet ſæpiſſimæ uigilās ſolebat cogitare & loqui: Aphrica
nus ſe oſtendit ea forma quæ mihi ex imagine q̄ ex ipſo notior erat: quem ut agnoui eq̄-
dem corrui. Sed ille ades inqt aio: & omitto timorem Scipio: & quæ dicam memoriæ
trade: Vides ne illā urbē quæ parere reip. coacta per me reuocat priſtina bella nec pōt
quieſcere: Oſtendebat aūt Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum illuſtri & claro
quodā loco: ad quā tu oppugnādā nunc uenis pene miles. Hāc hoc biennio cōſul euer
tes: eritq; tibi id cognomen p te partum: quod habes adhuc hæreditarium a nobis. Cū
aūt Carthaginem deleueris: triūphū egeris cenſorq; fueris & obieris legatus Aegyptū
Syriam aſiam græciāq; delegere iterū cōſul abſens & bellū maximū cōficies: Numā
tiam excides. Sed cum eris curru i Capitoliū inuectus: offendens rēp. pturbatā cōſiliis
nepotis mei. Hic tu Aphricane oñdas oportebit patriæ lumē animi ingenii cōſiliiq; tui
Sed eius tpis ancipitem uideo quaſi fatorū uiam. Nā cū ætas tua ſeptenos octies So-
lis anfractus reditusq; cōuerterit. duoq; hi numeri quorū uterq; plenus: alter altera de
cauſa habetur circuitu naturali: ſūmam tibi fatalem cōfecerint: in te unū atq; in tuū no
men ſe tota conuertet ciuitas: Te ſenatus: te oēs boni: te ſocii: te latini intuebūtur. Tu
eris unus: in quo nitatur ciuitatis ſalus. Ac ne multa dictator rem pu. conſtituas opor
tet: ſi impias propinquorum manus effugeris. Hic cum exclamauiſſet Lælius: inge-
muiſſentq; cæteri uehementius: leniter arridens. Scipio: quæſo inquit: ne me a ſomno

exciteris: & pax sit rebus. Audite cætera. Sed quo sis Aphricane alacrior ad tutãdã rempu. sic hẽto. Oibus qui patriã cõseruauerint adiuuerint: auxerint: certũ esse ĩ cælo diffinitũ locũ: ubi beati sempiterno æuo fruantur. Nihil est ergo illi principi deo: qui oẽm mundũ regit: quod quidẽ ĩ terris fiat acceptius: q̃ cõcilia cœtusq; hominũ iure sociati: quæ ciuitates appellãtur. Harũ rectores & cõseruatores hinc ꝓfecti huc reuertũtur. Hic ego: et si eram perterritus nõ tam mortis metu q̃ insidiaꝝ a meis q̃si ui tñ uiueret ne ipse & pater Paulus: & alii quos nos extinctos arbitrabamur: imo uero inquit hi uiuũt qui e corporũ uinculis tãq̃ e carcere euolauerũt. Vestra uero q̃ dicitur uita mors est. Quin tu aspicias ad te uenientẽ patrem Paulum? Quem ut uidi: equidẽ uim lachrymarũ profudi. Ille ãt me cõplexus atq; osculãs flere prohibebat. Atq; ego ut primũ fletu represso loqui posse cœpi quæso inquã pater sanctissime atq; optime: quoniã hæc ẽ uita: ut audio Aphricanũ dicere. qd moror in terris? qui huc ad uos ꝓpero uenire? Nõ ẽ ita inquit ille. Nisi. n. cũ deus is: cuius hoc templum est oẽ quod cõspicis: istis te corporis custodiis liberauerit: huc tibi aditus patere nõ põt. hoies enĩ sunt hac lege generati: qui tuerẽtur illũ globũ: quem ĩ hoc tẽplo mediũ uides: quæ terra dr: hisq; animis datus est ex illis sempiternis ignibus: q̃ sidera & stellas uocatis: quæ rotũdæ & globosæ diuinis animatæ mentibus circulos suos: orbesq; cõficiũt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis omnibus retinẽdus aius est ĩ custodia corporis: nec iniussu eius: a quo ille est nobis datus ex hominũ uita migrandum est ne munus humanũ assignatũ a deo defugisse uideamini: Sed sic Scipio: ut auus hic tuus: & ut ego qui te genui: iustitiã cole & pietatem: q̃ cum magna in parentibus & propiquis: tũ ĩ patria maxia est. Ea uita uia est ĩ cælum & ĩ hunc cœtum eorum qui iam uixerũt: & corpore laxati illũ ĩcolunt locum: quẽ uides. Erat ãt is splendidissimo candore ĩter flãmas elucens circulus: quem uos: ut a Graiis accepistis: orbẽ lacteũ nũcupatis: ex quo oĩa mihi cõtemplanti præclara cætera & mirabilia uidebãtur. Erãt ãt hæ stellæ quas nũq̃ ex hoc loco uidius: & hæ magnitudines oĩum quas eẽ nunquam suspicati sumus: ex qbus erat ea minia: quæ ultima a cælo citima terris luce lucebat aliena. Stellarũ ãt globi terræ magnitudinẽ facile uincebãt. Iam uero ipsa terra ita mihi parua uisa est: ut me ĩperii nostri quo qua si punctũ eius attigimus: pœniteret. Quã cũ magis intuerer: quæso inquit Aphricanus: quousq; humi defixa erit tua mẽs. Nõ ne aspicis quæ ĩ templa ueneris? Nouem tibi orbibus uel potius globis cõnexa sunt oĩa: quorũ unus est cælestis extimus: q reliquos cõplectitur ois summus ipse deus arcens & cõtinens cæteros: ĩ quo sunt ĩfixi illi qui uoluuntur stellarũ cursus sempiterni. Cui subiecti septẽ: qui uersantur retro cõtrario motu atq; cælũ. E qbus unũ globũ possidet illa: quã ĩ terris saturniã nominãt. Deinde hoium generi prosperus & salutaris ille fulgor: q̃ dicitur iouis: tunc rutilus & horribilisq; terris: quẽ Martẽ dicitis. Deide subter mediã fere regionẽ sol obtinet dux & princeps & moderator luminũ reliquorũ mens mũdi & tẽpatio tanta magnitudie: ut cũcta sua luce cõpleat & lustret: hũc ut comites cõsequũtur Veneris alter: alter Mercurii cursus. In ĩfimoq; orbe Luna radiis solis succẽsa cõuertit. Infra autem iam nihil est: nisi mortale: & caducũ præter aĩos munere deoꝝ hominũ generi datos: supra lunã sunt æterna oĩa. Nam ea quæ est media & noua tellus neq; mouetur: & ĩfima est: & in eã ferũtur omnia nutu suo pondera. Quæ cum ituerer stupens: ut me recepi: qd inquã ẽ q cõplet aures meas: tãtus: & tã dulcis sonus: hic est inquit ille: qui interuallis cõiunctus ĩparibus: sed tñ prata parte ratione distinctis:

impulsu & motu ipsorũ orbium cõficitur: & acuta cum grauibus tẽperans uarios æquabiliter cõcentus efficit. Nec silentio tanti motus icitari possunt: & natura fert ut extrema ex altera parte grauetur ex altera aũt acute sonet. Quã ob causam summus ille stellifer cæli cuius cõuersio cõcitatior est: acuto & excitato mouetur sono grauissimo aut hic lunaris atq; infirmus. Nã terra noua imobilis manẽs ima sede sp hæret cõplexa mediũ locum mũdi. Illi aũt octo cursus: in quibus eadẽ uis est modorum: septẽ efficiunt distinctos iteruallis sonos: qui numerus rerũ oium fere nodus est. quod docti homines neruis: imitati atq; cantibus apuerunt sibi reditũ i hunc locum: sicut alii qpræstantibus ingeniis in uita humana diuina studia coluerunt. Hoc sonitu cõplectæ aures hominũ obsurduerũt. Nec est ullus hebetior sensus i uobis sicut ubi Nilus ad illa quæ cataclupa nominantur præcipitat ex altissimis montibus ea gens quæ illũ locũ accollit: ꝓpter magnitudinẽ sonitus sensu audiẽdi caret. Hic uero tantus est totius mũdi sonitus incitatissima cõuersione: ut eũ aures hominum capere nõ possint: sicut intueri solẽ aduersum nequitis: eius radiis acies uestra sensusq; uincit. Hæc ego admirans referebã tamẽ oculos ad terrã idẽtidẽ. Tũc Aphricanus sentio iquit te sedem etiam nunc hominũ ac domũ cõtemplari: quæ sibi parua ut est ita uidetur. Hæc cælestia semper spectato: illa humana cõtemnito. Tu enim quã celebritatẽ sermonis hominũ: aut quam expetendã consequi gloriam potes? Vides habitari raris & angustis i locis: & i ipsis quasi maculis: ubi habitatur: uastas solitudines iteriectas hosq; qui icolũt terrã non modo interruptos ita esse: ut nihil iter ipsos ab aliis ad alios manere possit: sed partim obliquos: partim transuersos: partim omnes aduersos stare uobis a quibus spectare gloriam certe nullã potestis Cernis autem eandẽ terram quasi redimitã & circũdatam cingulis. E quibus duos maxime iter se diuersos: & ipsis uerticibus cæli ex utraq; parte subnixos obtiguisse pruina uides. Mediũ autem illum: & maximũ solis ardore torreri. Duo sunt hĩtabiles: quorum australis ille i quo qui insistũt aduersa uobis urgent uestigia. Nihil ad uestrum genus. Hic autem alter subiectus aquiloni cerne q̃ tenui uos parte cõtigat. Omnis autem terra quæ colit uobis: angustata uerticibus lateribus latior parua quædam ĩsula est circũfusa illo mari quod athlanticum quod magnũ quod oceanum appellatis i terris qui tamen tanto nomine q̃ sit paruus uides. Ex his ipsis cultis notisq; terris num: aut tuum: aut cuiusq; nostrũ nomen uel caucasum hũc quem cernis transcendere potuit? uel illum gangem tranatare? uel quis in reliquis orientis: aut abeũtis solis ultimis aut aquilonis austriue partibus tuũ nomen audiet? Quibus amputatis cernis profecto quantis i angustiis nostra se gloria dilatari uelit. Ipsi autem qui de nobis loquũtur: q̃ loquentur diu? Quin si cupiat proles illa futurorũ hominũ deinceps laudes uniuscuiusq; nostrum a patribus acceptas posteris ꝓdere: tamen ꝓpter eluuiones exustionesq; terrarum: quas accidere tempore certo necesse est: non mõ non æternã sed ne diuturnã qdem gloriam assequi possumus. Quid enim interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te cum ab his nullus fuerit qui ante nati sunt q nec pauciores: & certe meliores fuerunt uiri præsertim cum apud eos ipsos a qbus audiri nomen nostrum potest: nemo unius anni memoriam consequi possit. Homines autem annum tantum solis: id est unius astri reditum metiuntur: re ipsa autem. Cum ad idem autẽ unde semel profecta suut: cuncta astra redierint eandemque totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint: tunc ille uere uertẽs annus appellari potest: in quo uix dicere audeo q̃ multa

hominum sæcula teneantur. Nãq; ut olim sol deficere hominibus extinguiq; uisus est: cum Romuli animus hæc ipsa in tẽpla penetrauit: quãdoq; ab eadẽ parte sol eo dẽq; tempore iterum defecerit tum signis oibus stellisq; ad principiũ reuocatis expletum annum habeto. Cuius quidẽ anni nõdũ uicesimam partẽ scito eẽ cõuersam. Quo si reditũ in hũc locũ desperaueris: in quo oia sunt magnis & præstantibus uiris: quanti tandẽ est gloria hominũ quæ pertinere uix ad unius anni partẽ exiguam potest: igitur alte spectare si uoles atq; hanc sedẽ & æternã domũ contueri: neq; te sermonibus uulgi dederis: nec in præmiis humanis spem posueris rerũ tuarũ: suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerũ decus. Quod de te alii loquantur ipsi uideant: sed loquentur tamẽ. Sermo enim ille omnis & angustiis cingitur his regionũ quas uides. Nec unq̃ de ullo pennis fuit obruitur hominũ iteritu obliuione posteritatis extinguitur. Quæ cũ dixisset: ego uero inq̃ Aphricane equidẽ bene meritis de patria quasi limes ad cæli aditũ patet: quãq̃ a pueritia uestigiis ingressus patris & tuis decori uestro nõ defui: non tamẽ præmio proposito enitar multo uigilãtius Et ille: tu uero enitere: & te habeto non esse mortalẽ: sed corpus hoc: Nec enim tu is es quẽ forma ista declarat: sed mens cuiusq; is est quisq; nõ ea figura quæ digito demõstrari potest. Deũ te igitur scito eẽ: si quidẽ ẽ deus qui uiget: qui sentit: qui meminit: qui puidet: qui tam regit & moderatur: & mouet id corpus cui præpositus ẽ: q̃ hunc mundũ ille princeps deus: & ut ipẽ mundũ ex quadã parte mortalẽ ipẽ deus æternus: sic fragile corpus aius sempiternus mouet: nã quod semper mouet: æternũ est: quod ãt motũ affert alicui quodq; ipm agitatur aliunde quãdo finẽ hẽt motus: uiuendi finẽ habeat necesse est. Solũ igitur quod se mouet: quia nunq̃ deseriẽ a se: nunq̃ ne quidẽ moueri desinit: quin ẽt cæteris quæ mouentur: hinc fons hoc principiũ ẽ mouendi: principio ãt nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipm aũt nulla ex re alia nasci põt: nec n. id esset principiũ quod gigneretur aliũde. Quod si nũq̃ oritur: nec occidit quidem unq̃: nã principium extinctũ: nec ipm ab alio renascetur: nec ex se aliud creabit. Si quidẽ necesse ẽ a principio oriri omnia: ita fit ut motus principium ex eo sit: quod a se ipso mouetur: id autem nec nasci potest nec mori. Vel cõcidat omne cælũ omnisq; natura: cõsistat necesse ẽ. Nec uim ullam nanciscatur: q̃ a primo impulsu moueatur. Cũ pateat igitur id æternũ esse: quod a se ipso moueatur: quis ẽ qui hanc naturã animis eẽ tributã neget? Inanimatũ uel inanimum ãt ẽ omne: quod pulsu agitatur externo. Quod ení ẽ aia: id motu cietur interiore & suo. Nam hæc ẽ propria natura animæ atq; uis. Quæ si ẽ una ex omnibus quæ sese moueat: neq; nata certe ẽ: & æterna ẽ. Hãc tu exerce optimis i rebus. Sunt aũt hæ optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus uelocius i hanc sedem & domum suã peruolabit. Idq; otius faciet: si iam tum cũ inclusus erit i corpore: eminebit foras: & ea quæ extra erunt contemplans: q̃ maxie se a corpore extrahet. Nãq; eorũ animi: qui se uoluptatibus corporis dediderunt: earũq; se q̃ si ministros præbuerũt: impulsuq; libidinũ uoluptatibus obediẽtium deorũ & hominũ iura uiolauerũt: corporibus elapsi circũ terrã ipsam uolutãt. Nec hũc i locũ nisi multis exagitati sæclis reuertũt. Ille discessit: ego somno solutus sum. FINIS.

Impræssum Venetiis per Symonem Papiensem dictum Biuilaqua. M.CCCC. Lxxxxvi. Die decimo octauo mensis Septembris. Omnes sunt terni præter II quaternum, cc, &, GG, sunt duerni.

Laus Deo.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Uniw. im. A. Mickiewicza

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 94 Q°
INKUNABUŁY